Præmissæ sunt, manu J. B. Gallicciolli descriptæ, epistola et notitia de volumine, necnon "Variantes lectiones ex oratione funebri in Eteoneum. Collatio facta cum eadem prout edita in Encyclopædia Philologica, t. i. Venetiis 1710, p. 389."

85.

Codex membranaceus, in 4to majori, ff. 259, charactere, ut dicitur, unciali, paululum ad sinistram reclinante, et a cl. Montfauconio sec. ix. vel x. tributo, binis columnis exaratus, et quoad literas initiales ornatus.

Evangelistarium, sive liber evangeliorum quæ in ecclesia leguntur diebus dominicis festisque per annum, cum notulis hic illic positis ad inflexiones vocum, ut videntur, in cantu Evangelii observari solitas; utrimque mutilum.

Incipit ab evangelio fer. 6 ante dominicam post Pascha quintam, a verbis, περὶ τῆς ἁμαρτίας αὐτῶν.

Folium 72, quod continet evangelium ex Luca pro dominica in anno prima, literis aureis optime est exaratum.

Codici præmisit manus J. B. Gallicciolli sanctorum nomina, quæ in codice describuntur.

86.

Codex chartaceus, in folio, ff. 214, sec. xv.; aliquantulum tineis corrosus; olim Lucæ Bomphilii et postea Jacobi Cornelii.

1. Quædam de pedibus metricis. fol. 1 b.

   Incip. *Θριάσιον πέδον· θρίαι αἱ μαντικαὶ ψῆφοι οἱονεὶ τρίαι τινὲς οὖσαι, καὶ γὰρ αἱ τρεῖς νύμφαι.*

2. De Musarum liberis tractatulus. fol. 2.

   Incip. *οὔτε μόνον ἡμῖν οἱ παλαιοὶ παραδεδώκασιν τὰς μυθικῶς λεγομένας μούσας.*

3. Sententiæ e duabus tragœdiis proxime sequentibus collectæ. fol. 3.

   Incip. *σοφόν τι κἂν κακοῖς ἃ δεῖ φρονεῖν.*
   οὐ τοὺς κρατοῦντας χρὴ κρατεῖν ἃ μὴ χρεών.

4. Euripidis tragœdia, quæ dicitur Hecuba, cum notulis interlinearibus perpetuis et argumento, necnon Poetæ vita [auctore Thoma Magistro], præfixis. fol. 5.

   Incip. schol. *προλογίζει τὸ τοῦ Πολυδώρου εἴδωλον.* In voces, *ἥκω; ἦλθον· ἵνα; ὅπου· χωρὶς; ἄνευ, κεχωρισμένως.*

   In fine, *τέλος τοῦ πρώτου δράματος.*

   Exstant argumentum et vita impress. in edit. Barnes. 1694.

5. Ejusdem tragœdia Orestes, cum scholiis interlinearibus marginalibusque, necnon argumentis. fol. 54 b.

   Incip. schol. *καλεπὸν· ὡς οὑτῶς εἰπεῖν.*

   Inveniuntur argumenta et e scholiis plura in edit. cit. impressa ad *locc.*

   In fine, *τέλος τοῦ δευτέρου δράματος.*

6. Sophoclis tragœdia, quæ dicitur, Ajax Flagellifer, scholiis interlinearibus et hic illic marginalibus instructa. fol. 118 b.

   Incip. schol. *ἄει μὲν, ἀόριστον διόλου.*

7. Ejusdem Œdipi Tyranni versus clxxiv. priores, cum argumento. fol. 171.

   Desinit a versu,
   ἐκτοπίαν φλόγα πήματος.

8. Theocriti Idyllia octodecim priora, argumentis et scholiis perpetuis illustrata. fol. 178.

   Præmittuntur, a. Vita Theocriti, narratio de Bucolicis, Artemidori distichon, Theocriti in opus suum tetrastichon, et notitia de titulo, omnia quæ una cum scholiis memoratis exstant in edit. Lond. 1826, tom. ii. p. 3.

   b. Notulæ duæ de dialectis, quæ incipiunt, *α. ἰστέον ὅτι ὁ Θεόκριτος δωρίδι διαλέκτῳ κέχρηται τῇ νέᾳ.* *β. σημεῖον ὅτι αἱ ἀφαιρέσεις τῶν Ἰώνων αἱ συγκοπαὶ τῶν Αἰολέων.*

9. Ejusdem Syrinx, sive Fistula, scholiis interlinearibus et notulis de metris marginalibus instructa. fol. 213.

   Tit. *ἦχημα μουσῶν, ἢ Θεοκρίτου σύριγξ.*

   Incip. schol. in voc. *μακροπτολέμοιο; ἢ τοῦ Τηλεμάχου.*

   Incip. nott. *ἀκατάληκτοι οὗτοι οἱ τρεῖς καταλήξεως μὴ δεομένοι*; et iterum, *τὸ πρῶτον στίχος ἑξάμετρον ἀκατάληκτον μετρούμενον ὡς ἡρωικόν.*

   In fine, *τέλος ἐπὶ Φούσκης κρατούσης.*

87.

Codex membranaceus, in folio, ff. 119, sec. xiv. ineuntis; binis columnis manu Socratis cujusdam descriptus.

Isocratis Atheniensis orationes quatuordecim, notulis hic illic sed parcissime margini adjectis; sequuntur,

1. Ad Demonicum. fol. 1.

   Tit. *Ἰσοκράτους πρὸς Δημονικὸν παραίνεσις.*

2. Ad Nicoclem de regno. fol. 6.
3. Nicocles, sive consilium. fol. 11 b.
4. Oratio, quæ dicitur Evagoras. fol. 18.
5. Oratio, quæ dicitur Busiris. fol. 26 b.
6. Helenæ encomium. fol. 31.
7. Oratio contra Sophistas. fol. 37 b.
8. Platæica. fol. 39 b.
9. Areopagitica. fol. 45 b.
10. Oratio ad Euthynum, *ἀμάρτυρος.* fol. 53 b.
11. Adversus Lochitam. fol. 55.
12. De pace. fol. 57.
13. Panathenaica. fol. 71 b.
14. Panegyrica. fol. 100.

   In fine, *ἐνθάδε τέλη πέφθακαν τοῦ Σωκράτου οἱ πόνοι· ϑ ξβν.'*

   Et infra, ψ 'λ ζ ϡ ϑ' τ θ ω ϗ δ / ὺ ψ λ' χ ν λ ξ ϑ. ζ ϛ ϡ ϑ χ λ ω· ϗ 'π κ λ ό ϗ σ ω ξ ϗ ά ς ν β ω· ϑ' ξ β ν'.; quibus literis significari putat vir cl. T. Gaisford, *ὁ γράψας ἐστι τὸ ὄνομα Γίραρδος ἐκ πόλεως μεθώνης· ἀμήν.*

88.

Chartaceus, in folio, ff. 500, sec. xvi.; haud eadem manu scriptus.

Photii, patriarchæ Constantinopolitani, Bibliotheca.

Tit. *ἀπογραφὴ καὶ συναρίθμησις τῶν ἀνεγνωσμένων ἡμῖν βιβλίων, ὧν εἰς κεφαλαιώδη διάγνω-*

σιν ὁ ἠγαπημένος ἡμῶν ἀδελφὸς Ταράσιος ἐξητήσατο, ἔστι δε ταῦτα εἴκοσι δεόντων ἐφ' ἑνὶ τριακόσια.

Deficit a verbis, *ἀφ' ὧν ἡ πόλις γνωρίζεται*, in ed. Bekker. p. 406, col. ii. l. i.

89.

Codex chartaceus, in folio, ff. 478, sec. xvi.; olim peculium Nicolai Choniatis.

1. MICHAELIS GLYCÆ Annales a mundi exordio usque ad obitum Alexii Comneni. fol. 1.

Tit. *χρονικὴ σύντομος ἐπισύναξις τοῦ γραμματικοῦ κυροῦ Μιχαήλου τοῦ Γλυκᾶ.*

Præmittuntur versus quinque iambici de opere et auctore, qui incipiunt,

βίβλος χρονικὴ σύνθεσις τεχνουργίας.

Ad fol. 162 b. invenitur NICEPHORI XANTHOPULI carmen de imperatoribus Christianis, quod exstat impress. in Hist. Byzant. ed. Venet. 1729, tom. i. p. 17; cui succedit imperatorum tabula, quorum in chronico suo meminit Nicetas Choniates, versibus iambicis novendecim descripta, qui ita incipiunt,

ὁ βασιλεύοι ἀνδριὰς Ἰωάννης.

2. JOHANNIS DAMASCENI, sive JOHANNIS Sinaitæ, sive cujuscumque sit, historia de Barlaamo et Joasapho, cum tabula capitulorum præmissa. fol. 227.

Tit. tabulæ, *Ἰωάννου τοῦ Σιναίτου ἱστορία πόνημα τοῦ αὐτοῦ.*

Tit. libri, *ἱστορία ψυχοφελὴς ἐκ τῆς ἐνδοτέρας τῶν αἰθιόπων χώρας τῆς ἰνδῶν λεγομένης πρὸς τὴν ἁγίαν πόλιν μετενεχθεῖσα διὰ Ἰωάννου ἀρχιεπισκόπου, ἀνδρὸς τιμίου καὶ ἐναρέτου μονῆς τοῦ ἁγίου Συναίτου.*

Consentit, quoad initium et finem cum edit. Boissonade, inter Anecdota, tom. iv. p. 1.

3. Ejusdem DAMASCENI dialectica, cum epistola ad Cosmam, episcopum Maiumæ, dedicatoria præmissa. fol. 354.

Tit. *τῷ ὁσιωτάτῳ καὶ θεοτιμήτῳ Κοσμᾷ, ἁγιωτάτῳ ἐπισκόπῳ τοῦ Μαιουμᾶ, Ἰωάννης ἀρχιεπίσκοπος.*

Exstat inter opera, ed. Paris. 1712, tom. i. p. 3

4. THEODORETI, episcopi Cyri, Religiosa Historia. fol. 391.

Tit. *φιλόθεος ἱστορία συγγραφεῖσα ὑπὸ Θεοδωρίτου, ἐπισκόπου Κύρου.*

Exstat impress. inter opera, ed. Paris. 1642, tom. iii. p. 757.

5. Ejusdem THEODORETI oratio de caritate. fol. 471.

Tit. *τοῦ αὐτοῦ Θεοδωρίτου λόγος περὶ ἀγάπης.*

Exstat inter opera, tom. iv. p. 680.

In fine, *τέλος σὺν Θεῷ τῆς φιλοθέου ἱστορίας.*

90.

Codex chartaceus, in 4to majori, ff. 600, sec. xvi.; olim virr. cll. And. Schotti, Jo. Meursii, Puffendorfii et Sam. Rodigasti.

MICHAELIS GLYCÆ Annales a mundi exordio ad obitum Alexii Comneni.

Tit. *τοῦ λογιωτάτου καὶ σοφωτάτου Θεοδώρου τοῦ μετοχίτου καὶ Γεωργίου τοῦ πατ......ου χρονικὸν ἀπὸ κτίσεως κόσμου διεξιὸν, περί τε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, περί τε τοῦ φωτὸς αὐτοῦ καὶ πάντων ἁπλῶς τῶν ἀπὸ Θεοῦ δημιουργηθέντων, περί τε τῆς πλάσεως τοῦ Ἀδὰμ καὶ τῶν λοιπῶν καθεξῆς.*

Hic illic addidit ad margines manus Jo. Meursii nonnulla e textu desumpta *Latine* versa.

91.

Membranaceus, in folio, ff. 234, sec. xi.; binis columnis bene exaratus et servatus.

Menologium, sive Sanctorum vitæ et passiones quolibet die per mensem Octobrem [a SIMEONE METAPHRASTE conscriptæ].

Prorsus consentiunt codicis nostri contenta cum Sanctorum vitis in cod. xvi. artt. 30–56 Vindobonensis adservatis et a Lambecio in lib. viii. col. 525 *seqq.* ed. Kollar. memoratis, solummodo S. Andreæ vitam excipias, quæ, ibi ad diem xvii., in codice nostro die xix. legitur.

Minimam igitur videtur habere necessitatem, ut ea, quæ vir cl. iste jam accuratissime adnotavit, iterum in hoc loco describamus.

In fine, *φύλλα τῆς βιβλοῦ διακόσια τριάκοντα, ἀφ' ὧν τὰ δύο ἐν ἑκατέροις τοῖς μέρεσιν ἄγραφα· ...χ...π... ἑπτα.*

92.

Membranaceus, in folio maximo, ff. 483; binis columnis charactere unciali, cum specimine a Montfauconio sec. ix. tributo consentiente, exaratus; codex revera splendidus titulis deauratis et literis initialibus optime pictis illustratus.

Evangelistarium, sive lectiones ex evangeliis ad usum singulorum dierum et festivitatum per anni circulum decerptæ; notulis ad vocum inflexiones hic illic positis instructum.

Tit. literis aureis exaratus, ἐκλογάδιν σὺν Θεῷ τοῦ ἁγίου εὐαγγελίου· τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγαλῇ κυριακῇ τοῦ Πάσχα; ἐκ τοῦ κατὰ Ἰωάννην.

Folium primum, si titulum excipias, manus longe recentior redintegravit.

93.

Codex chartaceus, ex charta lævigata, in folio majori, ff. 314, sec. xiv. ineuntis; in fine mutilus.

Plutarchi, Chæronensis philosophi, vitæ parallelæ septem et viginti, notulis marginalibus hic illic instructæ.

Tit. Πλουτάρχου βίων παραλλήλων βιβλίον α.

Consentit ordo vitarum cum isto in codice Medic. Laurent. 1. plut. lxix., a Bandinio in catal. tom. ii. col. 619 memorato.

Deficit codex noster a verbis, ἐβιάζετο τοῖς— in Philopœmenis vita, ed. Paris. 1624, tom. i. p. 362. l. 8.

94.

Membranaceus, in folio, ff. 234, sec. fortassis xi. exeuntis; binis columnis nitide exaratus, sed mancus et madore læsus.

S. Johannis Chrysostomi in S. Matthæi evangelium homiliæ triginta septem.

Incip. a verbis, ἐντρέπων αὐτοὺς, in homil. iii. edit. Montfauc. tom. vii. p. 39, l. 10.

Deficiunt a verbis, μεῖζον, οὐδὲ γὰρ, in homil. xxxix. in edit. p. 433, l. 11.

Sunt autem a fol. 219 b. lacunæ plures et foliorum mira confusio, quorum ordinem ita corrigas, 219 b., 228, 229–230. b., 220–227. b., 231–232. b., 233; quæ cum edit. cit. collatæ videntur, pp. 390, A. 7; 391, C. 5; 395, C. ult. —398, D. ult.; 410, D. 6—420, B. 4; 422, C. 6—426, D. 1.; 430, B. ult.—433, A, 11.

95.

Chartaceus, in folio, ff. 72, sec. xv.; utrimque mutilus et madore corruptus.

1. [Archelai philosophi de arte chemica] carminis iambici fragmentum. fol. 1.

Incip. a versu,
ζητούμενον τὸ εἶδος ὡς σκοπεὺς λέγει.

Desinit,
εἰς ἀπείρωνας καὶ κύκλους αἰωνίους,
ἀϊδίους αἰῶνας αἰῶνας αἰώνων, ἀμήν.
στίχοι τκβʹ.

2. Pelagii philosophi de divina et sacra arte chrysopœiæ liber. fol. 3.

Tit. Πελαγίου φιλοσόφου περὶ τῆς θείας ταύτης καὶ ἱερᾶς τέχνης.

Incip. οἱ μὲν προγενέστεροι καὶ ἐρασταί.

Exstat, *Latine*, ex versione Dom. Pizimentii, cum Democrito et aliis, Patav. 1573.

3. Ostanis philosophi ad Petasium de eadem sacra et divina arte libellus. fol. 6. b.

Tit. Ὀστάνου φιλοσόφου πρὸς Πετάσιον περὶ τῆς ἱερᾶς αὔτης καὶ θείας τέχνης.

Incip. τῆς φύσεως τὸ ἄτρεπτον ἐν μικρῷ.

Cf. cod. Bavar. cxii. fol. 126.

4. Democriti Physica et mystica ad artem chrysopœiæ spectantia. fol. 7 b.

Tit. Δημοκρίτου φυσικὰ καὶ μυστικά.

Inc. βάλων εἰς λίτραν πορφύρας διαβολοῦ.

Exstant, *Latine*, ex versione Pizimentii, cum aliis in edit. Patav. 1573.

5. Synesii philosophi ad Dioscorum in librum Democriti scholia. fol. 13.

Tit. Συνεσίου φιλοσόφου πρὸς Διόσκορον εἰς τὴν βίβλον Δημοκρίτου ὡς ἐν σχολίοις.

Exstat in Fabric. Bibl. Gr. vol. viii. p. 233.

6. Anepigraphi cujusdam philosophi de divinæ aquæ albugine. fol. 18.

Tit. ἀνεπιγράφου φιλοσόφου περὶ θείου ὕδατος τῆς λευκώσεως.

Incip. καθ' ὅσον ἡ χρεία καλεῖ.

Cf. cod. Bavar. cxii. fol. 153.

7. Ejusdem philosophi liber ostendens chrysopœiam cum Deo contractam. fol. 19.

Tit. τοῦ αὐτοῦ ἀνεπιγράφου φιλοσόφου κατὰ ἀκολουθίαν χρήσεως ἐμφαῖνον τὸ τῆς χρυσοποιΐας συνεπτυγμένον σὺν Θεῷ.

Incip. ἐπεὶ δὲ περὶ τῶν τῆς χρυσοποιΐας.

Des. οὕτως καὶ ἐπὶ τοῦ συνθέματος.

Consentit cum cod. MS. Bavar. cxii. fol. 155, et quoad initium tantum cum cod. Bibl. Laurent. xvi. plut. lxxxvi. p. 183.

8. Zosimi Panopolitæ, philosophi Alexandrini, de virtute compositionis aquarum libellus. fol. 32 b.

Tit. Ζωσίμου τοῦ θείου περὶ ἀρετῆς.

Incip. θέσις ὑδάτων καὶ κίνησις καὶ αὔξησις.

Des. τὸ μονόειδον ὡς πολύειδον.

Cf. Lambec. catal. Vindob. vi. col. 400.

9. Ejusdem Zosimi libellus de asbesti confectione. fol. 35.

Inscribitur et incip. Ζώσιμος λέγει· περὶ τῆς ἀσβέστου δῆλα ὑμῖν ποιοῦμαι.

Des. ἡ γὰρ τελείωσις τοῦ ὑλαίου διὰ τοῦ μαργάρου ἐστίν.

10. AGATHODÆMONIS et HERMETIS de re chemica fragmenta duo. fol. 35 b.

Incip. ἀγαθοδαίμονος· μετὰ τὴν τοῦ χαλκοῦ.

Cf. Lambec. catal. Vindob. vi. col. 403.

11. Anonymi cujusdam chemici Christiani experimenta chemica. fol. 35 b.

Inscribuntur et incip. ὅτι σύνθετον καὶ οὐχ ἁπλοῦν τὸ εἶδος, καὶ τίς ἡ οἰκονομία; πότερον.

Sequitur, ποίησις μᾶλλον τοῦ παντός· ἀλλ' ἐπειδὴ τῆς ἀμφοτέρων διετήσεως.

Des. καὶ παρ' ἐκείνων ἦλθεν εἰς ἡμᾶς.

12. Anonymus quidam de ferri tinctura. fol. 37 b.

Tit. περὶ βαφῆς σιδήρου.

Incip. βαφὴ ♈ ἐστὶν ἡ σχεδὸν ἅπασι.

13. Fragmentum de re chemica. fol. 38.

Des. ὕδωρ ἐστὶ τὸ ὄξος τῶν ἀρχαίων.

14. De hydrargyri confectione; [auctore STEPHANO ALEXANDRINO?] fol. 38.

Tit. ὑδραργύρου ποίησις.

Incip. λαβὼν ψιμύθιον καὶ σανδαράχην.

Des. ἐπὶ τοὺς εἰς αὐτὸν πεποιθότας τὸν Ἰησοῦν Θεὸν ἡμῶν.

15. STEPHANI ALEXANDRINI lectiones sive actiones tres posteriores, quarum tituli et initia sequuntur,

α. τοῦ αὐτοῦ Στεφάνου φιλοσόφου πρᾶξις σὺν Θεῷ ζ'. fol. 43 b.

Inc. Θεὸν τὸν ἄρρητον τὸν τῆς σοφίας.

β. τοῦ αὐτοῦ Στεφάνου οἰκουμενικοῦ φιλοσόφου πρᾶξις η' περὶ τομῆς τῆς ἱερᾶς τέχνης. fol. 47 b.

Inc. ἐξομολογοῦμαί σοι, Πάτερ ἅγιε κυριὲ.

γ. τοῦ αὐτοῦ Στεφάνου φιλοσόφου διδασκαλία πρὸς Ἡράκλειον τὸν βασιλέα, πρᾶξις σὺν Θεῷ ἐννάτη. fol. 51.

Inc. ὁ ἄναρχος καὶ ὑπεράρχιος Θεὸς, ὁ ἀγαθὸς.

Exstant, *Latine*, cum aliis, Dominico Pizimentio interprete, Patav. 1573.

16. HELIODORI carmen chemicum iambicum, ad Theodosium Imperatorem. fol. 58 b.

Tit. Ἡλιοδώρου φιλοσόφου πρὸς Θεοδόσιον, τὸν μέγαν βασιλέα, περὶ τῆς τῶν φιλοσόφων μυστικῆς τέχνης; διὰ στίχων ἰάμβων.

Deficit a versu,

οὗτος γάρ ἐστιν εὐσεβείας ἔνθεος.

in ed. Fabric. Bibl. Gr. tom. vi. p. 796, l. 248.

17. Fragmenta forsan ex Hierothei seu Archelai seu amborum carminibus desumpta. fol. 63.

Incip.

τὸ πῦρ γὰρ ὥσπερ κοῦφον ὂν μετάρσιον.

18. [THEOPHRASTI philosophi] carminis Iambici chemici fragmentum, in quo tamen pars totius operis maxima adesse videtur. fol. 69.

Des.

συνεκπορευτῷ ὄντι θείῳ Πνεύματι
νῦν πάντας εἰς αἰῶνας αἰώνων, ἀμήν.
στίχοι σξε'.

Cf. Bandin. catal. tom. iii. col. 358.

19. HIEROTHEI philosophi carminis iambici de arte eadem divina fragmentum. fol. 72.

Tit.

Ἱεροθέου φιλοσόφου περὶ τῆς αὐτῆς θείας καὶ ἱερᾶς τέχνης διὰ στίχων.

Incip.

ἀπάρξομαι προσπλέξας εὐφραδέστατον.

Cf. catal. cit. tom. iii. col. 359.

96.

Codex membranaceus, in folio, ff. 190, sec. xi.; binis columnis nitide exaratus; mutilus.

GREGORII Theologi, vulgo Nazianzeni, orationes sedecim, quarum series sequitur,

1. In Pascha et in tarditatem. fol. 1.

Tit. τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ θεολόγου εἰς τὸ πάσχα καὶ εἰς τὴν βραδυτῆτα.

Deficit a verbis, πρώτου ποιμένος in editione Parisiana 1778, tom. i. p. 6, C. 6.

2. In sanctum Pascha. fol. 3.

Incip. a verbis, [συνάγου]σαν. ἄλλος μὲν οὖν, in edit. cit. tom. i. p. 846, C. 10.

3. In novam dominicam et in ver et in martyrem Mamantem. fol. 16 b.

Exstat in edit. cit. tom. i. p. 835.

4. In Pentecosten. fol. 22.

Exstat ibid. tom. i. p. 731.

5. In Macchabæorum laudem. fol. 29.

Incip. a verbis, [φύλα]κες, ἀριθμὸς τῶν παρ' ἑβραίοις, in edit. cit. tom. i. p. 288, B. 5.

6. In laudem Cypriani martyris. fol. 35 b.

Exstat ibid. tom. i. p. 437.

7. De suis sermonibus et ad Julianum exæquatorem. fol. 42 b.

Exstat ibid. tom. i. p. 364.

8. In Theophania, sive Salvatoris natalitia. fol. 49 b.

Exstat ibid. tom. i. p. 663.

9. Ejusdem Gregorii oratio funebris in S. Basilii Magni laudem. fol. 57 b.
Exstat inter opera, edit. 1778, tom. i. p. 770.

10. Oratio in sancta Lumina. fol. 98 b.
Exstat ibid. tom. i. p. 677.

11. In sanctum Baptisma. fol. 107 b.
Exstat ibid. tom. i. p. 691.

12. Ad Gregorium Nyssenum, Basilii fratrem, qui post illius consecrationem venerat. fol. 130 b.
Exstat ibid. tom. i. p. 241.

13. Oratio funebris in Athanasii laudem. fol. 134 b.
Exstat ibid. tom. i. p. 386.

14. Supremum vale coram centum quinquaginta episcopis. fol. 150 b.
Exstat ibid. tom. i. p. 748.

15. Oratio de pauperum amore. fol. 164.
Exstat ibid. tom. i. p. 257.

16. In patrem tacentem propter plagam grandinis. fol. 183 b.
Deficit a verbis, *διὰ σοῦ, προσάγον[τος]*, in edit. cit. tom. i. p. 315, l. penult.

97.

Codex membranaceus, in folio, ff. 260, sec. xiv.; lucide scriptus et bene servatus.

Dionysii Areopagitæ opera, scholiis S. Maximi et Pachymeræ paraphrasi plerumque instructa; scilicet,

1. De cælesti hierarchia cum S. Maximi prologo, capitulis et epigrammate in Dionysium præmissis. fol. 6
Tit. *Διονυσίου Ἀρεοπαγίτου ἐπισκόπου Ἀθηνῶν πρὸς Τιμόθεον, ἐπίσκοπον, περὶ τῆς οὐρανίας ἱεραρχίας.*
Haud exstat epigramma impressum in edit. Corderiana, inveniendum sit tamen in edit. Junctin. Florent. 1516.

2. De ecclesiastica hierarchia, cum epigrammate et capitulis præmissis. fol. 55.
Exstat epigramma in edit. Florent. cit.

3. De divinis nominibus, cum epigrammate et capitulis præmissis. fol. 115.
Exstat epigramma in edit. cit.

4. De mystica theologica, cum epigrammate et capitulis præmissis. fol. 193.
Incip. epigramma,
σὸν νόον ἀρδεύσας, Διονύσιε, χεύμασι Παύλου.

5. Epistolæ decem, cum titulis præmissis. fol. 198 b.
In fine, *ἐτελειώθησαν αἱ ι´ ἐπιστολαὶ Διονυσίου τοῦ ἀρεοπαγίτου, ἐπισκόπου Ἀθηνῶν.*
Deinde, *ἰστέον ὅτι ἕτερος Διονύσιος ἀρχιεπίσκοπος Ἀλεξανδρείας, ὃς ἀπὸ ῥητόρων συνεγράψατο τὰ σχόλια τοῦ ἁγίου Διονυσίου.*

6. Fragmenta ex Polycratis epistola ad Victorem, ex Clemente Alexandrino et Philone. fol. 220 b.
Tit. *Πολυκράτους διαδόχου ἀρχιεπισκόπου ἐφέσου ἐκ τῆς ἐπιστολῆς πρὸς Βίκτορα τὸν διάδοχον καὶ ἀρχιεπίσκοπον τῆς μεγάλης.*
Exstant omnia impressa in editione Junctina Florent. supra memorata.

7. Interpretatio vocabulorum apud Dionysium in usu habitorum. fol. 225.
Tit. *ἑρμηνεῖαι λέξεων κατὰ στοιχεῖον ἐμφερομένων τῇδε τῇ βίβλῳ τοῦ ἁγίου Διονυσίου.*
Incip. *ἀγάμενος· θαυμάσας, ἐκπλαγείς.*

8. Michaelis Syngeli, sive Syncelli, presbyteri Hierosol., encomium in S. Dionysium. fol. 229.
Exstat in edit. Corderian. tom. ii. p. 207.

9. Dionysii martyrium, [per Methodium] fol. 253 b.
Tit. *μαρτύριον τοῦ ἁγίου Διονυσίου τοῦ ἀρεοπαγίτου.*
Exstat in edit. cit. tom. ii. p. 242.

98.

Codex chartaceus, in folio, ff. 262, sec. xvi.; nitide descriptus.

Theodori Metochitæ capita philosophica et historica miscellanea centum quatuordecim, cum tabula capitulorum præmissa.
Tit. *ὁ μέγας λογοθέτης κυρὸς Θεόδωρος ὁ Μετοχίτης· προοίμιον, ἐν ᾧ καὶ ὅτι οὐκ ἔστι νῦν λέγειν.*
Incip. *ἀλλ' ἡμῖν ἄρα τοῖς ὀψὲ τῶν χρόνων νῦν εἶναι πειρωμένοις τοῦ βίου.*
Des. ult. cap. *καὶ πόῤῥω τῆς φύσεως καὶ τὰ μὴ ὄντα προσποιούμενος· τέλος καὶ τῷ Θεῷ δόξα, ἀμήν.*
Exstat index capitum, numero cxx., in Fabric. bibl. Gr. impressus, vol. ix. p. 218; adjiciuntur scilicet ibi tituli qui numerantur, 39, 53, 83, 86, 87 et 110.

99.

Volumen chartaceum, codices duos amplectens, in folio, ff. 197, sec. xv. exeuntis.

1. Procopii Gazæi, sophistæ Christiani, epitome eclogarum ex variorum in Genesim expositionibus. fol. 1.

Tit. ἀρχὴ σὺν Θεῷ τῆς εἰς τὴν γένεσιν τῶν ἐκλογῶν ἐπιτομῆς Προκοπίου χριστιανοῦ σοφιστοῦ.

Incip. ἤδη μὲν καὶ πρότερον, Θεοῦ τὸ δύνασθαι χορηγήσαντος, τὰς καταβεβλημένας.

Des. ἀνέπεμψεν ὅτι αὐτῷ πρέπει τιμὴ καὶ προσκύνησις εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν.

Exstant Procopii commentarii in octateuchum, sed *Latine* tantum, in folio, Tigur. 1555.

---

2. Johannis Chrysostomi, archiepiscopi Constantinopolitani, sive cujuscumque sit, homilia in illud, In principio erat verbum. fol. 110.

Tit. τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου, ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως, τοῦ Χρυσοστόμου, ὁμιλία εἰς τὸ, ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ, ὅτι τὸ πνεῦμα ἐρευνᾷ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ.

Exstat in ed. Montfauc. tom. xii. p. 415.

3. Ejusdem Chrysostomi homilia in Mosis serpentem. fol. 114 b.

Tit. τοῦ αὐτοῦ λόγος περὶ τοῦ κατὰ Μωσέως ὄφεως, ὃν ἐσταύρωσεν ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ περὶ τῆς Τριάδος.

Exstat ibid. tom. vi. p. 511.

4. Ejusdem homilia in paralyticum. fol. 129.

Tit. τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸν παραλυτικὸν, τὸν τὰ τριάκοντα ὀκτὼ ἔτη ἔχοντα ἐν τῇ ἀσθενείᾳ.

Exstat ibid. tom. i. p. 547.

5. Ejusdem, sive cujuscumque sit, homilia in memoriam martyrum. fol. 137.

Tit. τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸν ἅγιον ἀκάκιον τὸν ποιμένα, καὶ εἰς τὸ πρόβατον καὶ εἰς τὸ καταπέτασμα καὶ εἰς τὸ ἱλαστήριον.

Exstat ibid. tom. iii. p. 811.

6. Ejusdem, sive cujuscumque sit, homilia in illud, Sufficit tibi gratia mea. fol. 145.

Tit. τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸ, ἀρκεῖ σοι ἡ χάρις μου, ἡ γὰρ δύναμίς μου, κ. λ.

Exstat ibid. tom. viii. in spuriis, p. 24.

7. Ejusdem Chrysostomi contra ignaviam homilia. fol. 154.

Tit. τοῦ αὐτοῦ, ὅτι ἐκ ῥαθυμίας ἡ κακία καὶ ἀπὸ σπουδῆς ἡ ἀρετὴ, κ. λ.

Exstat ibid. tom. ii. p. 267.

8. Ejusdem homilia prima in Oziam, in illud, Vidi Dominum sedentem in solio excelso. fol. 162.

Tit. τοῦ αὐτοῦ ἔπαινος τῶν ἀπαντησάντων ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ περὶ εὐταξίας τῆς ἐν ταῖς δοξολογίαις, καὶ εἰς τὸ ἴδον, κ. λ.

Exstat ibid. tom. vi. p. 95.

9. Ejusdem, sive cujuscumque sit, de legislatore, item de veste sacerdotali, et de pœnitentia. fol. 169 b.

Tit. τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸ, ὅτι παλαιᾶς καὶ καινῆς νομοθέτης, καὶ εἰς τὸ ἔνδυμα τοῦ ἱερέως καὶ περὶ μετανοίας.

Exstat in edit. Montfauc. tom. vi. p. 403.

10. Ejusdem Chrysostomi homilia in illud, Pone manum tuam subtus. fol. 178.

Tit. τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸ ῥητὸν τοῦ Ἀβραὰμ τὸ λέγον, θὲς τὴν χεῖρα σου ὑπὸ τὸν μηρόν μου, κ. λ.

Exstat ibid. tom. vi. p. 569.

11. Ejusdem, sive potius Severiani, homilia in signacula librorum. fol. 188.

Tit. τοῦ αὐτοῦ εἰς τὰς σφραγίδας τῶν βιβλίων, καὶ ὅπως προσφέρει ὁ Υἱὸς τῷ Πατρὶ καὶ ὁ Πατὴρ τῷ Υἱῷ καὶ εἰς τὴν τοῦ Σωτῆρος οἰκονομίαν.

Exstat ibid. tom. xii. p. 403.

100, 101.

Codex membranaceus, in folio, binis columnis exaratus, in duos tomos distinctus, quorum primus constat ff. 329, alter ff. 257, sec. fortasse xi. ineuntis, si folia 27 excipias in prioris tomi initio a manu recentiori, scil. sec. xv. exeuntis, suppleta; olim peculium Dionysii, episcopi Cytherarum.

Johannis Chrysostomi, archiepiscopi Constantinopolitani, in Genesim homiliæ septem et sexaginta. fol. 21 b.

Tit. τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου ὁμιλία παραινετικὴ, ῥηθεῖσα εἰς τὴν εἴσοδον τῆς ἁγίας τεσσαρακοστῆς.

Exstant in edit. Montfauc. tom. iv. p. 1.

Præmissæ sunt homiliæ sequentes,

a. Johannis Chrysostomi, sive cujuscumque sit, homilia in filium prodigum, etc. fol. 1.

Tit. τόμος πρῶτος, εἰς τὸ τῆς γενέσεως βιβλίον τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς, κ. λ. Χρυσοστόμου, ἀρχὴ ὁμιλίας εἰς τὸν ἄσωτον υἱὸν καὶ εἰς μετάνοιαν καὶ εἰς τὸ ξύλον γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ, καὶ εἰς τὸν λῃστήν.

Exstat impressa in edit. cit. tom. viii. in spuriis, p. 150.

β. Ejusdem, sive cujuscumque sit, homilia in Christi secundum adventum. fol. 7.

Tit. τοῦ ἐν ἁγίοις, κ. λ. Χρυσοστόμου ὁμιλία εἰς τὸ ῥητὸν τοῦ ἀποστόλου, τὸ, πάντες παραστησόμεθα τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἕκαστος ὑπὲρ ἑαυτοῦ λόγον δώσει.

Exstat ibid. tom. viii. in spuriis, p. 142.

γ. Ejusdem CHRYSOSTOMI, sive SEVERIANI potius, homilia in Protoplastos et in Serpentem. fol. 12.

Tit. τοῦ ἐν ἁγίοις, κ. λ. Χρυσοστόμου ὁμιλία εἰς τοὺς πρωτοπλάστους καὶ εἰς τὸν ὄφιν.

Exstat in edit. Montfauc. tom. vi. p. 494.

102.

Codex rescriptus membranaceus, in folio, ff. 70, manu Constantini Charastis, referendarii, anno 1384 binis columnis exaratus.

Liber ecclesiasticus, qui dicitur Pentecostarium, officium continens ab ipso Paschatis die usque ad octavam Pentecostes, sive Omnium sanctorum dominicam; [in initio mutilus].

In fine, ἐτελειώθη ἡ βίβλος αὕτη διὰ χειρὸς ἐμοῦ ἁμαρτωλοῦ καὶ ῥαιφερενδαρίου εὐτέλους ἱερέως καὶ κληρικοῦ τῆς τοῦ Θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας, Κωνσταντίνου τοῦ Χαραστῆ, ἐπὶ ἔτους ͵ϛ ω ζ β′ μηνὶ ὀκτωβρίῳ εἰς τὰ ιδ′ ἡμέρᾳ δ′.

103.

Membranaceus, in folio, ff. 382, sec. xi., binis columnis optime exaratus et servatus; omnes sermonum titulos auro exaratos aureisque ornamentis et figuris exquisite pictis circumductos exhibet, necnon S. Gregorii imaginem scribentis præmissam.

S. GREGORII Nazianzeni, Theologi, orationes sedecim, cum tabula orationum et initiis præmissis sub isto titulo, τάδε ἔνεστιν ἐν τῇδε τῇ βίβλῳ· πίναξ ἀκριβὴς τῆς γραφῆς τοῦ βιβλίου τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου τοῦ θεολόγου.

Orationes procedunt eodem ordine, quo illæ, quas in cod. xcvi. antea descripsimus; notandum est tamen, quod orationes istæ, in tabula numeratæ ιδ′ ιε′, in codice inveniuntur ε′ ϛ′.

Orationum quoque in Sancta lumina et in baptismum tituli, in tabula recte scripti, ob incuriam scribæ in codice ita habentur,

α. εἰς τὰ ἅγια θεοφάνια. fol. 146.

β. εἰς τὰ φῶτα, εἴτοι γενέθλια. fol. 158.

In fine adjecit manus longe recentior folia tria chartacea. quæ continent,

GREGORII Theologi epigramma funebre in Basilium magnum, cum NICETÆ Paphlagoniæ episcopi interpretatione. fol. 280.

Tit. Γρηγορίου τοῦ θεολόγου ἐπίγραμμα ἐπιτύμβιον εἰς τὸν τάφον τοῦ μεγάλου Βασιλείου, ἐξηγηθὲν παρὰ Νικήτα παφλαγόνος.

Exstat epitaphium impressum, inter opera, ed. Billio, tom. ii. p. 152.

104.

Chartaceus, in folio, ff. 460, sec. xvi.; haud eadem manu scriptus.

1. GREGORII, episcopi Nysseni, in Psalmorum inscriptiones tractatus, cum præfatione. fol. 1.

Tit. τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου, ἐπισκόπου νύσσης, εἰς τὴν ἐπιγραφὴν τῶν ψαλμῶν.

Exstat inter Gregorii opera, ed. Benedict., Paris. 1638, tom. i. p. 257.

2. Ejusdem GREGORII sermo in Psalmum sextum, de octava. fol. 78.

Tit. τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸν κ′ (*sic*) ψαλμὸν ὑπὲρ τῆς ὀγδόης.

Exstat ibid. tom. i. p. 367.

3. Ejusdem oratio in illud, Quando sibi subjecerit omnia, etc. fol. 81 b.

Tit. τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸ, ὅταν ὑποτάγῃ αὐτῷ τὰ πάντα, τότε καὶ αὐτὸς ὁ υἱὸς ὑποταγήσεται, κ. λ.

Exstat ibid. tom. ii. p. 6.

4. Ejusdem oratio adversus eos, qui castigationes ægre ferunt. fol. 93.

Tit. τοῦ αὐτοῦ πρὸς τοὺς ἀχθομένους ταῖς ἐπιτιμίσεσι (*sic*).

Exstat ibid. tom. iii. p. 311.

5. Ejusdem oratio de iis, qui adeunt Hierosolymam. fol. 97 b.

Tit. τοῦ αὐτοῦ περὶ τῶν ἀπιόντων εἰς Ἱεροσόλυμα.

Exstat ibid. tom. iii. p. 651.

6. Ejusdem de beatitudinibus orationes octo. fol. 100.

Tit. τοῦ ἐν ἁγίοις, κ. λ. εἰς τοὺς μακαρισμοὺς τοὺς ἐν τῷ εὐαγγελίῳ ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ εἰρημένῳ.

Exstant ibid. tom. i. p. 762.

7. NICEPHORI BLEMMIDÆ, monachi, in Psalterium Davidis commentarius. fol. 152.

Tit. præfationis, ἀρχὴ Νικηφόρου Βλεμίδους.

Incip. ψαλτήριον κυρίως ὀργάνου εἶδος ἐστὶ μουσικοῦ, ναῦλα παρ' Ἑβραίοις.

Tit. expositionis, ψαλτήριον ἐξηγημένον παρὰ ἁγίου κυροῦ Νικηφόρου τοῦ Βλεμίδους.

Incip. ὁ πρῶτος ψαλμὸς ἠθικός τέ ἐστι καὶ δογματικὸς, παραινεῖ γὰρ προσέχειν.

Des. αὗται γὰρ ἄγουσιν ἡμᾶς εἰς συνέλευσιν καὶ ἕνωσιν καὶ φιλίωσιν μετὰ Θεοῦ, ᾧ ἡ δόξα, κ. λ.

In fine,
ψαλμῶν τε βίβλων ἔμμελες ψυχῶν ἄκος.

8. JOHANNIS, archiepiscopi Constantinopolitani, cognomine XIPHILINI, expositio in evangelia per anni dominicas. fol. 302.

Tit. Ἰωάννου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντιουπόλεως τοῦ Χιφηλίνου ἐξήγησις εἰς τὰ εὐαγγέλια τῶν κυριακῶν τοῦ ἐνιαύτου.

Incip. *κυριακῇ πρὸ τῆς Χριστοῦ γεννήσεως· ἀπροοιμάστως ἀγαπητοὶ πρὸς ὑμᾶς διαλέξομαι.*

Desin. ab homilia quinta, scilicet dominica Lucæ evangelistæ duodecima.

Congruunt hæ quinque homiliæ cum iis a Pasino in catal. Taurinensi traditis, tom. i. p. 144.

9. Ejusdem expositio in Evangelia per varias dominicas; *manu altera descripta;* scilicet,

α. κυριακῇ μετὰ τὴν Χριστοῦ γέννησιν. fol. 366.
Incip. *ἔναγχος μὲν, ὦ φιλότης τῇ τοῦ Χριστοῦ.*
Eadem est atque secunda homiliarum quinque supra dictarum.

β. κυριακῇ πρὸ τῶν φώτων. fol. 371.
Incip. *φέρε δὴ σήμερον καὶ τὰ τῶν φώτων.*
Est tertia homiliarum citt.

γ. κυριακῇ τετάρτῃ μετὰ τὰ φῶτα. fol. 381 b.
Incip. *ὅτε τὸ κήρυγμα ὁ Βαπτιστὴς.*
Cf. cod. Bavar. cxcvi. fol. 13.

δ. κυριακῇ ιβ', ἐκ τοῦ κατὰ Λουκᾶν. fol. 391.
Incip. *οὐδὲν εὐχαριστείας κρεῖττον.*
Est quinta homiliarum supra citt.

ε. κυριακῇ ιδ', ἐκ τοῦ κατὰ Λουκᾶν. fol. 402 b.
Incip. *πολλὴ τοῦ χειμῶνος ἡ σφοδρότης*
Cf. cod. Taurin. xl. fol. 57.

ϛ. κυριακῇ ϛ' τῶν νηστιῶν, ἐκ τοῦ κατ' Ἰωάννην. fol. 408 b.
Incip. *ὁ μὲν νοὺς τῶν προκειμένων.*
Cf. cod. Bavar. fol. 183.

ζ. τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ κυριακῇ τοῦ Πάσχα, ἐκ τοῦ κατ' Ἰωάννην. fol. 424.
Incip. *ἰστέον ὅτι τῶν ἄλλων εὐαγγελιστῶν.*

η. κυριακῇ τοῦ ἀντιπάσχα. fol. 435 b.
Incip. *οὔσης ὀψίας.*

θ. κυριακῇ τρίτῃ τῶν μυροφόρον, [*sic.*] fol. 435 b.
Incip. *εὐσχήμων βουλευτὴς ὃς καὶ αὐτὸς.*

ι. κυριακῇ τετάρτῃ, τοῦ παραλήτου. fol. 436 b.
Inc. *ἑορτὴ ἦν τῶν Ἰουδαίων.*
Cf. cod. Bavar. fol. 224.

ια. κυριακῇ ϛ', τοῦ τυφλοῦ. fol. 441.
Incip. *ἔξεισι μὲν ἐκ τοῦ ἱεροῦ.*

ιβ. κυριακῇ ζ', τῶν ἁγίων πατρῶν. fol. 451.
Incip. *εἰπὼν τοῖς μαθηταῖς.*

ιγ. τοῦ αὐτοῦ ὁμιλία κη' κυριακῇ τῆς ἁγίας πεντηκοστῆς. fol. 455 b.
Incip. *τὴν πρώτην ἡμέραν τῆς ἑορτῆς.*
Desin. *ἀλλὰ πρὸς τὸν Πατέρα τὸν ἐν οὐρανοῖς μεταχωρεῖ, κ. λ.*

105.

Codex chartaceus, in folio, ff. 141, sec. xv.

Basilii, archiepiscopi Cæsareensis, in Isaiam prophetam commentarius, cum proœmio.

Tit. τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου, ἀρχιεπισκόπου καισαρείας καππαδοκίας, ἑρμηνεία εἰς τὸν προφήτην Ἡσαΐαν.

Exstat impress. inter opera, ed. Paris. 1721, tom. i. p. 378.

106.

Chartaceus, in 4to, ff. 113, sec. xv.; bene scriptus.

Apollonii Pergæi conicorum libri quatuor, schematibus margini perquam adfixis illustrati, cum epistola ad Eudemum præmissa.

Tit. Ἀπολλωνίου Περγαίου κωνικὸν πρῶτον.

107.

Chartaceus, in 4to, ff. 190, sec. xvi.

1. Aristotelis Stagiritæ parva naturalia, scilicet de sensu et sensibili, [*libellus sane typis impressus, edit., ut videtur ex notitia pæne deleta, Paris.* 1542;] de memoria et reminiscentia; de somno et vigilia; de insomniis; de divinatione per somnum; de motu animalium; de vita longa et brevi animalium; de juventute, de senectute, de vita et morte et pariter de respiratione; omnia notulis marginalibus et interlinearibus, *Latine* scriptis, penitus instructa. fol. 1.

---

2. Auctoritates ex Aristotele aliisque philosophis, scil. Seneca, Boethio, Apuleio, Platone, etc. decerptæ, cum tabula præmissa; *Latine.* fol. 80 b.

Tit. tabulæ, "Tabula divinarum propositionum Aristotilis, Averois, et quam plurimorum philosophorum."

In fine, "Auctoritates aureε et propositiones Aristotilis, Averois, et quamplurimorum philosophorum expliciunt ad laudem Domini nostri Jesu Christi; Amen."

Sequuntur excerpta ejusdem fere naturæ.

Incip. "Secundi de generatione; elementa sunt activa et passiva ad invicem, quæ sunt ejusdem generis."

108.

Codex membranaceus, in 8vo, ff. 52, anno 1471 manu Johannis Rhosi, sacerdotis, ortu Cretensis, nitide exaratus.

1. "Expositio in prooemium proverbiorum magni divique Basilii, archiepiscopi Cæsariensis, traducta e Græca in Latinam linguam per Athanasium Constantinopolitanum, episcopum Hieracensem;" cum prologo ad Antonium de Petrutiis, secretarium D. Ferdinandi II. regis Siciliæ. fol. 3 b.

Incip. prologus, "Quom ex urbe jam triennio fere in meam ecclesiam profecturus."

Incip. traductio, "Bonus est Deus, qui præmia obedientibus tribuit."

---

2. Basilii, archiepiscopi Cæsareensis, homilia in principium proverbiorum. fol. 24.

Tit. *τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου, ἀρχιεπισκόπου Καισαρείας, τοῦ μεγάλου, ἐξήγησις εἰς τὸ προοίμιον τῶν παροιμιῶν.*

Exstat impress. inter opera, ed. Garnier, tom. ii. p. 97.

In fine, *μετεγράφη χειρὶ ἱερέως Ἰωάννου Ῥώσου, κρητὸς τὸ γένος, ἐν Ῥώμῃ ἔτει ͵α υ ο α΄ ἀπὸ τῆς Χριστοῦ γεννήσεως, μηνὸς Ἰαννουαρίου κβ΄.*

109.

Chartaceus, ex charta lævigata, ff. 397, sec. xiv.; bene scriptus.

Aetii Amideni libri medicinales octo posteriores, a nono scilicet ad sextum et decimum inclusive; cum capitulorum tabula unicuique præmissa.

Tit. lib. ix. *Ἀετίου λόγος θ΄ περὶ τῶν κατὰ τὸ στόμα τῆς κοιλίας παθῶν καὶ αὐτῆς τῆς κοιλίας καὶ ἐντέρων.*

Inc. *περὶ καρδιακῶν· ὅπως μὲν χρὴ θεραπεύειν τοὺς καρδιακοὺς λεγομένους.*

Deficit codex in lib. xvi. cap. cxvii. a verbis, *κασάμου λίτρα α΄, ξυλοκαρυοφύλλον τὸ ϛ΄ σκίλματος—*

Cf. Bandin. catal. Bibl. Laurent. tom. iii. col. 169, quo uniuscujusque libri initium et capitum numerus memorantur, quibus cum codex noster prorsus consentit.

110.

Codex pulcherrimus membranaceus, in 4to minori, ff. 379, sec. forsan, si duo ultima excipias folia, x. ineuntis, optime exaratus imaginibusque pictis ornatus.

1. Actus SS. Apostolorum; cum Lucæ scribentis effigie, in fundo aureo picta, præmissa. fol. 2.

Tit. *Λουκᾶ πράξεις τῶν ἀποστόλων.*

Distinguitur liber in xl. capita, cum titulis margini adpositis.

2. Epistolæ catholicæ septem, argumentis Euthalianis et capitum indicibus instructæ, necnon Jacobi, Petri, Johannis et Judæ imaginibus ornatæ. fol. 103 b.

Desideratur Johannis epistolæ 1. cap. v. versus septimus.

3. Euthalii narratio de Paulo apostolo et de peregrinationibus ejus. fol. 161 b.

Exstat impress. inter Œcumenii commentarios, Paris. 1631, tom. i. p. 189.

4. Epistolæ Paulinæ quatuordecim, hypothesibus Euthalianis, capitum indicibus et stichometriis perpetuo instructæ, necnon cum Pauli imagine eximie picta præmissa. fol. 170 b.

In fine epistolæ ad Hebræos, *πρὸς Ἑβραίους ἐγράφη ἀπὸ τῆς Ἰταλίας διὰ Τιμοθέου; στίχων ψγ΄.*

Adjecit codici bibliopegus folium unicum, sec. xi. exaratum, homiliæ continens fragmentum, in qua citatur Cyrillus.

111.

Codex membranaceus, in 8vo minori, ff. 40, sec. xvi. ineuntis; anno 1541 peculium Ludovici, filii Sigismundi a Turre, et in anno 1542 Bernardini, filii Francisci a Bobus.

Erotemata quædam grammaticalia de verbis in -*μι*, pronominibus et verbis passivis.

Incip. *περὶ τῶν ῥημάτων εἰς -μι· τὰ εἰς -μι ῥήματα ἀπὸ τῶν περισπωμένων ῥημάτων.*

Desin. *ἡ ἐσομένης* [*sic*], *τῆς ἐσομένης· τὸ ἐσόμενον, τοῦ ἐσομένου. τέλος τῶν ἐρωτημάτων.*

In fine est regula de optativis et subjunctivis, quæ incip. *τὰ εὐκτικὰ καὶ ὑποτακτικὰ καθόλου ἐπὶ τετάρτης συζυγίας.*

Succedunt oratio dominica et symbolum Nicænum, etc.

112.

Membranaceus, in 4to minori, ff. 186, sec. xii. exeuntis; bene exaratus et servatus.

Evangelia quatuor, cum Eusebii epistola ad Carpianum præmissa, necnon elencho capitum et imagine evangelistæ unicuique præviis instructa.

Marginibus adfixæ sunt sectiones seu pericopæ usibus inservientes ecclesiasticis.

In fine est Synaxarium, sive tabula initia et fines evangeliorum exhibens per totum annum.

Adjecit manus recentior tempus incipiendi triodii ab an. 1497 ad 1522; supplevit quoque manus [J. B. Galliciolli] specimen lectionum variarum in S. Matthæi evangelii xii. capitibus prioribus cum edit. Venet. 1686 collatis.

113.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 332, sec. xii., nitide descriptus et, quoad titulos, literis aureis ornatus; olim Victoris Hieromonachi,

JOHANNIS Scholastici, cognomento CLIMACI, opera cum prolegomenis, ut sequuntur,

α. Prologus in librum. fol. 2.

Tit. *προθεωρία τῆς ἁγίας κλίμακος.*

Incip. *ὁ τὴν ἰσάριθμον ἡμῖν τῆς τοῦ Χριστοῦ κατὰ σάρκα ἡλικίας.*

Cf. Lambec. catal. bibl. Cæs. lib. iv. col. 417.

β. Elenchus contentorum. fol. 2 b.

γ. Vita Johannis Climaci, [auctore DANIELE monacho Rhaitheno.] fol. 2.

Consentit cum edit. Raderiana, si titulum excipias, in quo nulla fit mentio de Daniele.

Inscribitur, literis aureis, *βίος ἐν ἐπιτομῇ τοῦ μακαρίου Ἰωάννου τοῦ καθηγουμένου τοῦ ἁγίου ὄρους Σινᾶ, τοῦ λεγομένου σχολαστικοῦ, τοῦ καὶ συγγραψαμένου τὰς πνευματικὰς ταύτας πλάκας, ἤγουν, τὴν ἁγίαν κλίμακα.*

δ. Epistola JOHANNIS, abbatis Rhaithi, ad eundem Climacum, cum CLIMACI epistola responsoria. fol. 10.

Exstant in edit. cit. sign. o. vi. verso.

Tit. *ἐπιστολὴ τοῦ ἀββᾶ Ἰωάννου ἡγουμένου τῆς Ῥαιθοῦ πρὸς Ἰωάννην τὸν ἀξιάγαστον τοῦ Σινᾶ ὄρους ἡγούμενον, τὸν ἐπίκλην Σχολαστικὸν, ὕστερον δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ συγγράμματος ὀνομασθέντος, τῆς κλίμακος.*

ε. Scala Paradisi. fol. 13 b.

Tit. *λόγος ἀσκητικὸς*, et ut in ed. cit. ad *τῆς Ῥαίθου*, deinde in cod. nostro sic procedit, *διῄρηται δὲ κεφαλαίοις τριάκοντα βαθμίσι κλίμακος ὁμοίως, ἀπὸ τῶν χθαμαλωτέρων ἐπὶ τὰ μετεωρότερα τοὺς ἑπομένους ἀνάγους, παρὸ* [*sic*] *καὶ κλίμαξ ἡ βίβλος ὠνόμασται: πλάκες τὸ βιβλίον πνευματικαί.*

ϛ. Scalæ delineatio gradus habentis triginta, subjuncta capitum operis supradicti tabula altera. fol. 304 b.

Tit. i. *περὶ τῆς τοῦ κόσμου φυγῆς τῆς πρώτης.*

ζ. Ejusdem CLIMACI liber ad Pastorem. fol. 305 b.

Tit. *τοῦ αὐτοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ τῆς κλίμακος λόγος ἰδιαίτατος (sic) πρὸς τὸν Ποιμένα, διαλαμβάνων ὁποῖον δεῖ εἶναι τὸν προεστῶτα λογικῶν προβάτων.*

Consentit cum edit. cit. ad p. 463; in codice vero haud in capita distinguitur, nec in fine est doxologia.

114.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 263, sec. xiii., si pauca hic illic manu longe recentiori adjecta excipias.

1. Psalterium DAVIDIS titulis instructum, cum psalmo extra numerum idiographo subjuncto. fol. 1.

2. Cantica sacra et hymni. fol. 233.

3. Orationes ante et post communionem dicendæ. fol. 254.

Tit. *αἱ εὐχαὶ τῆς ἁγίας μεταλήψεως.*

115.

Chartaceus, in 8vo minori, ff. 135, sec. xv. ineuntis; nitide scriptus.

1. NICOLAI CABASILÆ divinæ liturgiæ expositio, in capita quinquaginta tria distincta, cum elencho capitum præmisso. fol. 5.

Tit. *τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου κυροῦ Νικολάου τοῦ Καβασίλα εἰς τὴν θείαν λειτουργίαν.*

Exstat impress. in Bibl. Pat. Gr. Lat. Paris. 1624, tom. ii. p. 200.

In fine, *τέλος τῆς ἐξηγήσεως τῆς ἱερουργίας ὅλης εἴτ᾽ οὖν εὐχαριστίας; πονηθείσης τῷ μακαριωτάτῳ καὶ σοφωτάτῳ κυρῷ Νικολάῳ τῷ Καβασίλᾳ, ἐν τρισὶ καὶ πεντήκοντα κεφαλαίοις.*

2. Anonymi cujusdam disputatio inter Græcum et Latinum de Pontificis Romani primatu. fol. 116.

Inc. *ὅτι τῷ μακαρίῳ Πέτρῳ ὁ δεσπότης ἡμῶν Χριστὸς τὴν ἑαυτοῦ ἐκκλησίαν ἐνεχειρίσατο.*

Des. *μακροθύμως ἀκουσόμεθά σου.*

In fine, *συναλγήσατέ μοι κόραι φίλαι λοιπόν.*

116.

Chartaceus, in 8vo minori, ff. 80, anno 1518 manu Bernardi Feliciani descriptus; olim Vincentii Contareni, postea Bernardi Galiæ.

1. Horæ beatæ Mariæ Virginis, secundum consuetudinem Romanam. fol. 1.

Tit. *ἀκολουθία εἴτ᾽ οὖν ὧραι τῆς ἀειπαρθένου Μαρίας κατ᾽ ἔθος τῆς ῥωμαϊκῆς αὐλῆς.*

2. Septem psalmi pœnitentiales, litaniæ, et orationes. fol. 54.

Tit. ἀρχὴ τῶν ἑπτὰ τῆς μετανοίας ψαλμῶν.

In fine, τέλος τῶν ἑπτὰ τῆς μετανοίας ψαλμῶν, πρὸς δὲ καὶ λετανιῶν καὶ τίνων ψυχωφελῶν τῆς μετιούσης εὐχῶν.

3. Symbolum Athanasianum, excerpta evangelica et orationes. fol. 72 b.

In fine codicis, ἐν ἐτίησι ἐγράφθη ὑπὸ Βερνάρδου τοῦ Φελικιανοῦ, χιλιοστῷ πεντακοστῷ δεκάτῳ ὀγδοάτῳ ἀπὸ τῆς θεογονίας ἔτει, ἐπὶ ἄρχοντος Λεονάρδου Λαυρετάνου τὴν βασιλίδα τῶν πόλεων ταύτην εὐτυχῶς ἡνιοχοῦντος.

117.

Codex chartaceus, in 8vo minimo, ff. 157, anno 1649 manu Georgii Lumpani in insula Cretensi descriptus; *barbaro-græcus.*

Liber orationum privatarum, quarum tituli præcipui sunt,

a. εὐχαὶ λεγομέναι κατ' ἐνώπιον τῶν δεσποτικῶν εἰκόνων τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ὅπως εὕρης αὐτὸν ἐν τῇ ὅρα τοῦ ψυχοραγισμάτος σου καὶ βοηθείας πολλῆς καὶ παριγορίας τυχεῖν, ἐξαυτοῦ λέγομαι ὅποταν βούλει τινὰς; εἶναι ἔτι δὲ καὶ τῆς παναχράντου καὶ πανυπερευλογημένης καὶ πανενδόξου καὶ κυρίας ἡμῶν θεοτόκου καὶ ἄει παρθένου Μαρίας ὅπως εὑρεῖς αὐτὴν ἐν τῇ ὅρα τοῦ ψυχοραγισμάτος σου καὶ βοηθείας πολλῆς καὶ παριγορίας τυχεῖν ἐξ αὐτῆς. fol. 6.

β. προσευχὴ πρὸς τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν. fol. 123.

γ. σύνταγμα οἶγουν μάζοξης ἀπὸ τῶν θείων καὶ ἱερῶν κανόνων, καὶ ἀπὸ τῶν ἐκκλησιαστικῶν παραδόσεων τῶν ἁγίων πατέρων διὰ ταῖς τεσσαρακοσταῖς καὶ νηστείαις τοῦ χρόνου ὅλου, κ. τ. λ. ἀπὸ ἐμένα τὸν ἐλάχιστον ἐν ἱερομονάχοις Νικηφόρου Πασχαλέα διὰ ὠφέλειαν πολλῶν καὶ ἀναγκαιοτάτην πρὸς ἐκείνους ὅπου ἐπιθυμοῦσι, νὰ ἀποκρίνονται ἐναντίων εἰς καπίους λεμάργους, ὅπου προφασίζοντας λέγοντας, ποῦ εἶναι γραμμένον ναυηστεύωμεν, καὶ ποίη κανώνε τὸ ὁρίζουσι; διὰ τὴν ἁγίαν καὶ μεγάλην τεσσαρακοστήν. fol. 133.

In fine, ἐγράφη τὸ παρὸν εἰμνολόγιον κόπῳ καὶ σπουδῇ ἐμοῦ τ' εὐτελοῦς καὶ ἁμαρτωλοῦ Γεωργίου καὶ ἀναξίου Λουμπάνου, καὶ οἷαν γινώσκοντες εὐχέσθε μοι διὰ τὸν κυρίον, καὶ ἤτοι σφαλερὸν, ἢ ἡρημένον συγχωρήσατε διορθώσατε, ὅτι τὸ ἁμαρτάνειν πάθος ἀνθρώπινον ἐστὶ;

Χρίστε δεδευπονέσαντι τὴν πολύολβον ἀρωγὴν, ἐν ἔτι ͵α χ μ θ' ἐν μηνὶ νοεμβρίῳ στᾶς ια' ἐν τῇ νήσῳ Κρήτῃ εἰς τὸ Χάνδα εἰς τὴν πολυορκέα τῶν ἀγαρίνων.

In initio et fine codicis adjecit manus recentior excerpta quædam biblica.

118.

Codex chartaceus, in folio, ff. 60, sec. xvi.

1. Pythagoræ, philosophi Samii, sive cujuscumque sint, aurea carmina. fol. i. b.

Titulus, πυθαγορικὰ ἔπη, τὰ ἐπικαλούμενα χρυσᾶ, στοιχείωσιν περιέχοντα τῆς τῶν πυθαγορείων φιλοσοφίας.

2. Hieroclis, philosophi Alexandrini, in dicta supra memorata commentarii. fol. 3.

Tit. Ἱεροκλέους φιλοσόφου ὑπόμνημα εἰς αὐτά.

In calce, Νικολάῳ τέχνῃ θῆκεν ἀριπρεπέα.

119.

Chartaceus, in folio, ff. 155, sec. xv.; anno 1626 peculium Nicolai sacerdotis.

Evangeliarium, sive ordo legendi evangelia per anni circulum, in pericopas distinctum.

Adjecit hic illic notitias quasdam marginales manus recentior.

In fronte legitur, μνήσθητε, Κύριε, καμοῦ τοῦ ἀναξίου δουλοῦ σου Νικολάου ἱερέως, 1626.

120.

Chartaceus, in folio, ff. 136, sec. xvi.

Olympiodori philosophi paraphrasis in Aristotelis ethicorum ad Nicomachum libros decem, titulo unicuique capiti præmisso instructa.

Tit. Ὀλυμπιοδώρου φιλοσόφου παράφρασις εἰς τὰ τοῦ Ἀριστοτέλους ἠθικὰ· βιβλία δέκα.

Incip. ὅτι πάσης πράξεως καὶ κινήσεως ἐστὶ τέλος· κεφάλαιον ἐν πάσῃ τέχνῃ καὶ μεθόδῳ ἀγαθόν τι ζητοῦμεν.

In fine, τέλος πάσης τῆς βίβλου.

Cf. Lambec. catal. Vindob. ed. Kollar. lib. vii. col. 229. *ad not.*

121.

Chartaceus, in folio, ff. 70, sec. xv. exeuntis.

Aristotelis Stagiritæ metaphysicorum libri septem priores et libri viii. pars prior.

Tit. Ἀριστοτέλους τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ ἢ περὶ θεολογίας βιβλίον πρῶτον, ἤτοι ἄλφα μεῖζον.

Deficit a verbis in lib. viii. cap. iii. prope ad finem, τῶν γὰρ μὴ ὄντων, ἔνια δυνά[μει]—

122.

Codex Illyricus membranaceus, in folio, ff. 312, anno ς ϥ λ ζ', [1429 ?] manu Gabrielis cujusdam monachi in Moldavia exaratus.

Evangelia quatuor, titulis capitum, Theophylacti argumentis, et imaginibus Evangelistarum pictis illustrata, necnon versione Græca, quoad evangelia, in margine *manu recentiori* scripta.

Subjiciuntur, Synaxarium, Menologium, et alia ejusdem generis.

Præmissa est notitia de codice, *Italice* scripta, quæ incip. "L' evangelio in lingua Illirica fu scritto in Moldovalachia per ordine della principessa Moglie di Alessandro l' anno 6637 (1129) 13 Marzo da un certo Gabriele monaco," etc.

Adnectitur unicuique evangelio subscriptio, cujus initium subjungimus,

бл҃гоизволенїемь, ѡц҃а. кнл оуч҃енїе мь сп҃а quam manus hodierna in linguam Italicam ita traduxit, "Colla benedizione del Padre, dottrina dell Figliuolo, e perfezione dello Spirito Santo. Si e fatto questo tetro-vangelio nel tempo dell' ortodosso e divoto padrone Gio. Alessandro Vajuoda (Pallatino) padrone di tutta la terra Moldavo-Valaca, e della fedele sua moglie Marina, la quale accesa d' amore delle parole di Cristo, sollecitamente ha voluto che sia scritto.

Anno 929 compito nel mese di Marzo il giorno 13, colla mano di Gabrielle monaco, figlio di Uricova, il quale scrissa nella citta di Vanimesce."

123.

Chartaceus, in folio, ff. 145, sec. xvi.

[Themistii, cognomento Euphradæ,] in Aristotelis de anima libros tres commentarii.

Deficiunt a τοῦτο ὥρμηται προσαποδεῖξαι ὅτι οὐχ οἷ οὔτε, in edit. Ald. 1534, p. 95. l. 20.

124.

Chartaceus, in folio oblongo, ff. 221, sec. xv.

Explicatio vocum ex Aristophane, Æsopo, Euripide aliisque collectarum, Latine expressa.

In fine, "1470, τινὰ ἐξ τοῦ Ἀριστοφάνους καὶ τῶν ἄλλων.

125.

Chartaceus, in forma oblonga, ff. 225, sec. xv.

Explicatio vocum phrasiumque in Homeri Iliados libris usu habitarum.

In fine, '1477 τινὰ ἐξ τοῦ Ομήρου.'

126.

Codex chartaceus, in 4to, ff. 272, secc. xv. et xvi.; pluribus constans fragmentis.

a. 1. Poematia in varia sacra, scilicet,

α. β. γ. εἰς τὴν τῆς παρθένου μετάστασιν. fol. 1.

δ. εἰς τὴν γέννησιν τοῦ Χριστοῦ. fol. 8.

ε. ς. εἰς τὴν Παρθένον. fol. 12.

ζ. anepigraphum, in honorem Virginis. fol. 15. Incip.

ὦ χάρις, ὦ τί μέλος θυμάρμενον, ὦ λιγὺς ἦχος.

η. μαρτύριον τοῦ ἁγίου Ἀνδρέου. fol. 18.

θ. ι. anepigrapha de Nativitate. fol. 23. Incip. θ.

Ὀφθαλμοί τι τὸ θαῦμα τεράστιον εἶδος ἰάλλει.

ια. Μικκοῦ Χρυστιδίοιο γενέθλιον ἦμαρ ἀείδω. fol. 27 b. In fine, Ἰωάννου τοῦ Δημασιανοῦ.

2. εἰς τὴν τῆς παρθένου κοίμησιν ἐγκώμιον. fol. 32.

3. Orationes variæ, quorum tituli,

α. Γρηγόριος γρηγορώτατος τῆς παρθενίας ὀφθαλμός. fol. 36.

β. γ. εἰς τὸν ἱερὸν Ἀθανάσιον λόγος. fol. 40.

δ. εἰς τὸν ἅγιον Γρηγόριον τὸν Ναζιανζίνον. fol. 44.

ε. εἰς τὴν τοῦ Χριστοῦ γέννησιν. fol. 47.

ς. εἰς τὸν θεόλογον Γρηγόριον. fol. 49.

ζ. τοῦ μακαρίου Βασιλείου, ἐπισκόπου σελευκείας ἰσαυρίας, λόγος εἰς τὸν πανεύφημον Θωμᾶν τὸν ἀπόστολον. fol. 51.

η. τοῦ αὐτοῦ λόγος εἰς τὴν ἁγίαν Πεντηκοστήν. fol. 55.

θ. anepigrapha; in assumptionem B. Virginis Mariæ. fol. 57.

Incip. τί τοῦτο, ὦ πάροντες, τί τοῦτο; Αὐγούστου μοναρχοῦντος ἐπὶ γῆς.

κ. λ. εἰς τὸν πάνυ Ἀθανάσιον. fol. 64.

μ. κυριακῇ τετάρτῃ τῶν νηστειῶν, in istud, διδάσκαλε ἤνεγκα τὸν υἱόν μου πρὸς σὲ, κ. λ. fol. 69.

b. Homiliarum a diversis fragmenta plura; *haud una manu exarata.* fol. 75.

c. Apophthegmata Patrum; *mutil.* fol. 127.

d. Canones ecclesiastici, auctoribus anonymo quodam, [forsan Joanne Damasceno,] Andrea Cretensi, Cosma et Paulo Armenico. fol. 157.

e. Narrationes de Sanctis. fol. 181.

Titulus primus, qui hodie restat, est, *περὶ τοῦ μοναχοῦ τὸν πτοχεύσαντα κοσμικὸν ἀδελφὸν [ἔχοντος]*.

f. i. Fragmenta homiliarum trium de processione Spiritus Sancti. fol. 209.

Desin. 1. *δηλαδὴ ἱεραρχῶν συσταθήσεται.*

Tit. ii. num. *κα΄, ὅτι ὑποκειμένου ἐκ μόνου Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐδὲν ὅλως ἀδύνατον ἕπεται, οὐδέ τι τῶν ὁμολογουμένων τῇ ἐκκλησίᾳ ἀναιρεῖται δογμάτων.*

Tit. iii. num. *λα΄, ἀπάντησις πρὸς τὰ ἐπιχειρήματα, ἃ πρὸς αὐτὸν εἶπεν ὁ ἀρχιεπίσκοπος Βοσπόρου περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος.*

2. *λόγος συντεθειμένος ἐκ διαφόρων τμημάτων τῶν τοῦ Θεολόγου λόγων, ἐτὶ δὲ καὶ τοῦ μεγάλου Βασιλείου, Ἁρμόδιος καὶ πρὸς τοὺς σοφοὺς τῶν Λατίνων λέγεσθαι.*

g. Hymni ecclesiastici, in S. Blasium, etc. notis musicalibus instructi. fol. 226.

h. Officium in S. Mariæ Virginis dormitionem, auctore Nicephoro Cretensi. fol. 231.

Tit. *μέγα λυνάρια εἰς τὴν κοίμησιν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου ποίμα κυροῦ Νικηφόρου μητρο πολίτου Κρήτης. κ. λ.*

i. Evangelistarii fragmentum. fol. 252.

k. Tabulæ pictæ figuras exhibentes allegoricas cum explicationibus, [auctore forsan Theophane Hiero-diacono sive Leone Imperatore.] fol. 260.

l. Leonis Magni Imperatoris oracula, etc. fol. 269.

Tit. *Χρησμοὶ τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως. κυροῦ Λέοντος τοῦ σοφοῦ βασιλέως.*

127.

Volumen, e duobus codicibus confectum, in 4to minori, quorum primus chartaceus, constans ff. 41, sec. xvii. manu Joannis Chatzi in Hierosolymis exaratus, secundus membranaceus, ff. 24, sec. xiv.

1. Descriptio civitatis Hierosolymarum tabulis pictis instructa; *barbaro-Græce.* fol. 3.

Tit. *πρὸσβηνισταριῶν συν Θεὸ αγίω τῆς αγίας πῶλεος Ἰερουσαλὴμ χαρην.*

In fine, *ἐτελειόθη τὸ παρὸν διὰ χιρὸς ἐμοῦ τοῦ ἁμαρτόλου Χατζὶ, Ιωάννου Θεσαλονικαίου, εἰς τὴν Ιερουσαλὴμ εἰς τὴν μονὴν τοῦ ἀρχαγγέλου,* 1670 (?) *μηνὶ μαρτιὸ* 17 *καὶ εἶναι τοῦ Χατζὶ, Ηλιᾶ τοῦ ἀναπληότι.*

2. [Vita Sanctæ Mariæ Ægyptiacæ meretricis, auctore D. Hieronymo]; in initio et fine mutila. fol. 1.

Incip. a verbis,—*που ἐν ᾧ ἱστάμην εἰκόνα,* inter vitas SS. ed. Rosweyd., sed *Latine* tantum, p. 295, col. 2, l. 67.

3. Sermones breves; *fragm.* fol. 9.

Incip. *εὐχαριστῶ σοι, Κύριε, ὅτι οὐκ εἰμὶ ἐξίσης.*

4. Apophthegmata Patrum; etc. *fragm.* fol. 17.

128.

Codex chartaceus, in folio, variis constans fragmentis, ff. 89, secc. xiv. et xv.

1. Quædam ex Johannis Damasceni libris secundo et tertio de Imaginibus. fol. i.

Incip. a verbis, *ἐγὼ μὲν οὖν,* in edit. le Quien, tom. i. p. 336, D. 10 ad *σεαυτῷ γλυπτὸν.* p. 350 A. 4.

2. Ex ejusdem Dialecticis. fol. 8.

Incip. *ἤπερ γνῶσίς ἐστι* in edit. cit. p. 7.C. 2 ad *τοῦ ὑποκειμένου* p. 18 D. 1.

3. Ex ejusdem de fide orthodoxa libris iii. et iv, fol. 12.

Incip. ab *ἀλλ᾽ ἐν αὐτῇ,* p. 218, B. 4 ad *αὐτὸν τοὺς λόγους* p. 278, D. 6.

4. Ex ejusdem de natura composita sermone. fol. 32.

Incip. *-χθαι τῆς σαρκὸς.* p. 523 E. 4 ad finem.

5. Ejusdem Canones, sive Cantica, septem. fol. 33 b.

Consentiunt cum istis in edit. cit. pp. 673—681, 684.

Deficit septimus canon prope ad initium a verbis, *φθέγγη παράδοξα;* in edit. p. 290 C. 4.

6. [Ex Ejusdem de Imaginibus orat. tertia.] fol. 40.

Incip. a *-σχον ἔλεγες,* p. 374, A. 7. ad *ἁμαρτίαν ἧς καὶ,* p. 381, A. 11.

7. Fragmenta ex anecdotis et narrationibus de Sanctis; *haud ex eodem codice desumpta.* fol. 44.

8. Homiliarum fragmenta duo. fol. 85.

9. Tabularum fragmentum astronomicarum. fol. 88.

CATALOGUS

CODICUM MSS.

BIBLIOTHECÆ CANONICIANÆ.

CODICES LATINI.

AUCTORES CLASSICI.

1.

Codex membranaceus, in folio minori, constans foliis 295, sec. xiii.; bene exaratus et servatus, et, quoad librorum titulos, minio tinctus.

Publii Ovidii Nasonis opera scholiis, plerumque ineditis, instructa; scilicet,

1. Epistolarum heroidum liber, cum scholiis marginalibus interlinearibusque uberrimis. fol. 1.

Incip. schol. " In principio hujus libri quatuor principaliter inquiruntur, scilicet, materia, intentio, finalis causa, cui parti philosophiæ supponatur."

In fine, " Explicit liber Eroidum.

Desinit a vers. xii. in Cydippes epistola ad Acontium.

2. Amorum libri tres, cum scholiis. fol. 29 b.

Tit. " Incipit Ovidius sine titulo."

Incip. scholia, " In hoc opere quinque sunt inquirenda, primo videndum est, quæ sit materia, quæ intentio, quæ utilitas."

In fine, " Explicit Ovidius sine titulo."

3. De arte amandi libri tres, scholiis, quoad libros duos priores, instructi. fol. 50.

Incip. scholia, " Materiam habet opus in hoc opere, scilicet, amorem."

4. De remedio amoris libri duo. fol. 69 b.

In calce, " Explicit Ovidius de remedio amoris."

5. Metamorphoseon libri quindecim cum scholiis, quorum pauca supplevere manus duæ aliæ ævi inferioris. fol. 76 b.

Incip. schol. *man. sec.* " Metamorphosios dicitur a morpha, quod est de et morphos, quod est mutatio, et usya, quod est substantia."

Incip. schol. *man. pr.* " Eurus ad Auroram; Hic assignat partes ubi positi sunt quatuor principales venti."

In fine legitur versus iste,

" Explicit, expliceat, ludere scriptor eat."

6. Fastorum libri sex, scholiis ad initium modo instructi. fol. 197.

Sequitur notitia ista, "Nota ad eternam rei memoriam, qualiter die Mercurii, que fuit die sexta mensis Madii, anno Domini ab incarnatione ejusdem millesimo trecentesimo quinquagesimo sexto, indictione octava, dominus Karlus de Buemmia, imperator et semper Augustus, redit de Roma et intravit incoratus in civitatem Pisanam per portam sancti Marci, et cum mangno palio de sirico portato per mercatores et cives Pisanos; et similiter domina imperatrix; et ambo sub diversis paliis iverunt per carrariam pontis spine et transiverunt Arnum, et iverunt justa Arnum usque ad pontem novum et per dictam carrariam pontis novi iverunt ad ecclesiam majorem; et deinde iverunt ad palatium An . . . thorum, et ibi hospitati fuerunt diebus quindecim, et postea fuit acensus ingnis in dicto palatio et quasi combustum, et ivit ad habitandum in domo Pisani archiepiscopi, et ibi existente fuit suscitatus rumor in civitate Pisana a quibusdam contra eum, ex qua de causa fuerunt ab ejusdem vicario decapitati, Francischus Bartholomeus et Loctus Gambacurte, Cecchus Cinquernus, Nerius Papa, Johannes de Brachiis; et ergo conjuncti cives et domini dicte civitatis, salutis anno et indictione de mense May, et dicta die ego, Franciscus (?) notarius complevi dictum librum scribere."

71.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 180, sec. xiv.

M. Annæi Lucani Pharsaliæ libri decem, glossis interlinearibus marginalibusque, et tetrasticho in Poetam, instructi; [in fine mutili.]

Defic. a lib. x. vers. 186,
"Stēlarum celique plagis superisque vacavi."

72.

Membranaceus, in 4to minori, ff. 98, sec. xiii., quoad partem posteriorem anno 1274 descriptus; nitide exaratus et servatus.

1. [Statii Papinii Surculi Achilleidos libri quinque] scholiis glossisque illustrati. fol. 1.

Præmittitur versiculus iste,
"Assit principio Virgo Maria meo."

Incip. schol. "Magna. Eaci.; Magnanimus est ille, qui agredienda non evitat."

2. Anonymi cujusdam scholiastis in Ovidii metamorphoseon libros commentarii. fol. 20.

Præmittitur distichon sequens,
"Qui ceptum prestas da finem, summa potestas;
Assit principio Sancta Maria meo."

Incip. "De prolixitatis fastidio aures audientium obturentur breviter et compendiose de quo, et qualiter, et ad quid agat actor in hoc opere videamus."

Desin. "veri, veritatis; vivam fama; per famam, per omnia secula seculorum; Amen."

In calce, "Expliciunt glosule methamorphoseos."

Ad fol. 48 b. inseruit manus ejusdem fere ævi,

a. Versus circiter cxl., plerumque leonini, in laudem lymphæ.

Incip.
"O flos doctorum . fons juris regula morum."
Desin.
"Plus vino vere . limpham de jure valere."

b. Versus circiter octoginta leonini de artibus septem sapientiæ obedientibus.

Incip.
"Jam sapientia sibi dedicavit,
Quasi inextumabili modo preparavit,
Hanc auro purissimo extra decoravit,
Intus radiantibus gemmis deauravit."

3. Catonis monita et carmen cum brevi præfatione, necnon scholiis uberrimis instructa. fol. 60.

Incip. scholia, "Sicut vult Isaacus in libro de distinctionibus, philosophia est cognitio universi."

Desin. "Negligencia est virtutis et sapiencie despectus spontaneus, etc."

In fine sunt,

a. "Versus scientiarum" undecim, præter ultimum, heroici. fol. 82.

Incip.
"Philosophia docet inquirere, quid sit honestum."

b. Versus septem de artibus. fol. 82.

Incip. "Grammatica sic,
"Quicquid agant artes . ego semper prædico partes."

c. "Ordo tocius baptismi." fol. 82.

Incip. "In baptismo triplex est uncio; in pectore, ut racio, quæ est in corde doceatur."

4. Theoduli Itali Ecloga, in qua comparantur veteris Testamenti miracula cum poetarum veterum commentis; scholiis instructa amplissimis. fol. 82 b.

Incip. schol. "Iste Theodulus episcopus Actenenensis fuit, ubi maxime auctoritatis et ibi maxima copia ydolorum fuit."

In fine, "Explicit liber Theodoli."

Deinde, "Anno Domini m°.cc°.lxx°.iiij°. mense Junii fuit liber iste scriptus; in die lune ante festum sancti Johannis Batiste vel finitus.

Scandit summa domus . nolente volente Catomus."

73.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 107, sec. xiv.

M. Annæi Lucani Pharsaliæ libri decem scholiis marginalibus hic illic instructi, et tetrasticho in poetam præmisso.

In fine, "Explicit liber Lucani; Deo gratias; Amen."

74.

Membranaceus, in 4to majori, ff. 102, sec. xiv. exeuntis.

Statii Papinii Surculi Thebaidos libri duodecim argumentis, sub nomine Ovidii, metricis, excepto primo, necnon glossis hic illic marginalibus instructi; et quoad literam uniuscujusque libri initialem bene ornati.

Mutilus est liber ultimus a versu,
"Itur in exanguem" etc. ad "Provocet; hortantur," etc., et a,
"Natus erit, parvoque thorum Polinice fovebo."

75.

Codex chartaceus, in 4to, ff. 99, sec. xv.; hic illic madore læsus.

LUCTATII PLACIDI, grammatici, in Statii Thebaidem commentarius; cum notitia de poeta præmissa.

Incip. notit. "Queritur, quo tempore fuerit Statius."

Exstant commentarii impressi ed. Venet. 1494, et alibi.

In fine, "Explicit commentum Lactantii Thebaidos Statii."

76.

Membranaceus, in 4to, ff. 146, sec. xiv. exeuntis; bene exaratus.

STATII PAPINII SURCULI Thebaidos libri duodecim, cum argumento unicuique, præter primum, libro præmisso.

In fine, "Statii Thebeidos duodecimus liber explicit; Deo gratias, Amen, Amen, Amen."

In fronte codicis sunt insignia possessoris cujusdam, [e familia de Benino de Florentia?] qui gerebat in scuto nigro monocerotem rubeum erectum.

77.

Chartaceus, in 4to, ff. 177, sec. xv.

STATII PAPINII SURCULI Thebaidos libri duodecim argumentis, excepto primo, instructi.

78.

Membranaceus, in 4to, ff. 38, sec. xiv. ineuntis.

1. STATII PAPINII Achilleidos libri quinque, cum argumento hexasticho libro secundo præfixo, fol. 1.

Incip. argumentum lib. ii.
"Elegit inbellem Licomedis Nereys aulam."

2. BONUCCINI, sive BONVISINI, de RIPA de vita scholastica poema elegiacum. fol. 21.

Incip.
"Hic rudium primo vivendi forma docetur,
Postmodo doctorum denique finis erit."

Desin.
"Iste liber merito sit vita scholastica dictus,
Sit Yhesu Christo, gloria, laus [et] honor;
Hec Bonucinus de Ripa noscere, lector
Is qui composuit carmina, dante Deo."

In fine, "Explicit liber Bonuccini de vita scolastica; frater Baptista, Amen. *adjecit manus altera*, 1303."

79.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 157, sec. xiv.; quoad literas initiales miniaturis bene pictis ornatus.

STATII PAPINII Thebaidos libri duodecim, argumentis metricis et glossulis nonnullis illustrati.

Incip. argum. primum,
"Associat profugum Tydeo primus Polinicem."

Præmissum est codici argumentum totius operis dodecastichon, quod incip.
"Surculus Urbiro præponit carmine Musas."

80.

Membranaceus, in folio minori, ff. 65, sec. xiv.; haud una manu exaratus.

1. Fabularum Æsopicarum sive Romulearum collectio, versibus elegiacis expressarum; cum introductione. fol. 1.

Consentiunt cum Fabularum libris iii. inter Rænerii autores octo morales p. 130 impressis, excepto quod codex noster duas habet subjunctas, scilicet,

a. De capone et accipitre. fol. 19.

Incip.
"Querere diffugium, domino veniente, caponem."

b. De pastore et lupo. fol. 19 b.

Incip.
"Cum pastore lupus sociabile fedus inivit."

In fine, "Explicit liber Esopi; Deo gratias, Amen."

2. Præcepta Rhetorica ex CICERONE et aliis collecta; *Italice*. fol. 20.

Incip. "Dice Tulio nel prologo della rethorica che secondo il suo parere."

Des. "Credo che questo Tibasti quanto al presente tuo intendimento. Deo gratias, Amen."

Sequuntur manu alia et recentiori descripta,

a. Salvatoris imago cum passionis instrumentis etc. delineatis. fol. 36.

b. Formulæ ad epistolas inscribendas. fol. 36 b.

Prima est, "Al gran Maistro de Rod."

Ult. "Al Malatesta."

In fine, "Explicit hoc opus; Deo gratias, Amen."

3. A. M. S. BOETHII de philosophiæ consolatione libri quinque. fol. 39.

In fine, "Explicit liber Boetii; Amen, Amen."

81.

Codex membranaceus, in folio, ff. 143, sec. xv.; optime scriptus et picturis, hodie tamen attritis, ornatus.

BASINII, poetæ Parmensis, Hesperidos, sive de bello inter Alphonsum V. Arragoniæ regem et Florentinos, libri tredecim.

Incip.

"Martis et arma feri et partum virtute riumphum,
Magnanimi die, Musa, viri, qui fortibus ausis."

Desin.

"Ille labor manuum signisque ingentibus altum,
Ardet opus fulgentque poli viventia monstra.
Finis."

82.

Chartaceus, in folio, ff. 193, sec. xv.

M. VALERII MARTIALIS spectaculorum liber et epigrammatum libri quatuordecim, glossis hic illic instructi; in fine mutil.

Desunt lib. xiv. epigramm. ccxix.—ccxxiii. et ccxvii. linea secunda.

83.

Chartaceus, in folio, ff. 14 et 464, sec. xv. exeuntis; olim "Dominici Francisci Bencivenii, de Fluentia, item fratris Ja. or. P. et cæterorum amicorum."

M. VALERII MARTIALIS spectaculorum liber et epigrammatum libri duodecim priores, cum Domitii Calderini commentariis perpetuis, et "repertorio," sive tabula versuum initialium, præmisso.

In fine est librorum catalogus, sub titulo, "Ricordo de libri lassai in casa, quando Andai Conta illustrissima signora di Piombini per Cancelliere, facto a di vij. di Dicembre, M.D.XX. per me Domenico di Francesco Bencivenni, in Firenze."

84.

Chartaceus, in folio, ff. 160, anno 1467 descriptus.

M. VALERII MARTIALIS epigrammatum libri quatuordecim.

In calce, "Marcii Valerii Marcialis explicit ad laudem et gloriam omnipotentis Dei et Virginis Marie 1467 die 13 mensis Jenuarii in civitate Feltri finis: Amen."

85.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 192, sec. xvi. ineuntis; optime scriptus et servatus, et quoad litteras initiales depictus.

M. VALERII MARTIALIS spectaculorum liber et epigrammatum libri xiv. cum PLINII SECUNDI ad Cornelium Priscum epistola præmissa, et poetæ vita posthabita.

Incip. vita, "Marcialis festivissimus epigrammaton scriptor se Hispanum."

In folio 1 verso sunt insignia ista, [Macinghi de Florentia?] In scuto rubeo, tres lunulæ aureæ (cornibus sursum versis) cum balteo obliquo, muris Armenii vellere impresso, superposito.

86.

Membranaceus, in folio, ff. 180, sec. xiv. exeuntis; manu Isacis de Paulinis de Roma optime exaratus.

LUCII ANNÆI SENECÆ Cordubensis tragœdiæ decem, cum glossulis perpaucis hic illic, manu recentiori, instructæ.

In fine, "Explicit Hercules Etheus Aneii Senece tragedia decima; Amen. Iste tragedye scripte fuerunt per me Isacem de Paulinis de Roma.

Detur pro penda . scriptori pulcra puella."

87.

Chartaceus, in folio, ff. 215, sec. xv.

L. ANNÆI SENECÆ, Cordubensis, tragœdiæ decem, glossis marginalibus rarissime illustratæ.

Desunt trag. x. versus circ. 260 posteriores, a versu,
"Hinc inde traxit, nimia quas flamma occupat."

88.

Chartaceus, in folio, ff. 228, sec. xiv. exeuntis, haud una manu exaratus.

L. ANNÆI SENECÆ tragœdiæ decem, glossis hic illic instructæ.

In fine, "Lucii Anei Senece expliciunt tragedie complete millesimo trecentesimo nonagesimo nono die octava Augusti hora xv.[a] in scola reverendissimi artis grammatice doctoris et rhetorice eximii professoris magistri Gentilis de Ravenna; Deo gratias. Amen."

89.

Codex chartaceus, in folio, ff. 180, sec. xv. ineuntis; hic illic duplici columna descriptus.

L. Annæi Senecæ tragœdiæ decem.

In calce, "Finis finitus Amen dico, et omnibus dico."

Codici præmissum est fragmentum Senecæ Herculis furentis, in 4to, in membranis decem sec. xv. exaratum.

90.

Membranaceus, in 4to majori, ff. 230, sec. xiv. exeuntis, manu Molai presbyteri optime exaratus; quoad folium primum literasque initiales bene pictus et auratus.

L. Annæi Senecæ tragœdiæ decem, notulis hic illic instructæ.

In fine, "Explicit Hercules Cetus, tragidia ultima; Deo gratias; Amen. Explicit tragidiarum Senecæ liber; Deo gratias.

"Finito libro laus sit et gloria Christo,
Vivat in celis presbiter Molaus nomine felix."

In fronte est scutum ad perpendiculum bipartitum in fascias quinque divisum de argento et nigro colore subalternatim mutato.

91.

Chartaceus, in 4to majori, ff. 81, sec. xv. exeuntis.

M. Accii Plauti comœdiæ sex, scilicet, Amphitruo, Asinaria, Captivi, Curculio, Cistellaria et Aulularia, notulis hic illic instructæ.

92.

Chartaceus, in 4to majori, ff. 93, sec. xv. exeuntis; manu Bartholomæi cujusdam exaratus.

M. Accii Plauti comœdiæ octo, nempe, Amphitruo, Asinaria, Captivi, Curcullio, Casina, Cistellaria, Epidicus, Aulularia, glossulis nonnullis hic illic instructæ.

In fine, "Laus tibi, Criste; ἐγὼ Βαρτόλωμοιως (*sic*) γέγραφα, τῆς μαίρας, ἀμήν.

Et postea in calce codicis, "Johannes Dominicus Maria natus fuit de mense Augusti die quinto, hora decima octava, de anno 1460; Deus eum felicitet.

Franciscus Bartholomeus natus fuit die quintodecimo Octobris 1461, paulo ante horam quartam noctis."

Et in charactere Hebraico, "Antonii Referendarii [?]"

93.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 123, sec. xiv.; optime scriptus et servatus.

L. Annæi Senecæ tragœdiæ decem, cum argumento manu recentiori unicuique præmisso et monostichis decem ad fol. 1. b. descriptis; quæ incip. "Herculis insani fert prima tragedia strages."

In fine tragœd. ult. "Lucii Annei Senece tragedia decima et ultima, Hercules Cethus, similiter et totus tragediarum liber hic explicit."

Præmisit codici manus recentior,

a. Nomina nympharum, Musarum, et Lunæ. fol. 1.

b. Nomina insignium regalium. fol. 1.

c. Nomina Musarum ex Marciano Capella. fol. 1.

d. De eisdem, versibus elegiacis. fol. 1.
Incip.
"Primum scire petit fame dulcedine Clio."

e. Excerptum ex Alano de Insulis de naturæ complanctu. fol. 1.

f. Ex Hugone [de Folieto] de claustro animæ. fol. 1.

g. Cyprianus de xii. abusionibus seculi. fol. 1.

h. Res quinque ridiculosæ et periculosæ ex Gilberto (Magno?). fol. 1.

i. Versus octo de altaris sacramento. fol. 1.
Incip.
Constat in altari carnem de pane mutari."

k. Ex Johanne Boccaccio de mulieribus claris. fol. 1 b.

l. "Opusculum breve de viciis et virtutibus et radicibus suis." fol. 2.
Incip. "Septem dicuntur capitalia vicia."
In fine est notitia de distinctione virtutum a Macrobio super Scipionis somnio."

m. S. Ignatii epistola ad S. Johannem. fol. 3 b.
Exstat impressa inter Patres Apostol. ed. Coteler. ii. 941.

n. Ejusdem ad B. V. Mariam epistola. fol. 3 b.
Exstat ibid. p. 941.

o. B. Mariæ Virginis ad Ignatium epistola. fol. 3 b.
Ibid. p. 942.
De his epistolis cf. Fabric. cod. apocr. Nov. Test. tom. i. p. 836, *seqq.*

94.

Codex chartaceus, in folio, ff. 116, sec. xv. exeuntis; anno 1662 peculium P. Gasp. Mariæ Muratorii, de Bononia.

P. Terentii Afri Comœdiæ sex, cum vita, [auctore Paulo Orosio] argumento ad Andriam et epitaphio præmissis.

Incip. argum. "Orto bello Athenis Chremes senex quidam propter seditionem relinquens."

Incip. epit.
"Natus in excelcis tectis Carthaginis alte."

Exstat inter elogia Vett. ed. Hackio, 1668.

In fine omnium Comœdiarum legitur, "Calliopius recensui," de quo agit Fabricius in Bibl. Lat. tom. i. p. 36.

95.

Chartaceus in folio, ff. 166, sec. xv.; binis columnis exaratus.

Ælii Donati Grammatici in Terentii comœdias sex commentarii, cum tractatu de Tragœdia et Comœdia præmisso; initio mutili.

Incip. a verbis, "dicebatur unde, ἀπὸ τοῦ τράγου," in edit. Basil. 1538, sign. *a*, 6.

In fine, "Donati Gramatici comentum in Phormionis comedia feliciter explicit."

96.

Membranaceus, in folio, ff. 103, anno 1419 manu Guilierimi de Regno bene exaratus; olim Johannis Servii.

P. Terentii Afri comœdiæ sex, cum [C. Sulpitii Apollinaris] et aliis argumentis et poetæ epitaphio, necnon glossis marginalibus, *manu altera descriptis*, illustratæ.

In initio codicis præmisit manus recentior plures notulas de Terentio et theatro, etc.

Incip. "Ex libro trigesimo Titi Livii hec reperiuntur, Scipionis."

In fine, "Terrencii Afri Comici poete Echira explicit; Terrencius finit. Scriptum Florencie m. cccc°. ixx°. die xxiij°. mensis Decembris, indictione xii^a. Scripsit presbyter Guilierimus de Regno; laus sit Deo et omnibus sanctis."

97.

Chartaceus, in folio, ff. 33, sec. xv.; hic illic mutilus.

P. Terentii Afri comœdiæ dictæ, Andria et Eunuchus, cum argumentis solitis, Terentii vita, [auctore Paulo Orosio] et epitaphio, instructæ.

Præmittuntur quoque, statim post argumentum Andriæ prosaicum, versus quatuordecim sub titulo, "Carmina continentia omnes comedias et in genere sententiam earum."

Incip.
"Andria, l'Eunuchus, Euton, Adelphus, Echira."

98.

Codex membranaceus, in folio, ff. 106, sec. xv. ineuntis, bene exaratus; olim Johannis de Vicecomitibus, postea Com. Pirro de Capitanis.

P. Terentii Afri comœdiæ sex, [C. S. Apollinaris] periochis et scholiis hic illic instructæ; mutil.

Desunt folium primum et plura ex ultima Comœdia, scil. Phormione.

In fronte codicis inseruit bibliopegus membranam unicam, in qua epistolæ Hypsipyles ad Jasonem fragmentum; scil. Ovid. Heroid. ep. vi.

99.

Membranaceus, in folio minori, ff. 110, sec. xv.

P. Terentii Afri comœdiæ sex, cum [C. S. Apollinaris] argumento, unicuique, præter Eunuchum, præmisso.

Argumentum ad Eunuchum incip. "Meretrix adolescentem;" ut in edit. Basil. 1538.

In fine est vita Terentii, quæ incip. "Terrentius Afer genere, Cartaginensis puer captus et a quodam Terrentio Lucano emptus."

Sequuntur "verba propria animalium secundum vocem eorum, ut posuit Uguccio," scil. Huguitio de Vercellis, sive forsan potius Hugo de S. Victore.

Incip. "Baulare, latrare, est proprie canum."

100.

Membranaceus, in folio minori, ff. 94, sec. xv.; bene scriptus et servatus.

P. Terentii Afri comœdiæ sex, argumentis ad Andriam, Adelphos, Hecyram Phormionemque prosaice scriptis, necnon vita Poetæ [ex dictis Fr. Petrarchæ] et epitaphio, Apollinaris quoque ad Andriam periocha, instructæ.

Incip. vita, "In antiquis litteris multa reperiuntur et plura etiam in modernis scripta."

Incip. argum. i. "Orto bello Athenis."

101.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 114, anno 1446 bene exaratus, anno 1448 peculium Thomæ Lepanoni?

P. Terentii Afri comœdiæ sex, Poetæ epitaphio, C. S. Apollinaris, necnon quoad Eunuchum anonymi cujusdam, argumentis, instructæ.

In fine, "Deo gratias semper; Amen. Laus Deo iii. Kal. Decembris 1446."

Postea, manu altera,

"Tempore felici . multi numerantur amici,
Si fortuna perit . nullus amicus erit."

Et in calce codicis, "Vianini Minischalchi Terentius et amicorum."

102.

Membranaceus, in folio minori, ff. 98, sec. xv.; optime scriptus et servatus.

P. Terentii Afri comœdiæ sex cum epitaphio poetæ et argumentis, ut in codice supra memorato.

In fine sunt,

a. "Pulex poeta de cetu atque obitu Hermaphroditi." fol. 98 b.

Exstat inter poem. et epigram. vett. p. 6.

b. Hexastichon de Trinitate; *Italice*. fol. 98 b.

Incip.

"Mato e chi spiera in nostra rasone."

c. Tetrastichon ad B. V. Mariam. fol. 98 b.

Incip.

"Virgo, sallutiferi veneranda puerpera Christi."

103.

Membranaceus, in folio minori, ff. 113, sec. xv.; olim cujusdam de familia de Benino de Florentia.

P. Terentii Afri comœdiæ sex, C. S. Apollinaris periochis instructæ.

Præmittuntur argumenta tria alia, auctore incerto, ad Eunuchum, ut in edit. Basil., ad Hecyram, quod incip. "Adolescens, qui meretricis amore tenebatur," et ad Phormionem, incip. "Ex duobus fratribus alter locuplex."

In fine,

a. Terentii epitaphium. fol. 111 b.

b. [Volcatius Sedigitus] de poetis comicis, sub titulo, "Hegidius in libro, quem de poetis scripsit." fol. 112.

c. "Terentii vita excerta ex dictis domini Francisci Petrarce." fol. 112 b.

Incip. "De Terentii vita in antiquis multa reperiuntur."

104.

Codex chartaceus, in 4to, ff. 139, anno 1448 descriptus.

P. Terentii Afri comœdiæ sex epitaphio et argumentis ut in codice supra num. 101, necnon glossis interlinearibus perpetuis, instructæ.

In fine, "Terencii Afri comici explicit Phormio feliciter die Mercurii decimo septimo mensis Decembri, 1448, indicione undecima."

Priores comœdiæ, ut legitur in uniuscujusque fine, dicuntur exaratæ fuisse in anno 1391.

In fine codicis manibus diversis descripta sunt,

a. "1485 die 16 Madii incepi examinare Petrum Antonium de Fuscis, pro quoque mense quatuor marcas."

b. Versus sex amatorii.

Incip.

"Quid pejus damno? Vulnus. Quid vulnere? morbus."

c. Versus octo elegiaci de opibus.

Incip.

"Creverunt et opes, et opum furiosa cupido."

d. "Ego Antonius filius S. de Laidi de Caperno de Santo...one Ord. Veron. creatus fui publicus et autenticus notarius a prudentibus viris domino Antonio Donato de Canodasino [?] et a Johanne Donato de d.donibus et ab Antonio Viella et a Johanne Michaele a Falcibus, et a Pasio de Turi et a Johanne Simone et a...... onicho de ordine decano, omnibus examinatoribus; die Jovis decimo octavo mensis Martii 1451 indicione quartadecima."

In fine sunt exemplaria chartarum trium ad terras in Verona spectantium; datt. 1316.

105.

Chartaceus, in folio minori, ff. 114, sec. xv.

M. Accii Plauti comœdiæ octo; scilicet, Amphitruo, Asinaria, Captivi, Curculio, Cassina, Cistellaria, Epidicus, Aulularia.

Hic illic notulas, sed rarissimas, margini djecit manus recentior.

106.

Chartaceus, in 4to minori, ff. 116, sec. xvi. ineuntis.

Anonymi cujusdam in Plauti comœdias octo commentarii; ordo est Amphitruo, Asinaria, Captivi, Aulularia, Curculio, Cassina, Cistellaria, Epidicus.

Incip. 1. "Plautus apud Festum Pompeium est, primo Accius, post Plautum, quia pedes

planos et latos habuit" etc. "Ut vos; Mercurius Deus tum eloquentiæ tum mercaturæ."

Desin. ult. "lumbos exurgite; quia cum homo sedet, habet lumbos depressos, erectus autem habet elevatos, quia quando homo surgit tunc simul lumbos levat. Finis Plauti; Deo gratias.

107.

Codex chartaceus, in folio, ff. 397, anno 1762 Venetiis transcriptus.

De septem a Jesu Christo verbis in cruce prolatis libri septem, auctore domino MARIANO A VOLATERRA, primo Cartusie Venetiarum priore, accedunt ejusdem in Deiparam Sanctosque plures laudationes, quæ omnia meliori forma transcribenda curavit dominus Marcus Temanza, ejusdem Cartusie professus, necnon admodum reverendo patri priori suo domino Josepho Fabricio obsequenti animo dicavit. Venetiis. MDCCLXII.

Præmittitur M. TEMANZA epistola dedicatoria ad Fabricium; dat. Cartus. S. Andr. 8 Sept. 1762.

In fine est "Elogium Mariani, operibus nonnullis ejusdem in Cartusia Venetiarum MS. existentibus præfigendum, a domino Daniele Mazzaccara in gratiam ejusdem Cartusiæ concinnatam; accessit operum authoris omnium elenchus, quæ pro majori parte in Cartusia Florentiæ exhibentur."

Sequitur notitia de vita Mariani ex Annalium Camaldulensium, [ed. Mittarelli] tom. vii. p. 214.

108.

Membranaceus, in folio minori, ff. 46, anno 1470, manu Antonelli Cappadociæ exaratus.

ALEXANDRI de VILLA DEI, Dolensis, Doctrinale puerorum, sive grammatica ex Prisciano confecta, versibus leoninis comprehensum.

Consentit cum edit. Parm. 1486.

In fine, "Explicit Doctrinale Alexandri, de anno Domini MCCCCLXX°. die xij. mensis Septembris per me Antonellum, dictum Capadocia, bonum soldatum a les Gallines; virilis ac potens in prelio, qui condam centum et quinquaginta artocreas uno ictu suo mucrone perforavit. E pero guardate ve dalvi, acioch' non intervegna el simel caso."

109.

Membranaceus, in folio minori, ff. 56, sec. xv.

[JOHANNIS HAUTVILLENSIS] Architrenii libri novem; in fine manci.

Tit. "Architrenii liber primus."

Incip.

"Velificatur Athos dubio mare ponte ligatur."

Deficiunt in lib. viii. cum versu,

"Surgat in extincto semper spectabilis igne."

Exstant in MS. in cod. Rawlin. C. 521, et Digby, 64.

110.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 16, sec. xv; anno 1480 peculium Joannis [Michaelii] S. Marcelli, vulgariter S. Angeli, Cardinalis.

ALBERTINI MUSSATI, Paduani, Historiographi et Tragœdi, tragœdia, quæ dicitur Eccerinis; argumento locuplete, auctore JACOBINO JADRE FISCICO et scholiis marginalibus, eodem forsan auctore, instructa.

Incip. argum. "Albertinus Muxatus clarissima civitate Padua genitus."

Dein. "in modum argumenti reducta per me Jacobinum Jadre Fiscicum; Deo gratias."

Sequitur argumentum aliud versibus viginti iambicis comprehensum, quod incip.

"Gnatis patrem mater revellat anxia."

In fine, "Albertini Muxati, Paduani Ystoriographi et tragedi, tragedia Ecerinis explicit feliciter."

Adjecit manus recentior hexastichon quod incip.

"Condita Trojugenis post dirupta pergama tellus."

Præmittuntur codici manu recentiori,

1. Ode; *Italic.* fol. 1.

Incip.

"Poi che per forza dilaterza speror."

2. Notitia de rebus Venetis anno 1416 peractis. fol. 2.

3. Versus duodecim sapientum, scilicet, Basilii, Asmenii, Vomanni, Euforbii, Juliani, Hilasii, Palladii, Asclepiadis, Eustenii, Pompeliani, Maximiani et Vitalis, positi in epitaphio Ciceronis. fol. 4.

Exstant inter poemat. et epigr. vett. p. 74.

In fine, "Apollonius rethor grecus secundum Plutarchum" de eodem.

Incip. "Te nempe, Cicero, et laudo et admiror."

4. Anonymi cujusdam ad A. dilectam versus elegiaci. fol.

Incip.

"A. meum numen, mea lux, mea sola voluptas."

111.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 16, sec. xiv.

1. Prosperi Aquitanici Carmina Moralia cum poetæ vita brevi et prologo metrico præmissis.
   Exstant, inter opera, Bassan. 1782, tom. i. p. 331.
   Incip. vita, "Iste Prosper fuit Equitanicus."
   Incip. prol.
   "Hec Augustini sacris epigrammata dictis."

2. Ejusdem Prosperi poema conjugis ad uxorem. fol. 15 b.
   Exstat ibid. tom. i. p. 418.
   In fine, "Amen; Explicit liber Prosperi."
   Sequuntur versus isti,
   "Clara dies Pauli largas segetes indicat anni,
   Si pluit aut ningit, designat tempora cara,
   Si fuerunt neblue pereunt animalia quæque,
   Si furunt venti designat prelia genti."

112.

Membranaceus, in folio minori, ff. 64, anno 1325 exaratus; olim Francisci Amadi C. P.

1. Belini Bixoli, Mediolanensis, liber qui dicitur, 'Speculum Vitæ,' in partes duas distinctus, cum prologis; versibus elegiacis comprehensus. fol. 1.
   Tit. "Alterius sit tibi vita speculum prius acta; Prospice præteritum dat scire novum; Incipit speculum vitæ a magistro Belino compositum."
   Incip. prol.
   "Historias recitare novas velut est nova fama."
   Tit. cap. 1. "De muliere male nupta, viro que male consuluit; ad notandum, quod qui odit male consulit, et qui male consulit alii, male consulit sibi."
   Incip.
   "Femina temporibus nostris fuit una maligno."
   Desin. part. ii. cap. ult.
   "Si quis forte volet vivendi noscere normam,
   Atque placere Deo, dogmate dives erit.
   Deo gratias, M.CCC.XXV. factum."

2. Canones ecclesiastici. fol. 34 b.
   Incip. "Quatuor modis pervertitur humanum judicium, timore, cupiditate."

3. Hymnus, Kyrie eleyson, etc. notis musicis instructus. fol. 35.

4. "Liber legum moralium Belini Bixoli de Mediolano," cum prologo. fol. 37.
   Incip. prol.
   "Dum juvenes nati reputo vos esse timendum."
   Incip. liber,
   "Morales nati, quas vobis lego legatis,
   Leges et vestri, jussa notare patris."
   Desin.
   "Metrorum claudit centum liber iste decenas,
   Terque duas, quibus hoc terminat actor opus."

5. "Libellus de regimine vite et sanitatis." fol. 55 b.
   Incip.
   "In camera munda retine cubile decorum,
   In quo sufficiens sit tibi nocte quies."
   Desin.
   "Evita nimium frigus nimiumve calorem,
   Ut sanus vivas inter utrumque tene."
   In fine, "Explicit speculum vite; Qui Scripsit, scribat, semper cum Domino vivat. Vivat in celis; Prosdocinus de citadella custos Majoris ecclesie Paduane in nomine felix; Millesimo ccc°. xxv. indicione VIII."
   Sequuntur,
   a. Oratio pro pace. fol. 55 b.
   b. Evangelium pro "Dominica in sexagessima." fol. 59.
   c. Fragmentum [regiminis Salernitani.] fol. 59 b.
   d. Hymni breves ad Virginem et Salvatorem. fol. 60.
   e. "De tribus figuris in archu apparentibus." fol. 60.
   Incip.
   "Arcus habet trinos plena ratione colores."
   f. Tabula chronologica; *Gall.* fol. 60 b.
   Inc. "Des le comencement dou munde."
   g. Litteræ dominicales, cum tabula ad Pascha inveniendum. fol. 61.
   h. Hymnus ad Virginem notis instructus musicis. fol. 61 b.
   Incip.
   "Ave regina celorum,
   Pia virgo tenella Maria."
   i. Oratio ad Salvatorem. fol. 64 b.

113.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 69, sec. xv.; bene scriptus et servatus.

1. Thomæ Senecæ, Camertis, poema heroicum, cui titulus, "Historia Bononiensis Thome Senece, qualiter D. Galeacius Marescottus eques extraxit magnificum Hannibalem Bentivolum de carcere, et reliqua præclara gesta per eos," in libros quatuor distinctum. fol. 1.

Incip.

"Thespia jam nimium le......a cessamus in umbra."

Desin.

"Maxime vir, sacris non indignande coturnis. Finis."

2. "Clarissimo viro et insigni equiti D. Galeacio Marescotto GASPAR TRIBARDUS," potius Tribrachus; versibus hexametris. fol. 62 b.

Incip.

"Alta Marescote quamquam sit gloria gentis."

3. "TRIBRACHI MUTINENSIS ad magnificum equestris ordinis virum D. Galeam Marescotum oda de vera nobilitate. fol. 64 b.

Incip.

"Quid juvat magnos memorare nostre."

4. "TRIBRACHUS MUTINENSIS ad magnificum virum D. Galeam Marescotum, equitem auratum, epistola." fol. 68.

Incip.

"Si lauros victor meruit quicunque nitentis."

5. "Reverendi Patris D. VALERII SANNENACII præceptoris Sancti Antonii, nonas Marcii 1464," in honorem ejusdem Galeatii. fol. 69.

Incip.

"Accipe quisquis habes, vertis pia lumina vertus.

Cf. Tiraboschi storia dell. Lett. Ital. vi. p. 926.

114.

Codex chartaceus, in folio, ff. 94, sec. xvi.

PIERII VALERIANI BOLZANII Bellunensis, Amorum libri quinque, cum epistola dedicatoria ad Hippolytum medicen, Florentinæ principem juventutis; data est epist. non. Septemb. MDXXIIII.

Incip. lib. i. "Ad illustriss. Isabellam, Mant. Princ. quo consilio venerit ad scribendum."

"Cui studium instructas equitum ductare cohortes,
Unde hastam aut phaleras præmia cara ferat."

Des. lib. v. od. ult. cui titulus, "Pomum Citrium in figuram flammæ turbinatum, Jo. Matth. Gyberto, dono datum celebratur."

"Denique in his me signa manet post gloria mortem,
Non eris in libris ultima fama meis."

115.

Chartaceus, in folio, ff. 198, sec. xv. exeuntis.

1. ANTHONII BARATELLÆ Laurei, Patavi, poema qui dicitur, Anthonia, cum procemio ad Ludovicum Bucacarinum Patavium. fol. 1.

Incip. procem.

"Fronde sub umbrosa dum nervos ipse sonantes.

Incip. lib. ode i. "Ad Franciscum Foscarum, Venetum ducem."

"Non minus irradias gestis et f...ine princeps."

Desin. oda ult. ad Ludovicum Bucacarinum,

"Nuncupat unanimes nec vox est falsa loquentum; versus 4866."

Sequuntur, "Explicit Anthonia Anthonii Baratelle de Laureia, agri Patavi; Deo gratias, Amen.

"Quatuor hoc confert Anthonia millia campo,
Ac octingentos sex sexaginta canores."

2. "Epistole (viginti duæ, plerumque metricæ,) extollentes summis in laudibus Anthonium Baratellam, Patavum Laureium." fol. 84.

Scriptorum nomina sunt, "Lazarus de Malrotoridis de Cuniglano, Fab. Maximus Patavus, Fr. Buschus, Fr. Philelphus, Bern. Mesaltus de Mugla, Jac. Allerius Cremon., Paul. Pergulensis, Leon. Andronicus, Cechinnus Alberti, Vict. Guarinus, Lud. Buchacharinus, And. de Marinis Cremon., Paul. Molinus, Mat. Parvus, Joh. Girardus Venetus, Joh. Amarius, Mat. Rivus Patavus."

3. "Echatometrologia ANTHONII BARATELLE de Laureia ad Gasparinum Barçuçium Borgomensem oratorem divinum; præceptorem suum cultissimum," libris tribus metricis composita. fol. 92.

Incip.

"Nox longa nobis sparserat gelidam nivem."

Des. carm. ult. "ad Jovem Deosque vatum, gratiarum exibitio de exacto opere;"

"Nam tibi lascivum me cogit nubilis ætas,
Et mihi te viduum diva cubile procax."

In calce, "Explicit liber Echatometrologie Anthonii Baratelle de Laureia; Deo gratias; Amen."

"Millia sex versus fidis hic Laureia tricentos
Et triginta duos parturit atque duos."

Postea sunt quædam pauca de metris.

Inc. "Pirichius constat ex duabus sillabis."

116.

Codex chartaceus, in folio, ff. 112, sec. xv.

CAII SILII Italici Punicorum libri undecim priores.

117.

Membranaceus, in 4to, ff. 24, sec. xiv. exeuntis.

PROSPERI Aquitanici Carmina moralia, præviis Poetæ vita et prologo, et ejusdem PROSPERI poemate conjugis ad uxorem posthabito.

Cf. cod. supra num. 111.

In calce,

"Finito libro referamus gracia Christo."

118.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 25, sec. xiv.; bene scriptus et servatus.

PROSPERI Aquitanici Carmina cum vita et aliis, ut in codice supra num. 111. memoratis.

In calce, "Explicit liber Prosperi; Deo gratias; Amen."

119.

Membranaceus, in 4to, ff. 55, sec. xv.; initio mutilus.

1. [PORCELII, Neapolitani,] carminis, dict. Isottæi, libri duo posteriores. fol. 1.

   Incipit a vers.

   "Quive erat auxilii, consiliive locus,"

   inter Trium poetarum opuscula, Paris. 1539, fol. 51 b. lin. ult.

   In calce, "Isottæi libri finis."

2. "BASINII, Parmensis poetæ, epistola, in qua reliquus ager Picenus ad Asculum loquitur." fol. 33.

   Exstat inter opusc. cit. col. 85 b.

3. Ejusdem epistola ad Sigismundum Pandulfum Malatestam. fol. 35.

   Exstat ibid. fol. 87 b.

4. Ejusdem Diosymposeos liber. fol. 40.

   Exstat ibid. fol. 92.

5. "Divo Sigismundo Pandulfo Malatestæ Sac. Italiæ oratio ad Jovem, TREBANI AURELII." fol. 50 b.

   Exstat ibid. fol. 101 b.

   In fine, "Trebani Aur. in divi Sigismundi Pandulphi Malatestæ laudem carmina expliciunt fœliciter."

6. "GUARINUS Veronensis, in laudem divi Sigismundi Pandulfi Malatestæ. fol. 55.

   Exstat ibid. fol. 108.

120.

Chartaceus, in 4to, ff. 79, sec. xv., anno scilicet 1479 descriptus.

1. UBERTINI PUSCULI, Brixiensis, Constantinopoleos libri quatuor, carmine heroico, cum argumentis monostichis et epilogo. fol. 1.

   Argum. 1. est,

   "Primus habet causam excidii fraudesque Pelasgum."

   Incip. lib. i.

   "In magnos postquam cecidit mea musa labores."

   Desin. lib. iv.

   "Venditur et dominos distracta est passa superbos."

   Sequitur epilogus, qui incip.

   "Non ego laude pari hæc magni scripsisse poetæ."

   Et postea tetrastichon istud,

   "Brixia me civem Ubertinum Puscula honesta
   Gens tulit hæc ausus talia quæ cecini;
   Me Constantini studiis urbs dulcis habebat,
   Cum cecidit bello barbara præda fui."

   "Finis die secundo mensis Aprilis 1479.

   Explicit liber quartus et ultimus Constantinopoleos."

   Et deinde epigrammata duo in Pusculi laudem, auctore MICHAELE Charrariensi Medico.

   Incip. i.

   "Constantini urbis casus, quem, Poscule, vates."

2. Ejusdem PUSCULI "de laudibus Brixiæ oratio." fol. 55 b.

   Incip. "Ad conspectum vestrum, viri Brixiani, accedere cum instituissem."

   Desin. "Brixiaque ut fœlix superet per secula cuncta."

   In calce, "Finis 1479 die 12 Madii."

121.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 13, sec. xv.; olim Andreæ et Alexandri Burchera; partim anno 1420 manu Joh. de Canonicis scriptus.

1. ERYTHREÆ Sibyllæ prophetiæ ex libro, Narsilografia dicto, in Latinum traductæ per EUGENIUM Siliciæ regem, cum glossis marginalibus. fol. i.

   Exstant impress. Venet. 1516, p. 52.

2. Excerpta ex Isidori "ethimol viii." de Sibyllis. fol. 10.

3. Versus Sibyllini de Christo, cum explicatione ex Lactantio, etc. fol. 10 b.

   Exstant versus inter Augustin. opp. tom. vii. app. col. 505.

   In fine, "Hec quidem Sibilla sive Erithea, etc. ut supra verba sunt Augustini.

4. De Sibyllis decem. fol. 12.

   Incip. "Decem fuerunt Sibille, quæ prophetaverunt."

   In fine, "Explicit prologus quot Sibille ab initio seculi usque ad hodiernum tempus fuerint, et quid gentibus tradiderunt, scriptus per me Johannem de Canonicis anno Domini, mcccc.xviiij. in die xv. Januarii."

122.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 20, sec. xiv.

Statii Papinii Surculi Achilleidos libri quinque, glossis interlinearibus instructi.

In fine, "Explicit liber Statii Achilleidos; Deo gratias; Amen."

123.

Membranaceus, in 4to, ff. 48, sec. xv.

1. Antonii Thebaldei, poetæ Ferrariensis, Carmina varia. fol. 1.

Tit. 1. "Librum alloquitur ut adeat Laurentium Miniatum."

Incip.

"I munus lepido meo sodali;
Non dura nimium, libelle, fronte."

Des. ult.

"Non poterit dulci fata movere sono."

Differunt ab istis inter Poett. Ital. Delic. editis.

Cf. Hier. Baruffaldi de poetis Ferrar. p. 10.

2. "P. Virgilii Maronis Priapeia." fol. 35.

In fronte codicis insignia sunt possessoris cujusdam, scilicet, scutum cæruleum cum balteo obliquo aurato.

124.

Membranaceus, in 4to minori, ff. 4 et 57, secc. xi. ineuntis et xiv.

1. Sedulii Coelii poetæ de singulis utriusque Testamenti miraculis libri quinque, cum præfatione paschalis carminis præmissa. fol. 1.

Tit. "Incipit liber Sedulii."

In fine manus recentior margini adfixit versus de nummo, qui incip.

"Nummus adoratur, quia virtutes operatur."

Atque iterum,

"Interea nummus rex est hoc tempore nummus."

---

2. Aurelii Prudentii Clementis Psychomachia præfatione, glossis interlinearibus instructa. fol. 37.

In fine, "Explicit liber Prudentii.
Finito libro, sit laus et gloria Christo:
Qui scripsit scribat, semper cum Domino vivat:
Quis fuerit lector, non dicat, Ve tibi scriptor."

Sequuntur de Patriarcharum moribus versus septem.

Incip.

"Ex agro veteri virtutum semina morum."

Præmisit bibliopegus fragmenta duo,

a. [sec. xv.] Ferrandi seu Ferrarii Grammatici epistolarum fragmenta ad varios, quarum inscripta est una, "Nobilissimis dominabus multa nobilitate et moribus decoratis, domine Genelle? et domine Ercopelle? et suis sapientissimis filiabus domine Grisangenelle et domine Genevesi."

b. [sec. xiv.] Grammatica varia. fol. iii.

Incip. "De ob; Ob in appositione causam designat efficientem."

125.

Codex chartaceus, in 4to minori, ff. 60, sec. xvi.; olim Æmilii Miotini.

1. Quinti Æmiliani Cimbriaci Poetæ Encomiastica tria in Fredericum Imperatorem et Maximilianum, Regem Romanorum. fol. 1.

Exstant impress., pluribus tamen variantibus, inter Scriptt. German. ex Freheri bibl. tom. ii. p. 419.

2. Ejusdem Æmiliani Poematia alia, quorum tituli et initia sunt,

a. "Hendecasyllabicon ad Ant. Bol[dam] Equit. Aur. Venet. ad Cæs. leg." fol. 19 b.

Incip.

"Antoni Venetæ decus Camœnæ."

b. "Catalecton ad divium Cæs. Max. Reg. Ro." fol. 20.

Incip.

"Ausoniæ regnum Romæ diadema secundum."

c. "Systaticon ad Marcordum Brisachium, Eq. Aurat. et D. Max. Secretarium." fol. 29 b.

Incip.

"Marcorde Aonidum decus sororum."

d. "Rhapsodiæ," D. Cæsari [Maximiliano] dicatæ. fol. 30.

Incip. prima,

"Cæsar honorati clarissima gloria mundi."

Desin. vigesima tertia et ultima, cujus titulus, Systaticon ad Lazarianum Arimin. cla. Venet. Mil. duct.

"Unde tua impensa vivimus et legimur."

In calce, "Quintii Hæmyl. Cimbriaci Poe. et Comit. Pal. Encomiastica, Catalecton, et Rhapsodiæ D. C. D. finiunt."

Sequuntur,

e. "Hermanus Clarecinus Iuriscon. in laudem Hæmyl. Poetæ;" versibus octo elegiacis. fol. 58 b.

f. "C. Pau. Amalthæus in laudem Hæmyl. Cimb. Po. ad Pet. Hædum; versibus octo elegiacis. fol. 58 b.

g. Ejusdem Pauli "ad Cimb. Poetam et Comit. Paltetrastichon." fol. 59.

Et postea manu, ut videtur, Francisci Miotini,

a. "In pontem Juliensem endecasyllabicon, Cimbriaci."

Incip.

"Pontem sublicium diu vetustum."

b. "Francisci Miotini Carmina;" tetrastichon. fol. 60.

Incip.

"Dum proceres nostræ, qui magna est gloria terræ."

In calce, "Æmilius Miotinus scripsit."

Adjecta est notitia de Æmiliano; *Ital.*

Inc. "Giovanni Steffano Emiliano, quale denominessi Elio Quinzio Emiliano Cimbriaco."

126.

Codex chartaceus, in 4to, ff. 92, sec. xv.; olim Dionysii Zanchi Bergomatis.

1. "Derisio Diogenis in Alexandrum Imperatorem inferno existentem, e Greco traducta ex Luciano oratore Greco, per dialogum." fol. 1.

2. Albii Tibulli elegiarum libri, cum capitulis. fol. 2.

Deficit a lib. iii. tetrastic. de infamia puellæ suæ vers. 2.

"Nunc ego me surdis auribus esse velim."

3. Ovidii epistola Heroidum xv., Sapphus scilicet ad Phaonem. fol. 42.

4. "Marci Valerii Marcialis epigramma de Sevola." fol. 45 b.

5. C. Calphurnii carmen bucolicum in eclogas undecim distinctum. fol. 46.

Tit. "Theocritus Calpurnius Poeta Bucolicus."

6. Versus xii. elegiaci in Ascalaphum. fol. 64 b.

Incip.

"Quid mea livor edax consumis viscera morsu."

7. "Petrus Paulus Vergerius [de Justinopoli] ad Ubertinum Carariensem post libellum de ingenuis moribus," metro Sapphico. fol. 64 b.

Incip.

"Lariger nobis pater atque princeps."

8. P. Virgilii Maronis Bucolicorum liber. fol. 65.

9. "Descriptio Italiæ per Franciscum Petrarcham," carmine heroico. fol. 79 b.

Exstat impress. inter opera, ed. Basil. 1591, tom. iii. p. 110.

10. "P. Virgilii Maronis Priapeia." fol. 80.

11. Epitaphium in Gabrielem quendam. fol. 89 b.

Incip.

"Siste pedem sacro quisquis teris ocia templo."

12. P. Virgilii Copa et "Vir bonus." fol. 90.

In fine adjecit manus altera carmina duo, intit. "Dantes." *Ital.* et partim in *Lat.*

Incip.

"Salve creata vera hostia sacrata."

127.

Volumen membranaceum et chartaceum, duos codices continens, ff. 64, secc. xiv. et xv.

1. Fabularum libri tres ex Æsopo collecti, versibus elegiacis. fol. 2.

Consentiunt cum edit. Rainerii, additis in codice fabulis duabus, "De capone et accipitre, et "De lupo et pastore."

In calce,

"Finito libro, laus sit et gloria Christo."

2. Anonymi cujusdam in Horatii Artem poeticam commentarii. fol. 25.

Titulus est, "Glose poetriæ Horatii Flacci poetæ Venusini."

Incip. "Materia hujus autoris in hoc opere est ars poetica."

Desin. "plenus tedio et langore. Expliciunt glose poetriæ Horacii, Amen."

128.

Codex chartaceus, hic illic membrana interposita, in 4to, ff. 20, sec. xv.

Fabularum ex Æsopo libri tres, ut in codice supra memorato, additis glossulis interlinearibus.

Deficit a fabula de "Capone et Accipitre."

In fronte fol 1. sunt,

"Adsit principio . Virgo beata bono."

"Exopus est herba . Exolus dat bona verba."

129.

Membranaceus, in folio, ff. 33, sec. xiv.

Alexandri de Villa Dei Aremorici Dolensis, Doctrinale, sive Grammatica, versibus leoninis expressum; initio mutilum.

Incip. a versu,

"Tempora terna forem fore dat tibi cetera sperne."

In fine, "Explicit liber magistri Alexandri de Villa Dei, Deo gratias, Amen."

130.

Codex chartaceus, in 4to minori, ff. 149, sec. xvi. exeuntis.

1. Tragœdia sacra, in qua dramatis personæ sunt, ecclesia Dei, Abel, Abraham, S. Petrus, Christus, Michael, Antichristus, etc., cum prologo iambicis versibus scripto. fol. 1.
   Incip. prologus,
   "Salvete patres purpura illustris cohors."
   Incip. trag. "Ecclesia Dei,
   "Illa ego tot populos æterno enixa Parenti."

2. Tragœdia alia, in qua personæ sunt, David, Raphael, Samuel, Heliabus, etc. cum prologo epilogoque instructa. fol. 37.
   Incip. prol.
   "Salve Triquetre columen Hesperiæ decus."
   Incip. trag. "David:
   "Mora nulla, ferrum stringe, dextram consere."
   In fine sunt, hymni duo, "De visitatione B. V." et "de Epiphania Domini."
   Incip. 1.
   "Ah ne tenellos saxa secent pedes."

3. Actiones duæ de Domini nativitate, cum prologis. fol. 58.
   Incip. prol. 1.
   "Salve corona præsulum et patrum cohors."
   Incip. act. 1. "Tozarus;
   "Vidistis, reor, o patres, quæ publica vulgi."
   Prologo actionis secundæ annexus est, "Prologo Volgare," interlocutoribus Fabricio et Anastasio.

4. Tragœdia dicta, Judittha, cum prologo et epilogo fol. 80.
   Incip. prol.
   "Judittam dabimus, Judittam nostra sonabunt."
   Incip. trag. "Olofernes;
   "Sat mihi cæde natant Nabathei cardinis arva."

5. Tragœdia Passionis, cum prologo. fol. 10.
   Incip. prol. "Rerum natura;
   "Visa prius nullis rerum natura theatris."
   Incip. trag. "Maria Magd.
   "O utinam fato nunquam Cotytius anguis."

6. Actio quædam anonyma, in qua personæ, Sapientia, Apollo, Mercurius, etc. prologo et epilogo *Italice* scripto instructa. fol. 128.
   Habet quoque prologum *Italice* scriptum unicuique trium actuum præfixum.
   Incip. prol. 1.
   "Orchestræ decus hoc juvenum tibi prima tuorum."
   Incip. actio, "Sapientia sola;
   "Quas ego nunc repetam sapientia voce querelas."

7. Carmina varia, scilicet,
   a. Dialogus inter adolescentem et Musas. fol. 146.
   b. Disticha, in quibus sunt quæstiones "pro præmiis." fol. 147.
   c. "Hymnus canendus in fine præmiorum." fol. 147.
   d. "Ecloga nativitatis Domini, patris Schamauæ." fol. 147 b.

131.

Codex chartaceus, in 4to minori, ff. 155, sec. xv.; quoad partem priorem anno 1453 descriptus.

1. Xenophontis memorabilium de dictis et factis Socratis libri quatuor, *Latine* versi per Bessarionem Cardinalem Nicænum, cum ejusdem Bessarionis epistola ad Julianum, ep. Cardinalem Tusculanum, dedicatoria. fol. 2.
   In fine, "Xenophontis de actis et dictis Socratis memoratu dignis liber quartus et ultimus finit; pro reverendissimo in Christo, patre et domino domino Cardinali de Columna. M°.CCCC°.LIII°."
   Præmittitur, τοῦ Ξενοφῶντος ἀπομνημονεύματος τοῦ Σωκράτους, καὶ Αὐρηλίου Βίκτωρος ἱστορίαι κατ' ἐπιτομὴν, κτῆμα Βησσαρίωνος καρδινάλις τοῦ τῶν Τουσκιλλήνων.

2. Sexti Aurelii Victoris Historiæ Romanæ Breviarium, in duas partes distinctum. fol. 85.
   Consentit cum edit. Lugd. Bat. 1670.
   Titulus in codice est, "Aurelii Victoris Historie abreviate ab Augusto Octaviano, id est, a fine Titi Livii usque ad consulatum decimum Constantii Augusti et Juliani Cesaris tertium."

132.

Membranaceus, in folio minori, ff. 280, sec. xi. ineuntis; nitide exaratus.

Prisciani Grammatici de octo partibus orationis libri sedecim.

In calce, "Finit, Deogratias; Amen. Libri Prisciani grammatici xvi. de octo partibus orationis finiunt; hoc est primus ejusdem liber de voce et litteris et sex, quæ sequuntur, de nomine. Sed prima pars primi ex illis de sillaba, de dictione et oratione, et tres de verbo et unus de participio ac duo de pronomine, atque unus de præpositione unusque de adverbio et interjectione; similiter unus postremo de conjunctione et sic finiunt."

133.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 206, sec. xv.

Caii Suetonii Tranquilli de vitis Cæsarum libri duodecim.

Clauduntur versibus [Ausonii] de eorumdem regno, finibus, etc.

Subjecit fini manus recentior, "Sidonii versus finiunt."

Præfigitur scutum [familiæ de Gritti] ad modum fasciæ bipartitum, pars superior est cærulea cum crucicula argentea impressa, inferior argentea.

134.

Membranaceus, in folio, ff. 122, sec. xv.; olim Joannis Gradonici.

1. C. Sallustii Crispi Bellum Catilinarium. fol. 1.

Tit. "Crispi Salusti de bello Sillano liber."

2. Ejusdem bellum Jugurthinum. fol. 15 b.

Sequitur tetrastichon de exercitus Romani divisione, quod incip.

"Mille tenet cuneus, tercentum continet ala."

In fine, "Hic liber est Johannis Gradonici, militis quondam filii: scriptus manu sua."

3. Leonardi Bruni Aretini de bello primo Punico libri tres, cum procemio. fol. 45 b.

Exstant impress. sub nomine Polybii, e typ. Ascens. 1512.

4. "De tertio bello Punico, quod populus Romanus gessit, edito per Leonardum Aretinum." fol. 85.

Incip. "Post secundum bellum Punicum secutum est tertium, deinde et ultimum in Lybia Romanorum bellum."

Desin. "errutam destituere denuo post eversionem duobus et centum elapsis annis."

5. Ejusdem Leonardi Commentarius rerum Græcarum, ad equitem Angelum Accarolum. fol. 105.

Tit. "Leonardi Aretini de varia belli fortuna et rerum permutatione, que inter Lacedemonios, Athenienses et Thebanos brevi tempore accidere."

Impress. exstat inter Gronovii Thes. Antiq. Græc. tom. vi. p. 3392.

135.

Volumen membranaceum et chartaceum, constans ff. 54, secc. xv. et xvi.; olim B. E.

1. Aristotelis liber de secretis secretorum *Latine* versus per Philippum Clericum, cum ejusdem Philippi præfatione ad Guidonem de Valencia; etc. fol. 1.

In fine, "Completus est tractatus de signis et moribus naturalibus hominum ad regem magnificum Allexandrum, qui dominatus fuit toti orbi dictus monarcha in Septentrione."

"Finito libro, sit laus et gloria Christo."

Postea, "Iste liber de secretis secretorum Aristotelis est Benevenuti condam Frugerii de Lanzarotis de Tarvisio, quem et suos Ille conservare dignetur per longeva tempora, qui est Triplex in uno. Amen."

2. "Trattato della dottrina de Giovani et corettione de costumi di Santo Bernardo." *Italice.* fol. 32.

Incip. "La. vostra fraterna charita ha essortata la timida."

3. Admonitio ad precandum; *Italice.* fol. 52.

Incip. "Quando è gli è hora di levarsi."

136.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 174, sec. xv.; bene scriptus et servatus.

Quinti Curtii Rufi de rebus Alexandri regis fragmentorum quæ supersunt a libro tertio ad totum librum decimum.

In fronte libri est, scutum [de familia de Forteguerra] a summo bipartitum, aureum et ex petasis argenteis et cæruleis variatum.

137.

Membranaceus, in 4to majori, ff. 30, sec. xiv. ineuntis.

Palladii Rutili Tauri Æmiliani de re rustica libri tredecim, cum præfatione et librorum capitulis præmissis.

Fini adjecta sunt capitula quatuor, de quibus in calce tabulæ contentorum ita scriptum est, "Nota quod quædam rationes, quæ in fine hujus operis adnectuntur, non sunt considerationis Palladii sed potius tractant de Albacho, capitula quarum addictionum sunt hec, Quot bestie sunt necessaria ad vestiendum cc. fratres, Quanta annona sufficiat uni equo per annum, De ponderibus per nomina sua, De mensuris et eorum nominibus."

In calce libri exaravit manus sec. xv. præscripta quædam medicinalia.

138.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 86, sec. xiv. exeuntis; bene exaratus.

Anitii Manlii Severini Boethii de consolatione philosophiæ libri quinque.

In calce, "Explicit liber Boecii de Roma, Deo gracias; Amen."

139.

Chartaceus, in 4to minori, ff. 171, anno 1410 per fratrem Andream Aligen de Reate apud montem Libanum descriptus.

Homeri Iliados libri duodecim priores *Latine* redditi, cum argumentis præmissis; translatore forsan Andrea supra memorato.

140.

Chartaceus, in 4to minori, ff. 182, sec. xv.

Præmissa est contentorum tabula codicis, in quo,

1. M. T. Ciceronis ad Brutum epistola. fol. 1.

   Est in edit. Verburg. ep. xvi. tom. ii. part ii. p. 549.

2. M. Bruti vita, auctore Plutarcho, in *Latinum* versa per Guarinum Veronensem. fol. 4.

3. [Xenophontis liber de regno, *Latine* versus per Leonardum Aretinum, cum ejusdem præfatione ad Nicolaum Niccolum.] fol. 33.

   Cf. Mehus præfat. ad Ambros. Camald. epp. p. lxxi.

4. "Poggii [Bracciolini] Florentini ad Leonardum Aretinum de morte Hyeronymi Hus" epistola; dat. iii. Kal. Jun. 1416. fol. 44 b.

   Exstat inter opera, ed. 1538, p. 305.

5. "Leonardi Aretini ad [Linum] Colucium epistola de interpretatione magni Basilii ad nepotes suos de utilitate studii in libros gentilium, e Greco in Latinum." fol. 48.

   Prodiit Bononiæ, 1498.

   In calce, "Magni Basilii ad nepotes suos liber explicit; finis."

6. "Illustri domine Baptiste de Malatestis Leonardus Aretinus," de studiis. fol. 56.

   Exstat, ed. Crenio, in Meth. Stud. Roterod. 1692, tom. i. num. x.

7. Poggii patris epistola ad Poggium Bracciolinum adolescentem Romam profectum. fol. 63.

   Incip. "Gavisus et gaudeo, filii carissime, hoc pleno periculis tempore."

8. "Isocratis parenesis ad Demonicum Hipponici e *Greco* interpretata *Latine* in civitate Constantinopollis xiii. Kal. Decembris mccccvii.," [per Guarinum Veronensem?], cum præfatione ad Florium Valerium. fol. 64.

   Incip. præf. "Habes tota quod mente petisti, Flore Valeri."

   Incip. orat. "In multis equidem, Demonice, comperiemus."

9. "Leonardi Aretini invectiva contra Ypocritas." fol. 70 b.

   Exstat Lugd. 1689, et alibi.

10. "Poggii Florentini oratio habita Constantie in funere R.d.d. Francisci de Zabarellis, Cardinalis Florentini." fol. 75 b.

    Exstat inter opera, ed. Basil. p. 52.

11. "Epistola reperta Clugie" de bello Clodiaco; dat. in campis Clugie primo nonas Martii, 1380. fol. 83 b.

    Incip. "Quid agas ut videas de nullo."

12. "Suavissimo Joh. Lamole Guarinus," in Hermaphroditum. fol. 85 b.

    Exstat in Bandin. catal. Bibl. Laurent. tom. ii. col. 106.

13. "Commissio data Francisco Spinole, præfecto classis Januensium adversus classem Venetorum, conflicto cum classe et capto, ducente classem nostram felicissimo Petro Lauredano mccccxxxi. 25 Augustus." fol. 86.

    Incip. "Bartolomeus [Capra] sancte Mediolanensis archiepiscopus ecclesie ducalis Januensium gubernator."

14. "Illustrissimo principi Francisco Foscaro, duci Venetorum, Jacobus Tedaldus Florentinus," præfectus, unius triremis Florentinæ in classe, qua Genuenses superati sunt, præmium petens; dat. Florent. vii. kal. Maias. fol. 90.

    Incip. "Pauci mortales sunt, præstantissime princeps, qui, si quid eorum commodi contra jus."

15. Januensium litteræ ad illustrissimum Philippum Mariam, ducem Mediolanensem, de arrepta libertate ob injurias sibi illatas; dat. Januæ 28 Dec. 1435. fol. 91.

16. Isocratis oratio ad Nicoclem, *Latine* reddita per Bernardum Justinianum cum ejusdem Bernardi epistola ad Ludovicum Gonzagam præmissa. fol. 94.

    Incip. epistola, "Cum Isocratem nuper, Lodovice magnanime, legerem."

17. Ludovici Gonzagæ ad Bernardum epistola amæbæa, dat. Mantua, v. id. Jan. 1432. fol. 102.

18. Guarini Veronensis ad Albertum de Sola epistola de Justiniani oratione in Caroli funere, dat. Venet. kal. Jul. 1418. fol. 102 b.

Incip. " Luculentam illam Justiniani nostri orationem in Caroli funere."

19. Anonymi cujusdam tractatuli sive disputationes, quorum tituli sunt,

a. " Cornelia et filia Lelii et Hortensii eloquentes femine fuere." fol. 104.

b. " Pueros utilius tradi publicis preceptoribus, et de ratione dignoscendi et tractandi. fol. 105.

c. " De gramatica." fol. 107.

d. " De consuetudine et lectione et officiis gramatici." fol. 108.

e. " De prima pronunciationis et gestus institucione." fol. 110 b.

f. " De nomine artis." fol. 112.

g. De arte rhetorica, in capitula plura distinctus. fol. 112 b.

Ult. est. " De modo exordiorum et iniciis."

20. Ambrosii Traversarii, general. ord. Camaldul. oratio in concilio Basiliensi habita. fol. 125 b.

Exstat inter opera, ed. Mehus, col. 1143.

21. Ejusdem oratio " coram Sigismundo imperatore habita vii. kal. Jan., cum ab Eugenio summo pontifice missus esset orator." fol. 131 b.

Exstat ibid. col. 1151.

22. Anonymi comœdia seu " Comica historia", cui titulus, Dolos, cum epistola ad Bartholomæum quendam dedicatoria et argumento præmissis. fol. 137 b.

Incip. ep. " Solebant olim veteres nostri atque hi maxime."

Incip. com. " Uptres, Chifrincasna. Up. Quis modo ille superum est, cui ego non par siem."

Des. " saltem volam quantum potero. Valermi. ex Lateo et novissimorum pulpito pridie idus Jan. m.ccc.xxx. secundi."

23. Anonymi cujusdam libellus de nobilitate, cum præfatione ad " Principem gloriosissimum." fol. 152.

Incip. præf. " Apud majores nostros sepe de nobillitate dubitatum est."

Inc. lib. " Ætate illa florentissima, qua vastum Romæ imperium adolevit."

24. " Famosissimi oratoris, historiographi et poete Benevenuti de Ranbaldis continens libellus, qui dicitur Augustalis, sub conpendio brevem descriptionem omnium Augustorum ad illustrem Nicolaum Marchionem Estensem; kal. Januar. intrante nono mense mccclxxxv." fol. 167.

Prodiit Argent. 1505.

141.

Codex membranaceus, in folio minimo, ff. 26, sec. xiv.

C. Sallustii Crispi Bellum Catilinarium.

In fine,
" Quis scripsit hunc librum . anima sua in paradisum."

142.

Membranaceus, in folio minori, ff. 108, sec. xv. exeuntis; nitide scriptus et quoad literas initiales ornatus.

1. Caii Sallustii Crispi Bellum Catilinarium. fol. 1.

2. Ejusdem Bellum Jugurthinum. fol. 35 b.

In fronte libri scutum est [familiæ de Contarini] habens fascias septem obliquas aureas cæruleasque alternatim.

143.

Membranaceus, in 4to, ff. 161, sec. xv.

Caii Sallustii Crispi de bello Catilinario et de bello Jugurthino libri.

In calce, " Crispi Salustii de conjuratione Catilinæ et de bello Romanorum in Jugurtam, regem Numidiæ liber foeliciter explicit."

144.

Membranaceus, in 4to minori, ff. 104, sec. xv.

1. Caii Sallustii Crispi de bellis Catilinario et Jugurthino libri. fol. 1.

In fine distichon istud,
" Si cupis ignotum Jugurthæ noscere lætum,
Tarpei montis pulsus ad ima ruit."
" Caii Sallustii Crispi bellum Jugurthinum explicit."

2. M. T. Ciceronis de Senectute liber cum procemio ad Titum. fol. 86.

145.

Membranaceus, in 4to, ff. 97, sec. xv.

Justini epitome librorum xliv. historiarum Trogi Pompeii argumentis omnium librorum et præfatione instructa.

In fine, " Explicit liber Justini abreviatoris Trogi Pompei; Deo gratias."

Præmisit codici manus recentior S. Hieronymi epistolam ad Tranquillinum de Origene legendo.

Exstat impress. inter opera, 1706, tom. iv. part. ii. col. 589.

146.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 132, sec. xv.

JUSTINI epitome historiarum Trogi Pompeii, cum argumentis et præfatione, ut in codice superiori.

In calce, "Explicit liber Justini abreviatoris Trogi Pompei."

147.

Chartaceus, in 4to, ff. 134, sec. xiv. exeuntis.

1. JUSTINI epitome historiarum Trogi Pompeii argumentis et præfatione, necnon glossis marginalibus instructa. fol. 1.

2. "JULII SOLINI, gramatici Polistoria, sive de mirabilibus mundi liber ad Adventum." cum glossis marginalibus. fol. 78.

In fine, "Polimistor ab ipso editus et recognitus feliciter liber scriptus, C. Julii Solini sive gramatici de mirabilibus mundi et ritibus gentium."

Sequitur,

"De terminacione provinciarum ytalie rubrica."

Incip. "Omnis ytalia, que versus meridiem vel pocius in Eoum extenditur."

In fine,

"Italici regnaverunt . dii Romani valuerunt,
Nec post multa potuere . dum septimo divisi fuere;
Completo de mirabilibus seculorum . Regem adoremus apostolorum."

In vigilia Thome, 1377.

3. "CAII PLINII secundi, [potius Aurelii Victoris,] oratoris Veronensis de viris illustribus liber, cum notis marginalibus." fol. 123.

In calce,

"Explicit liber Caii Plinii iste,
Nos serva ut pupillam oculi, Christe."

In fine codicis sunt versus XXIII. hexametri de numero ab unaquaque alphabeti littera significato, quorum primus.

"Possidet A. numerum quingenti in ordine recto."

148.

Membranaceus, in 4to, ff. 183, anno 1468 nitide exaratus.

JUSTINI Epitome historiarum Trogi Pompeii cum præfatione præmissa, et glossis a manu recentiori adjectis.

In calce, "Finis MCCCCLXVIII."

149.

Codex chartaceus, in 4to, ff. 133, anno 1466 descriptus; madore corruptus.

1. JUSTINI epitome historiarum Trogi Pompeii, præfatione et notulis quibusdam marginalibus instructa. fol. 1.

In fine, "1466 tercio id. Jul. Ἰουστίνου ἐπιτομῶν Τρώγου Πομπηΐου τέλος."

2. RUFI SEXTI vel FESTI historiæ Romanæ compendium cum epistola ad Valentinianum Imp. præfixa. fol. 125 b.

150.

Chartaceus, in 4to, ff. 153, sec. xv.

1. CAII PLINII secundi epistolarum libri quatuor fol. 1.

In calce, "Ultimus epistolarum C. Plinii Secundi, Veronensis Oratoris eximii explicit."

Ep. ult. in cod. est in edd. ep. viii. lib. v.

2. "Pulcra oratio AGRIPPE ad Hierosolomitanos Judeos habita." fol. 79 b.

Incip. "Etsi in plerisque improvidus consulendi moderandique impatiens dolor."

3. PONTII PILATI epistola ad Tiberium. fol. 88.

Tit. "Pontius Pilatus rege Calvisio salutem."

4. "LENTULI epistola ad senatores Rome, dum in partibus Judee magistratus haberet." fol. 89.

5. S. AUGUSTINI, ep. Hipponensis epistolæ quindecim. fol. 90.

Exstant in edit. Benedict. tom. ii. sub numeris, XVIII. XX. XIX. I. XV. II. V.—IX. XIV. XIII. X. IV.

In fine,

"Ut gaudere solet fessus jam nauta labore,
Dexiderata diu littora nota videns,
Haud aliter scriptor optato fine libelli
Exultat viso lapsus et ipse quidem."

6. Carmina duo de amore *Italice* scripta, cum versione *Latina*. fol. 109.

7. VIRGILII ad Mæcenatem epistola. fol. 110.

Incip. "Rufum Pomponium libertum tuum."

8. "Tractatulus de duobus se invicem diligentibus compositus per dominum ÆNEAM SILVIUM poetam imperialemque secretarium, qui tandem ad summi apostolatus apicem assumptus Pius papa secundus vocatus est." fol. 110.

Exstant inter opera, ed. Basil. pp. 622—644.

In fine, "Elegantissima Enee Silvii sive Pii Pape secundi laureati historia de duobus curantibus finit feliciter."

9. GUARINI Veronensis epistola ad Johannem Nicolaum, dat. Venet. id. Maii. fol. 144 b.
Incip. " Proximis diebus magna quidem.
Cf. cod. Arundel 70. f. 131. b.

10. Prætorum Veronensium "ad illustrem Venetiarum principem designatum Francischum Foschorum [Foscarum] epistola." fol. 145.
Incip. " Nuper cum lugubrem excellentissimi."

11. Guarini Veronensis ad "Ughonem suum" epistola. fol. 146.
Incip. " Proximis diebus tuas accepi litteras."

12. Ejusdem ad amantissimum H. epistola; dat. Florent. xiii. kal. Jun. fol. 147.
Incip. " Ad gravissimos labores meos."

13. Ejusdem ad Manuelem Chrysoloram epistola. fol. 148.
Exstat in Hodii lib. de Græc. illustr. p. 45.

14. Ejusdem ad Bart. de Montepoli. fol. 149 b.
Exstat ibid. p. 49.

15. Ejusdem ad JACOBUM CHRYSOLORAM de morte Emanuelis epistola. fol. 151 b.
Incip. " Memini cum nuper Immanuelis."

151.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus in folio minimo, ff. 166, sec. xv.; anno 1635 "ad usum Fr. Ludovici Syllani et aliorum fratrum conventus S. Francisci de Gualdo," quoad partem posteriorem peculium Andreæ Seravalo, presbyt. præbendat. in eccl. majori Tarvisiana.

1. C. SUETONII TRANQUILLI de claris grammaticis et rhetoribus liber. fol. 1.
Præmittitur index nominum.

2. S. AUGUSTINI, Hipponensis episcopi, epistolæ quinquaginta quatuor, quarum inscriptiones et initia sunt,

a. Ad Petrum diaconum. fol. 10.
Incip. " Questionem aut dubitationem."

b. Ad eundem. fol. 10.
Inc. " Quia, fili, prima questio."

c. Ad Marcellinum. fol. 10 b.
Inc. " Illi namque in hac vita."

d. Ad Bonifacium comitem de veritate et mendacio et adulatione. fol. 11 b.
Inc. " Inter cetera que tibi pro nunc scribo."

e. Ad eundem. fol. 12.
Inc. " Arduam rem difficilem."

f. Ad Henodium, utrum omnia Christi parabolice dicta facto fuerint vero. fol. 12 b.
Inc. " Recepi litteras tuas, in quibus."

g. Ad Anacletum. fol. 13.
Inc. " Si juste vivere queris, te decet."

h. Ad Cornelium. fol. 13 b.
Inc. " Ut nobis per tuas amicabiles."

i. Ad Perpetuam sororem. fol. 14 b.
Inc. " Sanctum tuum propositum."

k. Ad Neptarium. fol. 14 b.
Inc. " Recepi litteras tuas, in quibus dicis te non intelligere."

l. Ad Marsilianum de avaritia. fol. 15.
Inc. " Cum nuper multiplicata fuerit."

m. Ad Ciceronem militem. fol. 15 b.
Inc. " Numquid ignoras diem mortis."

n. Ad Cirillum. fol. 16.
Inc. " Tua karitate devictus mox."

o. Ad Fabianum militem. fol. 16 b.
Inc. " Lege frequenter, te deprecor."

p. Ad Nepotianum comitem de luxuria. fol. 17 b.
Inc. " Accepi litteras tuas, in quibus dicis te desiderare."

q. Ad Theophanum presbyterum de superbia. fol. 18.
Inc. " Licet sacerdos altissimi appelleris."

r. Ad Membrianum socium de castigatione corporis. fol. 18 b.
Inc. " Legi tuas frathias litteras."

s. Ad Bonifacium militem de luxuria. fol. 19 b.
Inc. " Frequenter, ut vere te scire puto."

t. Ad Cirillum de operibus piis. fol. 20.
Inc. " Querelam de te grandem auditam."

u. Ad Fabianum. fol. 20 b.
Inc. " Congratulor una tecum, quoniam."

w. Ad Brisinam de obedientia. fol. 20 b.
Inc. " Licet famula sis et servula."

x. Ad Valentinum de scientia. fol. 21.
Inc. " Grandi desiderio et affectu."

y. Ad Paulinum. fol. 21 b.
Inc. " Si queris a me, O Pauline frater, utrum Adam concupivit."

z. Ad Cantianum militem. fol. 22.
Inc. " Scripsisti nobis utrum delicate vestiri."

aa. Ad Selentianam. fol. 22 b.
Inc. " Si petis a me, o filia, quæ sit melior."

bb. Ad Aurelianum comitem. fol. 23.

Inc. "An ignoras, quod Deus immensus est."

cc. Ad Valentinum. fol. 23.
Inc. "Sapientia divina repleri desideras."

dd. Ad Lixarium presbyterum. fol. 24.
Inc. "Suspicaris ut asperis et dubitare."

ee. Ad Desiderium episcopum. fol. 24.
Inc. An ignoras, quod in hoc mundo non timere."

ff. Ad Dorotheum de prælatis. fol. 25.
Inc. "Cave ne amore inebriatus tereno."

gg. Ad Leontinam de misericordia. fol. 25 b.
Inc. "Cum natura hominum satis prompta."

hh. Ad Neptarium de sacra scriptura. fol. 26.
Inc. "Omnia enim quæcumque scripta sunt."

ii. Ad Donatum presbyterum, qualiter clerico non licet portare arma. fol. 26 b.
Inc. "Deprecor te in Christo Yesu, ut arma belicana non assumas."

kk. Ad Anastasium, quomodo salvari quis potest in divitiis et quando non." fol. 27.
Inc. "Si petis a me, o fili, utrum in divitiis."

ll. Ad Aurelianum de ebrietate. fol. 27 b.
Inc. "Quia tuas litteras recepi alacriter."

mm. Ad Desiderium presbyterum de pastoribus. fol. 28.
Inc. "Credo jam longo tempore te scire."

nn. Ad Cornelium de mercatore et fæneratore. fol. 28.
Inc. "Legi litteras tuas, in quibus dicis beatitudinem."

oo. Ad Julianum Comitem. fol. 28 b.
Inc. "Opto te scire et in mente."

pp. Ad Hipponenses. fol. 29.
Inc. "Quum propter scelera inaudita, quæ novissimis.

qq. "Epistola responsionis clericorum Yponensium ad Augustinum." fol. 29.
Inc. "Ecce jam, Pater, mediantibus tuis precibus."

rr. Ad Cornelium presbyterum. fol. 29 b.
Inc. "Qualis et quanta sit nostra calamitas."

ss. Ad Grisarium militem. fol. 30.
Inc. "Cum tue vite emendatione."

tt. Ad Aurelium presbyterum. fol. 30.
Inc. "Questiunculam nobis, fili, nuper per epistilam."

uu. Ad Ricardum presbyterum. fol. 30 b.
Inc. "Quia contra nostram voluntatem."

ww. Ad Severum diaconum. fol. 30 b.
Inc. "Temporibus nostris Paganus quidam."

xx. Ad Marcellam. fol. 31.
Inc. "Austeritas indiscreta in vigiliis."

yy. Ad Donatum. fol. 31 b.
Inc. "Sancta ecclesia mater aurum et argentum."

zz. Ad Severum diaconum. fol. 31 b.
Inc. "Quis namque, fili, in hac infima."

α. Ad Macedonium, "et habetur in decreto." fol. 32.
Inc. "Cum dolore mentis et flectu cordis."

β. Ad Neptarium de prælatis. fol. 32.
Inc. "Jam senio frigescentibus membris."

γ. Ad Donatum episcopum. fol. 32 b.
Inc. "Si posses ymaginari."

δ. Ad Macedonium de discretione. fol. 32 b.
Inc. "Ortor namque et moneo.

ε. Macedonii ad Augustinum epistola de sui commendatione. fol. 32 b.
Inc. "Lectis literis sanctitatis tue."

ζ. Ad Neptarium. fol. 33.
Inc. "Cupis namque fili scire, quam pernitiosum sit."

3. Ejusdem Augustini, sive cujuscumque sit, de prædestinatione Dei libellus. fol. 33 b.
Exstat inter opp. ed. Benedict. tom. x. part. iii. p. 54.
In fine, "Expliciunt epistole beatissimi Aurelii Augustini Yponensis episcopi anno Domini 1473 die xviii. mensis Octobris hora xxi. diei Sancti Luce." Βερνάρδως Φρηνὶς.

4. [Æneæ Sylvii, postea Pii papæ II., oratio habita in conventu Mantuano de bello adversus Turcos inferendo.] fol. 37.
Exstat impress. inter opera Basil. p. 905.

5. Ejusdem Æneæ ad Mahometem, Turcorum principem, epistola. fol. 52.
Exstat ibid. p. 872.
In codice data est epistola, "Senis kal. Quintil. 1460."
In fine "Laus Deo. Βερνάρδως.

6. [Thomæ de Aquino] de perfectione vitæ spiritualis libellus, cum tabula capitulorum præmissa. fol. 85.
Exstat impress. inter opuscula, Venet. 1587, p. 205.

7. Thomæ de Aquino "liber contra errores Græcorum editus ad preces Urbani Papæ IV." fol. 127.
Exstat inter opuscula, Venet. 1587, p. 1.

8. [Ejusdem Thomæ responsio de triginta sex articulis] ad lectorem Venetum. fol. 154.
Exstat ibid. p. 147.

9. [Ejusdem de regimine Judæorum libellus] ad ducissam Brabantiæ. fol. 161 b.
Exstat ibid. p. 341.
In fine scriptæ sunt notitiæ istæ, "Mei presbyteri Andree de Seravalo prebendati in ecclesia majori Tarvisiana?"
Postea manu recentiori, "Ego presbyter Andreas............Ser. Antonii de Seravalo nomine in lucem veni die dominico XXIII. Novembris 1439, et baptizatus fui die dominico, in quo fuit festum S. Andree."

152.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 77, sec. xv. exeuntis; olim "domus Carthusiensis Venetiarum."

1. "Phocæ, Grammatici illustris, de nomine et verbo liber." fol. 1.
In fine, "Phocæ grammatici illustris de nomine et verbo liber explicit, M.CCCC.LXX."

2. "Georgii Trebesontii [Trapezuntii] compendium grammatices ad Andream filium." fol. 16.
Exstat, teste Fabricio, in 8° Augustæ 1537.

3. Omniboni Leoniceni de arte metrica libellus. fol. 67.
Exstat impress. Vicent. 1506.

153.

Chartaceus, in 8vo, ff. 82, sec. xv.; olim Dominici Grimani, Cardinalis S. Marci; manu Joannis Baptistæ de Spada de Interamna scriptus; in initio mutilus.

Phalaridis epistolæ CXXXVIII., Francisco Aretino interprete, cum ejusdem Francisci epistola ad Franciscum Pelatum Patavinum, reg. consil. et epistola ad Malatestam Novellum nuncupatoria.
Subjiciuntur Phalaridis epistolæ quatuor, eodem interprete, cum epistola ad Alphonsum, regem Aragonum, nuncupatoria.
Cf. Bandin. catal. codd. Lat. tom. ii. coll. 414, 415.
In fine, "M. Tullius Cicero libro secundo de officiis ita de Phalaride meminit. Nec vero ulla vis imperii;" etc.

154.

Codex chartaceus, in 4to, ff. 80, sec. xv.; olim Petri Fortiguerræ, J. C. Pist.

Index locorum in commentariis Cæsaris belli Gallici descriptorum et nominum, quæ eis prisca nostraque ætas indidit; cum præfatione.
Incip. præf. "Cæsar in commentariis Galliam tripartiens loca Galliæ."
Inc. opus, "Aquitania regionum latitudine et multitudine hominum."
Adjecta sunt fini alia ejusdem generis, sed haud ordine alphabetico disposita, quæ desin. "Drepana, Bithyniæ civitas, post Helenopolis dicta est."

155.

Chartaceus, in 4to, ff. 87, sec. xv.

1. Phalaridis epistolæ, interprete Francisco Aretino, cum proœmio ad Malatestam Novellum, et aliis quatuor Phalaridis epistolis, eodem interprete, cum præfatione ad Alphonsum et epistola Francisci ad F. Pellatum Patavinum, Alphonsi Consil. posthabita. fol. 1.
Cf. supr. cod. cui numerus 153.

2. Bruti et aliorum epistolæ septuaginta amœbææ cum Mithridatis præfatione, Rinuccio Aretino interprete, cujus epistola ad Nicolaum Papam V. præcurrit. fol. 50.
Cf. Bandin. catal. tom. ii. col. 425.

3. Xenophontis de Tyrannide libellus, [Latine versus per Leonardum Aretinum, cum ejusdem præfatione ad Nicolaum Niccolum.] fol. 63.
Titulus, manu recentiori, præcedit, "Versio tractatus de Tyrannide Xenophontis, interprete Quarino Veronensi, vel Rainutio fortasse ad Papam."
Cf. Mehus. præfat. ad Ambros. Traversar. opera p. LXXI.

4. Basilii Magni sermo ad juvenes de studiis liberalibus, Latine versus per eundem Leonardum, cum præfatione ad Coluccium Salutatum. fol. 76 b.
Tit. "Versio paræneseos ad juvenes Divi Basilii, interprete.........[*sic*]"

156.

Chartaceus, in 4to, ff. 88, sec. xv.; olim peculium cujusdam e familia de Bembo.

Marsilii Ficini Florentini in convivium Platonis de amore commentarius.
Exstat impress. inter opera ed. Basil. p. 1320.

157.

Codex chartaceus, in 4to, ff. 224, sec. xv.

DIONYSII HALICARNASSEI Antiquitatum Romani populi libri duo priores et tertii pars prior, Latine versi per Lampum Biragum, Florentinum.

Præcedit unicuique libro epistola ad Nicolaum Papam V. dedicatoria, quæ incipiunt,

a. "Absolvi beatissime pater jussu tuo hunc librum primum Romanorum originum."

b. "Mitto item poscenti tibi, pater beatissime, secundum librum et partem tertii antiquitatum Dionisii, sive potius conversionem meam primam."

Differt versio nostra ab edd. impress., consentit autem cum cod. Med. Laurent. XXIII. plut. LXVII. catal. Bandin. ii. 829.

Desin. codex a verbis, "posse accidere quod video;" cf. edit. Basil. 1532, p. 119, l. 19.

158.

Membranaceus, in 4to, ff. 37, sec. xv.; olim, anno 1602, Nicolai Faseoli.

1. DARETIS Phrygii de excidio Trojæ historia, prævia epistola CORNELII NEPOTIS ad Sallustium Crispum. fol. 2.

In fine quædam de Græcis a Trojanis et Trojanis a Græcis occisis.

2. SEXTI RUFI annumerationis Romanæ historiæ liber, cum prologo. fol. 26 b.

Tit. "Sexti Ruffi, dictatoris, Breviarium Romanæ hystoriæ."

In fine codicis est Nicolai Faseoli diarium breve rerum annis 1610—1614 gestarum.

159.

Membranaceus, in 4to, ff. 71, sec. xv.

CORNELII NEPOTIS excellentium Imperatorum Vitæ ad Pomponium Atticum; cum indice præmisso.

In fine adjecit manus quædam recentior vitarum priorum duodecim, Conone excepto, epitomen.

160.

Membranaceus, in 4to, ff. 93, sec. xi. ineuntis; haud una manu sed nitidissime exaratus.

PRISCIANI CÆSARIENSIS Grammatici de octo partibus orationis libri sedecim prologo et notulis marginalibus instructi.

Præmittuntur a manu recentiori,

a. "S. Paule titulus sepulchri a beatissimo Jeronimo compositus," versibus quinque heroicis.

b. "Titulus in foribus spelunce;" hexastichon.

161.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 109, anno 1457 bene exaratus.

CAII JULII SOLINI 'Polystoria,' sive de situ orbis terrarum et mirabilibus singulis, quæ in eo continentur.

In fine sequitur "De Hibernia, capitulum LXIIII."

Incip. "Hibernia eo latitudine sui status et salubritate ac serenitate."

Postea, "Demensuratio Provinciarum."

Incip. "India ulterior finitur ab Oriente oceano Ægeo."

In calce, "Laus tibi, Christe; M°.CCCC°.LVII° xiiii°. Madii."

162.

Membranaceus, in 4to, ff. 146, sec. xv.

ARISTOTELIS Ethicorum libri decem, [interprete LEONARDO Aretino, cum ejusdem LEONARDI proœmio et epistola ad Martinum Papam V. dedicatoria præmissis].

Cf. Bandin. catal. tom. iii. col. 172.

163.

Chartaceus, in 4to, ff. 142, sec. xv.

MARSILII FICINI Florentini versiones variæ, quæ sequuntur,

1. PLATONIS dialogi decem cum argumentis, præmisso MARSILII argumento in decem a se traductos Platonis dialogos ad Cosmum Medicem. fol. 1.

   Incip. argumentum, "Plato philosophorum pater cum ad Dionysium."

   In fine excerpta duo brevia ex Euthydemo et Theæteto.

2. ALCINOI liber de Platonis dogmatibus. fol. 113.
3. SPEUSIPPUS de Platonis definitionibus. fol. 31 b.
4. Aurea præcepta PYTHAGORÆ. fol. 136.
5. Symbola PYTHAGORÆ. fol. 136 b.
6. XENOCRATIS liber de morte, cum præfatione. fol. 139 b.

   Omnia videas impressa in collectione Platonicorum Aldina, 1516.

164.

Codex chartaceus, in 4to, ff. 88, sec. xv.

ARISTOTELIS Stagyritæ Problemata per species collecta, pertinentia ad medicinam [a G. TRAPEZUNTIO] traducta.

Tit. "Aristotelis problemata."

Incip. "Quamobrem magni excessus inductivi egrotacionum sunt, vel quia defectum excessumve faciunt, quod egrotacio erat."

Des. "hujus membri defectus erit, cujus signum, quod omnes infantes simi sunt. τελος."

Codex noster, ut licet ex tabula præmissa conjectare, olim habebat folia circ. 330, opuscula continentia ex P. P. Vergerio, Guarino Veronensi, Fr. Barbaro, Eustachio Gritto, aliisque.

165.

Chartaceus, in 4to, ff. 50, sec. xv.

1. "Clarissimi viri DONATI Grammatici de octo partibus orationis liber, sive editio secunda." fol. 1.
2. "DONATUS de voce," sive ejusdem editio prima. fol. 29 b.
3. "DONATUS de barbarismo," etc. fol. 37.

In fine, "Præstantissimi viri Donati Grammatici opus hic finit."

Omnia exstant inter Grammaticos, ed. Putschio, pp. 1735—1780.

Sequuntur "Tropi de quibus Donatus mentionem non fecit."

Incip. "Apostrophe, Prosopopeya, Hebasis, Liptote, Hipalage, Endyadis, Anthiteton."

166.

Chartaceus, in 4to, ff. 72, sec. xv.

CORNELII NEPOTIS excellentium imperatorum vitæ ad Atticum.

167.

Membranaceus, in 4to minori, ff. 63, anno circiter 1500, in usum, ut videtur ex insignibus gentilitiis, M. Roscii, Bononiensis, nitide exaratus et hic illic, quoad margines, pictus.

1. [PLUTARCHI] de utilitate ab inimicis capienda ad Cornelium Pulchrum libellus ab anonymo quodam Latine versus. fol. 1.

Incip. "Video equidem te, Corneli Pulcher, tranquilissimum."

1. CENSORINI de die natali liber ad Q. Cerellium.] fol. 13 b.
3. [Incerti cujusdam fragmentum, de naturali institutione, etc.] fol. 54 b.

Exstat impressum in calce Censorini libri ed. Havercamp. p. 129.

Præmittitur codici notitia, *Italice* scripta, de contentis.

168.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 78, anno 1490, manu Petri Ant. Sallandi, Reginensis, nitide exaratus in usum, ut videtur ex insignibus præmissis, Roscii prædicti.

APICII CŒLII Epimeles, seu de re culinaria libri decem, cum titulis capitulorum unicuique libro præmissis.

Exstant impress. in 8vo. ed. Lugd. 1541.

In fine, "Scriptum per me Petrum Antonium Sallandum, Reginensem, die vigesimo septimo Maii M.CCCC.LXXXX."

169.

Membranaceus, in 4to, ff. 148, sec. xv. exeuntis.

1. Excerpta ex POMPEII FESTI libris de significatione verborum, juxta ordinem alphabeti. fol. 1.

Tit. "Foesti Pompeii Gramatici vocabula."

Exstant in calce Cornucop. Nic. Perotti ed. Ald. 1513, p. 1125.

2. "SERVII Gramatici Vocabulorum per GUARINUM Veronensem compendiose collecta doctrina;" ordine alphabetico. fol. 77.

Incip. "Abjurare est rem creditam negare perjurio, aliquando et abjurare contra jus tenere."

Desin. sub voce "Zetas," "id est, a fervendo dictum."

In calce, "Finis vocabulorum Servii."

170.

Membranaceus, in 4to minori, ff. 104, sec. xv. exeuntis; olim "Franc. Cornelii et D. Fantini et fratrum."

1. C. CRISPI SALLUSTII Bellum Catilinarium cum prologo. fol. 1.
2. Ejusdem SALLUSTII Bellum Jugurthinum, cum prologo. fol. 39.

In fine, "Explicit liber Salustii feliciter; Amen."

In tegmine codicis, "Quis me invenerit, reddat me Domino meo."

171.

Codex chartaceus, in 4to minori, ff. 95, anno 1469 manu fratris Bellini descriptus.

1. Phalaridis epistolæ cxxxviii., Latine versæ per Franciscum Aretinum, cum procemio ejusdem Francisci ad Malatestam Novellum. fol. 1.

Subjunguntur Phalaridis aliæ epistolæ quatuor, Latine versæ per eundem, cum epistola ad Alphonsum Regem ded catoria.

In fine, "Laus Deo ejusque Unigenito una cum sancto Spiritu. Phalaridis tyrampni Siculorum, ac philosophorum dignissimi epistole per Franciscum Aretinum e Greco in Latinum traducte expliciunt feliciter; scripte vero per me fratrem Bellinum anno Domini 1469, die 12 Aprilis."

2. "Caii Plinii Secundi, oratoris eximii, [potius Aurelii Victoris] de viris illustribus clarissimus liber" fol. 67.

In fine, "Frater Bellinus scripsit; opusculum de viris illustribus a Caio Plinio editum explicit."

172.

Membranaceus, in 4to majori, ff. 307, sec. xv. ineuntis, nitide exaratus.

Plutarchi Chæronensis Vitæ plures, variis interpretibus, scilicet,

1. Numæ Pompilii vita, interprete Fr. Philelpho, cum præfatione. fol. 1.

Exstat, sub nomine Lapi Florentini, impressa inter Plutarchi vitas, ed. Venet. per Melch. Sessa 1516, fol. xviii.

Exstat pars magna præfationis hujus et sequentis vitæ in Bandin. catal. tom. ii. coll. 707, 708.

2. Lycurgi vita, eodem interprete, cum præfatione. fol. 13.

Exstat sub nomine ejusdem Lapi, in edit. cit. fol. xiii.

3. Coriolani vita, Guarino Veronensi interprete. fol. 32 b.

Exstat ibid. fol. xlii.

4. Camilli vita, interprete Omnibono Leoniceno, cum procemio ad Joh. Franciscum de Gonzaga. fol. 47.

Incip. procem. "Nondum satis constitueram, clarissime princeps, hanc lugubrantiunculam."

Incip. vita, "Cum multe magneque res de F. Camillo dicantur; singulare quiddam."

Cf. Bibl. Taurin. cod. dcxlv.

5. M. Marcelli vita, Leonardo Aretino interprete. fol. 67.

Exstat in edit. Venet. 1516, Guarino tributa, fol. lxxvi. b.

6. Aristidis et Catonis vitæ, interprete Francisco Barbaro, cum procemio ad Zach. Barbarum. fol. 81 b.

Exstant, ibid. ff. ciii., cix.

De procemio cf. Bandin. catal. ii. col. 738.

7. Plutarchi Chæronensis exquisitum de utroque judicium. fol. 115.

Exstat ibid. fol. cxv. b.

8. Flaminii vita, Guarino Veronensi interprete, cum epistola ad Robertum Rossum prævia. fol. 118.

Ibid. fol. xcix.

Exstat præfatio in Bandin. cat. ii. col. 738.

9. Pauli Æmilii vita, interprete Leonardo Aretino. fol. 129.

Incip. "Æmiliorum familiam in urbe Roma patriciam sane."

Des. "tales mores vitaque Pauli Emilii fuisse dicuntur."

Exstat in edit. 1514, "in Chalcograph. Ascensiana," fol. cxxxiii. b.

10. Tiberii et Caii Gracchorum vitæ, eodem interprete. fol. 142 b.

Exstant ibid. fol. clix. b.

11. Caii Marii vita, Leonardo Aretino interprete. fol. 157.

Incip. "Caio Mario tertium nomen dare non possumus, quemadmodum nec Quinto Sertorio."

Desin. "Capta ea urbe, cum effugere se posse non vidit necem sibi conscivit."

12. Eumenis vita, eodem interprete. fol. 180.

Exstat, Guarino tributa, in edit. 1514, fol. clxxxiv.

13. Quinti Sertorii vita, eodem Leonardo interprete, cum præfatione ad Antonium Luscum et comparatione de utroque posthabita. fol. 190.

Exstant ibid. fol. clxxxviii.

De præfatione cf. Bandin. cat. ii. col. 746.

14. Cimonis et Luculli vitæ cum comparatione posthabita et procemio ad Henricum Lusignanum, Galliæ principem. fol. 202 b.

Ibid. fol. cxcii.

De præfat. cf. Bandin. cat. ii. col. 720.

15. Cneii Pompeii vita, interprete Jacobo Angelo. fol. 245.

Ibid. Ant. Tudertino tributa, fol. ccxxx.

16. Catonis Uticensis vita, interprete Leonardo Aretino. fol. 280.
Ibid. Lapo Florentino tributa, fol. CCLXXV. b.

173.

Codex chartaceus, in 4to majori, ff. 285, sec. xvi.; an. 1535 peculium erat J. Grynæi; manu, ut videtur, M. Ant. Grynæi, Ferrariensis, descriptus; in fine mancus.

1. Plutarchi vitæ, variis interpretibus, scilicet,
a. Alexandri Magni et Cæsaris vitæ, interprete Guarino Veronensi. fol. 1.
Exstant impress. in edit. 1514, fol. CCXLIV.
b. Cimonis et Luculli vitæ cum comparatione posthabita et procemio ad Henricum Lusignanum, Galliæ principem. fol. 53.
Ibid. fol. CXCII.
De præfat. cf. Bandin. cat. II. col. 720.
c. Phocionis vita, Guarino Veronensi interprete, cum epistola ad Fr. Barbarum prævia. fol. 89.
Incip. epist. "Manuel Chrysoloras, suavissimus preceptor noster et cum magnarum rerum scientia."
Incip. vita. "Demades Orator, cum ad Macedonum et Antipatri gratiam."
Desin. "atque calamitas civitati patratum extitisset."
d. Catonis Uticensis vita, Leonardo Aretino interprete. fol. 103.
In edit. cit., Lapo Flor. tributa, fol. CCLXXV. b.
e. Ciceronis Vita, sive Cicero Novus, [a Leonardo Aretino confecta]. fol. 125 b.
f. Demosthenis vita, eodem interprete. fol. 142.
Exstat in ed. cit. fol. CCCII. b.
g. Aristidis et Catonis vitæ, cum comparatione posthabita, Fr. Barbaro interprete, cum ejusdem Francisci procemio ad Zach. Barbarum. fol. 150.
Exstant ibid. fol. CXIIII.
De procem. cf. Bandini cat. II. col. 735.
h. Q. Sertorii vita, Leonardo Aretino interprete. fol. 183.
Ibid. fol. CLXXXVII b.
i. Eumenis vita, cum comparatione de utroque posthabita, eodem interprete. fol. 192 b.
Ibid. Guarino tributa, fol. CLXXXIIII.
k. Dionis et Bruti vitæ, cum comparatione posthabita, interpretibus Guarino et Jacobo Angelo, cum ejusdem Guarini præfat. ad F. Barbarum. fol. 202.
Exstant ibid. fol. CCLXXXV. b.
De præfat. cf. Bandin. cat. II. col. 747.

2. Platonis vita per Guarinum Veronensem confecta, cum præfatione ad Philippum Mediolanensem. fol. 241.
Exstant ibid. fol. CCCLXV.

3. "Judicium et comparatio inter Scipionem Africanum et Cesarem factus [*sic*] per Poggium," ad Scipionem Mainentem. fol. 254.
Exstat inter Poggii opuscula, Basil. p. 357.

4. Guarini Veronensis ad Leonellum Estensem in laudes Cæsaris epistola. fol. 259 b.
Incip. "Nuntius ecce novus affertur."

5. Ejusdem Guarini ad Poggium epistola de eodem. fol. 259 b.
Incip. "Remeante proximis diebus illustri principe nostro, qui visendi."
Desin. "nomen et præconium consequaris."

6. "Francisci Philelphi epithalamion ad Poggium Bambalionem Florentinum, cunctorum scelerum flagitiorumque sentinam," versibus circ. centum heroicis. fol. 275.
Incip.
"Poggius uxorem duxit, lambitque Luciam,
Placentine, tuam; lenonis nomen adulter."

7. Ejusdem Francisci "Satyra ad Antonium Panormitam in Poggium Bambalionem, veneficum et teterrimum latronem," versibus circ. centum heroicis. fol. 276 b.
Incip.
"Phœbe, Panormigene propera succurrere vati."
Desin.
"Nam neque barbatis parcit tua mentula, Poggi."

8. Poggii Bracciolini epistolæ tres, scilicet,
a. Ad Leonellum Estensem de suis et Guarini epistolis; dat. Florent. kal. Novemb. 1436. fol. 278.
Incip. "Existimo magnum pondus habere apud te, quemadmodum equum est."
b. Ad Franciscum Barbarum. Dat. Florentiæ fol. 278 b.
Exstat inter opuscula, ed. Basil. p. 356.
c. [Defensiuncula contra Guarinum Veronensem ad Franciscum Barbarum.] fol. 279.
Deficit a verbis, "que ita verissimis—."

174.

Codex membranaceus, in folio, ff. 267, sec. xiv.; binis columnis, optime exaratus et servatus.

1. Aristotelis Ethicorum libri decem ex antiqua traductione. fol. 1.
Exstant in edit. H. Steph. Paris. 1516.
In fine, "Explicit liber Ethicorum."

2. Ejusdem Aristotelis Politicorum libri octo ex antiqua versione. fol. 71.

Incip. "Quoniam omnem civitatem videmus communitatem quandam existentem."

In fine, "Reliqua hujus operis in Greco nondum inveni."

Postea, "Explicit summa Politicorum Aristotelis, Deo gratias. Amen."

3. Ejusdem Rhetoricorum libri tres. fol. 153.

Incip. Rhetorica assecutiva dyaletice est, ambe enim de talibus."

In fine, "Explicit Rethorica Aristotilis, Deo gratias; Amen."

4. Ejusdem Magnorum Moralium vel "magnorum Ethicorum" libri duo. fol. 206.

Incip. "Quoniam elegimus dicere de moralibus, primum utique erit."

In fine, "Explicit liber magnorum Ethicorum Aristotelis Deo gratias."

5. Liber de Secretis secretorum, Aristoteli tributus, a Philippo Clerico quodam in Latinum traductus, cum ejusdem Philippi ad Guidonem de Valencia epistola, capitum tabula et prologis duobus præmissis et notulis marginalibus. fol. 234.

In fine, "Explicit liber Aristotilis de secretis secretorum, sive de regimine regum vel dominorum."

175.

Codex chartaceus, in folio, ff. 96, sec. xv.

Doctissimi ac facundissimi viri Chalcidii elegantissima in Timæum Platonis expositio, cum notis et figuris marginalibus.

Exstat in fine S. Hippolyti operum tom. ii. p. 277.

Inter ff. 1 et 2 inseruit manus aliquantulum recentior notitiam de arte imprimendi, quæ incip. "M.CCCC.LVIIII. Ars imprimendi libros his temporibus in Germania enata est, quam alii repertam asserunt a Joanne Vitembergo, Argentino, alii a quodam, nomine Fusco, alii a Nicholao Jensone prædicant."

Sequitur hexastichon incip.
"O fœlix nostris memoranda impressio sæclis."

176.

Membranaceus, in folio, ff. 144, sec. xv.

Platonis Timæus, in partes duas divisus, cum Chalcidii expositione unicuique affixa, figuris et notulis instructa.

Præmittitur Chalcidii ad Osium prologus.

Exstant inter S. Hippolyti opera, ed. Fabricio, vol. ii. p. 226.

177.

Codex chartaceus, in folio, ff. 376, sec. xv.

1. Lucii Annæi Senecæ, Cordubensis, epistolæ ad Lucilium morales in libros viginti duos distinctæ. fol. 1.

2. Ejusdem ad Helbiam matrem suam de consolatione filii liber. fol. 270.

3. Ejusdem de consolatione ad Marciam liber. fol. 285.

4. Ejusdem de consolatione ad Pollionem liber. fol. 302.

5. Ejusdem de providentia Dei liber. fol. 315.

6. Ejusdem de brevitate vitæ ad Paulinum liber. fol. 324.

7. Ejusdem de tranquillitate animi ad Serenum liber. fol. 337.

8. "Aurelii Augustini de conditione animi, et quæ sit eis patria," liber potius forsan ex Augustini scriptis confectus. fol. 354.

Incip. "Quoniam dictum est michi, ut me ipsum cognoscam, sustinere non possum."

Consentit hic illic, quoad definitiones quasdam, cum Augustini de quantitate animæ libro.

178.

Chartaceus, in folio, ff. 133, sec. xv.

Dictionarium universale alphabeticum, anonymo compilatore.

Incip. "A. in omnibus gentibus ideo est prima omnium literarum, quia prior vocem nascentibus aperit, vel quia a. sonat in pectore, e. in gutture, i. in faucibus, o. in palato, u. in extremo ore.

Abissus, si; est profunditas aquarum impenetrabilis, [*eadem est Papiæ explicatio ejusdem vocis*], sive spelunce aquarum latentium."

Desin. "Zosimus,-ma, -mum; vivax, vividus, ut zosimæ virtutis, id est, vive virtutis. Zorobabel; nomen proprium est interpretatum."

Sequuntur,

a. De ventis quatuor versus octo. fol. 126 b.

Incip.
"Quatuor a quadro consurgunt ordine venti."

b. "Aliqua adverbia," ordine alphabetico. fol. 127.

Incip. "Aspernanter, id est, despective."

c. "Nomina mensium; Ebraice." fol. 131.

Incip. "Adar, id est Marcius."

d. Nomina Dei altissimi. fol. 131.

Incip. "Primum nomen Dei eterni est El."

Cf. Isidori Etymol. lib. vii. cap. 1.

e. "Nomina ponderum et mensurarum." fol. 131.

Incip. "Siclus, stater, denarius, idem significant."

f. De lapidibus pretiosis. fol. 131 b.

Incip. "Onichinus est lapis Indicus et etiam Arabicus permistum in se habens colorem."

g. De traductionibus Scripturarum variis. fol. 133.

Incip. "Scripturas veteris Testamenti secundum Ysidorum sub Tolomeo."

h. "Tempora feriandi per annum." fol. 133 b.

Tit. "Pronunciandum est, ut layci sciant tempora feriandi per annum."

i. "Aliquæ festivitates, quas debemus celebrare seu possumus ex devotione." fol. 133 b.

In calce versus isti,

"Si pater est Adam, si cuntis mater et Eva,
Cur non sunt homines nobilitate pares?
Exaltat virtus nobilitantque mores;
Degenerant viciis, fiunt hominesque minores,
Et sic non sunt homines nobilitate pares."

179.

Codex membranaceus, in folio, ff. 41, sec. xv. ineuntis.

1. C. Julii Hygini Poeticon Astronomicon libri i. ii. et iv., cum præfatione ad Fabium. fol. 1.

2. Ejusdem Hygini liber tertius, de formarum cœlestium descriptionibus, figuris pictis instructus. fol. 28.

Differt, quoad capitum ordinem et numerum, ab edit. impress. Hamburg. 1674, et desin. in cap. (in codice xxxii.) de Leone, cum verbis, "et ita est omnino numerus stellarum decem et novem."

180.

Membranaceus, in 4to, ff. 142, sec. xv.; nitide exaratus.

Caii Suetonii Tranquilli liber de duodecim Cæsaribus, notulis marginalibus hic illic instructus.

181.

Chartaceus, in 4to, ff. 91, sec. xv.; duabus columnis haud una manu scriptus.

1. L. Annæi Senecæ ad S. Paulum epistolæ, cum Pauli epistolis responsivis. fol. 1.

Tit. "Epistole Senece, Neronis Imperatoris magistri, ad Paulum Apostolum et Pauli Apostoli ad Senecam."

Exstant impress. in Fabricii cod. Novi Testamenti apocr. p. 892

Præmittitur notitia de iisdem, sub titulo, "Beatus Jeronimus de Seneca in cathalogo sanctorum."

2. Tabula capitulorum Senecæ epistolarum libb. xxii. ad Lucilium, cum Senecæ epitaphio præmisso. fol. 3 b.

In fine, "Expliciunt capitula xxii. et ultimi libri epistolarum Lucii Anei Senece ad Lucilum de moralitate hominum et rerum et de exhortatione morum."

3. L. Annæi Senecæ ad Neronem de clementia liber primus. fol. 7.

4. Ejusdem Senecæ ad Lucilium epistolarum libri viginti duo. fol. 13.

Desinunt in epist. 89 capite, sive, ut in editt. impress. leguntur, ab ep. 88. verbis, "questionum liber siet," in ed. Lips. 1805, vol. iii. p. 136, l. 17.

182.

Codex membranaceus, in folio, ff. 66, sec. xiv.; optime exaratus et servatus.

Anitii Manlii Severini Boethii, "consulis patricii ordinarii," de consolatione philosophiæ libri quinque.

In fine, "Explicit liber Boecii de consolatione."

Codex antiquitus numeratus est 1232.

183.

Chartaceus, in folio, ff. 60, sec. xv.; olim Bar. Bonvicini, "scolaris in studio Patavino anno Domini 1487, die 7 Junii," postea Andreæ de Ardesio.

A. M. Severini Boethii de philosophiæ consolatione libri quinque, notulis interlinearibus instructi.

In fine, "Hec sunt fundamenta fidei Cristiane, et sunt novem, primum est prenunciatio prophethicha," etc., quibus adjecit manus recentior, "Ego non intelligo ista, quisquis scripserit."

Sequitur membrana unica, ex codice sec. xiv. scripto, in qua juris civilis fragmentum.

Postea, Ciceronis, ut feruntur, Synonyma ordine alphabetico, cum epistola ad Lucium Victorinum (*sic*) suum prævia.

Plures memorat editt. Fabricius, Bibl. Lat. tom. i. p. 149.

184.

Codex chartaceus, in 4to, ff. 110, sec. xv.; in fine mutilus.

Diogenis Laertii de vita et moribus Philosophorum libri, interprete Ambrosio Traversario, prævia ejusdem Ambrosii ad Cosmum Medicum epistola.

Deficit in lib. ix. a verbis, "Principia omnia esse" in edit. Lugd. 1596, p. 452.

185.

Codex chartaceus, in 4to, ff. 222, sec. xv.

Roberti Vulturii de re militari libri duodecim ad Sigismundum Pandulfum Malatestam, cum elencho et indice rerum militarium, quæ singulis libris continentur, ac cum schematibus bellicorum instrumentorum, bene delineatis, suis locis adpositis.

Consentit opus, quoad initium, finem et schemata, cum edit. Wechel. Paris. 1534.

186.

Membranaceus, in 4to, ff. 234, sec. xv.; nitide scriptus.

Diogenis Laertii Vitæ atque sententiæ eorum, qui in philosophia claruerunt, libris decem, [Ambrosio Traversario, Camaldulensi, interprete, cum ejusdem Ambrosii epistola ad Cosmum Medicum prævia.]

Prodiit Venet. 1475, et pluries alibi.

In fine est Index nominum.

187.

Membranaceus, in 4to, ff. 108, anno 1434 nitide exaratus; olim peculium Raphaelis de Carena nova?

Aristotelis Stagiritæ Ethicorum Nicomacheorum libri decem, interprete Leonardo Bruno Aretino, prologo, cui tit. "Premissio quedam ad evidentiam nove translationis," et epistola ad Martinum Papam v. prævia, instructi.

In fine, "Explicit feliciter, Deo gratias, Amen: die vero decima Aprelis m°. cccc°. xxxiiii°."

In calce codicis, "Iste liber est mei Rafaeli de Carena nova (?) qui vadit ad scolas domini Antonii de Camarino, qui est bonus magister in sua gramaticha et in sua sciencia et unum modichum famtastichus."

188.

Membranaceus, in 4to, ff. 166, sec. xiv.; olim Antonii Baduarii.

A

Aristotelis Logica, ex veteri [A. M. S. Boethii] versione, cum scholiis marginalibus; scilicet,

1. Liber prædicamentorum, cum Porphyrii introductione præmissa. fol. 1.

Incip. introd. "Cum sit necessarium, Crysaori, ad eam, quæ est apud Aristotelem."

Incip. liber, "Æquivoca dicuntur, quorum solum nomen commune est."

2. De interpretatione sex principiorum. fol. 21 b.

B

Incip. "Primum oportet constituere, quid sit nomen et quid sit verbum."

3. Topicorum libri octo. fol. 35.

Incip. "Propositum quidem negotii est, metodyn invenire."

In fine, "In laude universalium propositionum terminat Aristotelis tractatum."

4. De sophisticis elenchis libri duo. fol. 85.

C

Incip. "De sophisticis autem elenchis, et de his qui videntur elenchi."

5. Priorum libri duo. fol. 101.

Incip. "Primum oportet dicere, circa quid et de quo est intentio."

6. Posteriorum libri duo. fol. 142.

Incip. "Omnis doctrina et omnis disciplina intellectiva."

In fine, "Explicit liber, Deo gratias; Amen."

D

Exstant omnia supradicta A. Boethii opera, Basil. 1570.

189.

Codex chartaceus, in 4to, ff. 107, sec. xvi.

Plutarchi opuscula, interprete Johanne Laurentio, quæ sequuntur,

1. Præcepta bonæ valetudinis. fol. 2.
2. Liber de nugacitate. fol. 30.

E

3. Quæ utilitas ex inimicis capi possit. fol. 51.
4. De seipso sine invidia laudando. fol. 64.
5. De ira sedanda. fol. 82.

190.

Chartaceus, in 4to majori, ff. 144, anno 1470 manu Francisci Tauri, Ariminensis, descriptus.

F

Aristotelis Metaphysicorum libri duodecim, interprete Joanne Argyropylo, cum ejusdem Joannis epistola ad Petrum Medicem nuncupatoria.

Tit. lib. "Liber Aristotelis primæ philosophiæ, quem Johannes Argyrpylus Byzantius causa magnifici Petri Medicis, Florentini, traduxit."

Exstat epistola impressa in Bandin. catal. tom. iii. col. 225.

In fine, "Liber Aristotelis ultimus primæ philosophiæ finit, qui ab eloquentissimo viro ac prestantissimo philosopho Argyroplilo Bizantio de Greco in Latinum traductus est; quem ego Franciscus Taurus, Ariminensis cultor Dianæ, raptim sculpsi anno gratie m.cccc.lxx. kal. xv. Nov. τελος, laus Deo."

191.

Codex chartaceus, in 4to majori, ff. 136, sec. xv.

Aristotelis Ethicorum libri decem, interprete Joanne Argyropylo, notulis marginalibus illustrati.

Tit. "Opus Aristotelis de moribus ad Nicomachum, quod Joannes Argyropylus, Constantinopolitanus, traduxit."

Sequuntur,

a. "Leonardi Aretini oratiuncula ad [Martinum v.] pont. max. fol. 133 b.

Exstat pars prior impress. in Bandin. catal. tom. ii. fol. 559.

b. "Disputationes a philosopho Stoico et contra a Peripatetico, Arbitro Phavorino, facte; quæsitumque inter eos, quantum in perficienda vita beata virtus valeret; quantumcumque esset in iis, que dicuntur extranea; capitulum primum." fol. 134 b.

Adjecit margini manus recentior, "Ut videre videor ex Antiocho. li. 17."

Incip. "Familiares Favorini duo erant quidam non incelebres in urbe Roma."

192.

Membranaceus, in 4to, ff. 123, sec. xv. ineuntis; optime exaratus et servatus.

1. Pomponii Melæ de Cosmographia liber. fol. 1.

Tit. "Pomponii Melle cosmographia."

2. Joannis Campani Novariensis Theorica Planetarum, cum tabulis. fol. 40.

Tit. "Theorica Campani."

Incip. "Primus philosophye magister ipsius negocium in tria prima genera dispertitur."

Desin. "facile invenies, quemadmodum de Mercurio supra docuimus."

Exstat, in bibl. Bodl., in MS. Digby 168, fol. 48, cum præfatione ad Urbanum Papam v. præmissa.

193.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 37, anno 1412 exaratus.

Caii Crispi Sallustii de bellis Catilinario et Jugurthino libri duo.

Tit. "Liber Crispi Salustii Katelinarii."

In fine, "Explicit liber Salustii Crispi, qui dicitur, Jugurthinus, m.ccccxii. die vii. kal. Marcii complevi feliciter hoc volumen, quod scripsi in mensibus tribus, incoavi enim x. kal. Decembris, in die sancte Cecilie, virginis et martyris, et supradicto die explevi tercia hora noctis."

194.

Membranaceus, in 4to, ff. 72, sec. xv.; nitide scriptus; olim Alexandri Marchionis Fiaschi, et cujusdam e familia de Sacrato.

1. Lucii Annæi Flori epitome Historiæ Romanæ ab urbe condita. fol. 2.

Consentit cum edit. Dukeri, 1744.

2. [Sexti Rufi annumerationis Rom. Hist. liber, cum prologo brevi.] fol. 64.

Legitur in Epit. Histor. Rom., Florent. 1723, tom. ii. p. 5.

Præmittitur codici Ciceronis contra Verrem orationis fragmentum.

195.

Membranaceus, in 4to, ff. 118, sec. xv.

Aristotelis Politicorum libri octo, cum [Leonardi Bruni] epistola ad Eugenium Papam iv. prævia et prologo præmissis.

In fine est, ejusdem Leonardi epistola ad Flavium [Blondum] Foroliviensem de traductione supradicta.

Exstat inter Leonardi epistolas, ed. Mehus, lib. viii. ep. 1.

196.

Chartaceus, in 4to minori, ff. 66, sec. xv. exeuntis, partim anno 1464 descriptus.

1. Sententiæ nonnullæ proverbiales, ex diversis. fol. 1.

Incip. "Mulier est hominis confusio."

2. M. T. Ciceronis Synonyma ad L. Veturium, cum tabula præmissa. fol. 1 b.

In fine, "Marci Tulii Ciceronis Sinonimorum multarum dictionum sensus et significantium annectentis?"

3. Ejusdem ad Brutum Paradoxa, notis marginalibus hic illic instructa. fol. 14.

4. Ejusdem de Scipionis somnio liber. fol. 28.

In fine, "Explicit opus M. T. C. de somnio Scipionis; τελως.

Vigeat eloquentia, quoi hæc quatuor volumina transcripsit."

5. Ejusdem Oratoriæ Partitiones. fol. 36.

In fine, post lineas quinque hodie pæne deletas, "m°.cccc°.lxiiii°. pridie nonas Januarii."

Sequuntur sententiæ paucæ ex Isidoro, etc.

197.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 128, sec. xv.; bene exaratus, sed mutilatus, literis scilicet initialibus excisis; partim anno 1471 manu Nicolai Bandæ scriptus.

1. M. T. Ciceronis de senectute ad Pomponium Atticum liber. fol. 1.

2. Ejusdem Paradoxa ad Brutum. fol. 31.

3. Ejusdem Somnium Scipionis. fol. 46 b.

4. M. Bruti ad Ciceronem epistola. fol. 54.

Est epist. xvi. in libro Cic. epp. ad Brutum. Deficit a verbis, "in exturbando Antonio."

5. Omniboni Leoniceni Vicentini de arte metrica libellus, cum pedum indice posthabito. fol. 58.

Prodiit Vicentiæ, 1506.

6. M. T. Ciceronis ad Quintum Fratrem familiarem suum epistola. fol. 74 b.

Est lib. i. ep. i. in editionis Verburgianæ tom. iii. p. 733.

In fine, Philippi regis ad Aristotelem epistola. fol. 88 b.

Postea "Hæc opera scripsit Nicola Banda die xv. Novembris, 1471."

7. Plinii Veronensis de viris illustribus liber, cum indice nominum subjuncto. fol. 89.

198.

Chartaceus, in 4to minori, ff. 82, anno 1454 manu Antonii cujusdam descriptus; anno 1696 peculium Bernardi Trevisani.

1. M. T. Ciceronis ad Atticum liber de amicitia, glossulis instructus. fol. 1.

2. Ejusdem liber de Senectute. fol. 29 b.

In fine, "Deo gratias; Amen: m.cccc°.54 die quinto Decembrii."

"Quis scripsit scribat . semper cum Domino vivat,
Vivat in celis . Antonius cum Domino felix;
Finito liber (*sic*) refferamus gratia Christo,
Fato fine pia . laudetur Virgo Maria."

Sequitur argumentum breve ad librum de amicitia, in quo de nomine Ciceronis tractatur, incip. "Marcus enim proprium ejus nomen fuit."

199.

Codex chartaceus, in 4to minori, ff. 85, sec. xv.; diversis librariis exaratus.

1. M. T. Ciceronis Orationes tres, scilicet,

a. Pro M. Marcello. fol. 1.

b. Pro Cneio Pompeio. fol. 6.

c. Pro T. A. Milone. fol. 18.

2. Ejusdem de officiis liber primus et secundi pars prior. fol. 37.

Deficit a verbis, "ad usum hominum—"

3. Ejusdem de Senectute liber. fol. 67.

200.

Chartaceus, in 4to minori, ff. 71, sec. xv.

1. M. T. Ciceronis epistolæ ad Curionem et alios mixtæ. fol. 1.

2. M. T. Ciceronis et Bruti epistolæ duodecim. fol. 33 b.

3. Ejusdem Lælius, sive de amicitia ad Atticum liber. fol. 39.

201.

Membranaceus, in 4to, ff. 8 et 44, sec. xi. exeuntis; quoad partem priorem binis columnis exaratus; olim pertinebat ad Leonardum Justinianum.

1. Anonymi cujusdam in M. T. Ciceronis de inventione rhetorica libros duos commentarius, cum præfatione [*imperf.*] fol. 1*.

Incip. præfat. "Ars rethorice sicut et ceteris artibus duobus modis docetur, extrinsecus videlicet et intrinsecus."

Incip. comment. "Sepe et multum, etc. id est, Ego in animo meo deliberavi frequenter."

Deficit a verbis, "præcepta aliorum inscia—"

2. M. T. Ciceronis de inventione Rhetorica libri duo. fol. 1.

202.

Codex chartaceus, in 4to minori, ff. 101, sec. xv. exeuntis.

1. Grammaticalia quædam de adverbio, participio, verbis nominibusque. fol. 1.
   Incip. "Interogativa adverbia localia sunt sex, Ubi, Quo, Unde, qua, quorsum et quousque; Ubi significat in loco."
   Desin. "Addis amigdala. Amen."

2. M. T. Ciceronis de officiis libri tres, notulis hic illic instructi. fol. 13.
   In fine,
   "Facto fine pia . laudetur Virgo Maria. Explicit liber M. T. Ciceronis de officiis. Yhesus. Maria. Augustinus."

203.

Chartaceus, in 4to minori, ff. 98, sec. xv.

1. [M. T. Ciceronis de officiis libri tres.] fol. 1 b.
2. [Ejusdem Paradoxa,] fol. 72 b.
3. [Ejusdem Scipionis Somnium.] fol. 83.
4. [Ejusdem de Fato liber.] fol. 88.

204.

Membranaceus, in 4to minori, ff. 153, sec. xv.; anno 1607 peculium erat—Burchellati.

1. M. T. Ciceronis Rhetoricorum ad Herennium libri quatuor, cum glossis marginalibus. fol. 1.

2. Ejusdem de Inventione rhetorica libri duo, cum notulis marginalibus. fol. 76.
   Desunt pauca ab initio, incip. cum verbis, "quod utilitatis haberet."
   In fine, "Marci Tulii Ciceronis liber secundus et ultimus de inventione explicit, quamobrem Altissimo gratiam ago. Amen."

205.

Membranaceus, in 4to, ff. 114, sec. xv.; quoad partem posteriorem anno 1446 manu Benedicti de Jadra, binis columnis in civitate Anconæ exaratus.

1. M. T. Ciceronis opuscula, scilicet,
   a. De senectute liber. fol. 1.
   b. De amicitia liber. fol. 25.
   c. Paradoxa. fol. 53.
   Des. a verbis, "que sunt summarum virtutum pluris esti—."

2. Anonymi cujusdam in Aristotelis prædicamenta; *in initio pauca desunt.* fol. 65.
   Incip. cap. 2. "Univoca dicuntur quorum; Dubitatur utrum illa descriptio sit bene data."
   Desin. "modi famosiores dicti sunt, et est finis hujus capituli, et per consequens libri prædicamentorum Aristotelis."
   In fine, "Quare laus sit Deo . quia finem habeo."
   "Ego frater Benedictus de Jadra scripsi hunc librum sub anno Domini m°. cccc°. xlvi°. dum fui studens in conventu alme civitatis Anchone."
   Sequitur fragmentum operis dialectici, quod incip. "Sicut ex multis granis unus panis conficitur, sic ex multis formalium dictis hic presens conficitur tractatus."

206.

Codex chartaceus, in 4to minori, ff. 72, sec. xv. exeuntis.

1. M. T. Ciceronis Epistolæ anepigraphæ circiter centum septuaginta. fol. 1.

2. "Epistole Marci Tulii alique, necnon Plauti aliorumque plurium." fol. 61.

3. Proverbia Senecæ per alphabetum. fol. 69.
   Deficiunt a "Non vives aliter in solitudine aliter in foro."

207.

Membranaceus, in 4to minori, ff. 98, sec. xv.; olim Bartholomæi Ghisilardi.

M. T. Ciceronis de Inventione Rhetorica libri duo, notulis marginalibus instructi.

208.

Membranaceus, in 8vo, ff. 33, sec. xv.

M. T. Ciceronis Rhetoricorum ad Herennium librorum quatuor epitome, auctore anonymo.
   Tit. "Marci Tullii Ciceronis rethoricæ veteris (*sic*) epithoma."
   Incip. "Rhetorica est benedicendi scientia in civilibus questionibus."
   Desin. "si rationes preceptionis diligentia consequemur et exercitatione."
   In fine codicis manus pæne hodierna scripsit "Translatus ab Domino Antonio Rosio scriptor pub." "C. Regelein."

209.

Codex membranaceus, in 4to minimo, ff. 101, sec. xv.; olim cujusdam, qui portabat in parmula muricata balteum argenteum.

M. T. Ciceronis varia, scilicet,

a. De Amicitia liber. fol. 1.

b. De Senectute. fol. 46.

c. Paradoxa. fol. 83 b.

210.

Membranaceus, in folio, ff. 76, sec. xv.; bene exaratus.

1. M. T. Ciceronis Epistolarum ad varios libri sex, cum titulis unicuique libro præmissis, necnon subjunctis epistola ad Octavianum et libello de petitione consulatus. fol. 1.

In fine, "Marci Tullii Ciceronis epistolarum comentarium consulatus petitionis explicit feliciter."

2. Ejusdem Orationes duæ, scilicet,

a. Pro M. Marcello. fol. 68.

b. Pro Q. Ligario. fol. 71.

211.

Chartaceus, in folio, ff. 122, sec. xv.; anno scilicet 1450 descriptus.

M. T. Ciceronis epistolarum ad Familiares libri sedecim.

In fine est gratiarum actio ad Deum per scribam, quæ desin. "et me tuis fac parere mandatis; 1450, die x Febr."

212.

Chartaceus, in folio, ff. 106, sec. xv.; binis columnis descriptus.

Præmittitur tabula contentorum, quæ sunt,

1. Notabilia ex Salomonis libris "ex Eusebio ab Hieronymo translata." fol. 2.

Incip. "Neque enim sic nova cudimus, ut vetera destruamus, etc."

In fine "Expliciunt notabilia Yhesu filii Sirach."

2. Sententiæ, vel Notabilia, ex variis tam profanis quam Christianis excerptæ. fol. 7 b.

Incip. 1. ex Sallustio, "Semper in civitate, in quibus opes nulle sunt."

Desin. ult., ex Isidoro, "qui cito placari proximo negligit."

3. Hieremiæ de Montagnone, judicis Patavini, Epitome Sapientiæ in partes quinque distincta, cum prooemio et capitulorum tabulis. fol. 15.

Tit. "Compendium moralium notabilium compositum per Jermiam judicem de Montagnone, civem Paduanum, præmissis infra scriptis prohemiis ad præsciendum sumariam intentionem tocius hujus operis."

Exstat impress., testibus Fabricio et Papadopoli, Venetiis, 1505.

In fine, "Compendium moralium compilatum per Jermiam de Montagnone."

Sequitur index titulorum alphabeticus, qui desin. "Expliciunt rubrice super Jeremia de Montagnone."

4. "Aliqua notanda, etc." ex auctoribus variis ecclesiasticis aliisque compilata. fol. 70.

Incip. 1. ex Cypriano, "Sicut fructus non invenitur in arbore."

5. Anonymi cujusdam "Sermo de elemosinis fiendis egenis ab ecclesia." fol. 74 b.

Incip. "Utrum inquis aggregandis fratribus aut pauperibus alendis expediat facultates ecclesiæ possideri."

6. M. T. Ciceronis de Amicitia dialogus, cum notulis marginalibus. fol. 76.

In fine, "1406, die 2 Martii completus."

7. Notabilia ex Petrarcha de vita solitaria. fol. 88.

Incip. "Ut enim immortalis est veritas."

8. "Notabilia traiediarum Senecæ aliqua colecta et pauca." fol. 89.

Incip. "Vetera sero querimur."

9. Aliqua notabilia "colecta de dictis magistri Gulielmi Concensis, (sive de Conchis) in libro de dogma (dogmatico) moralium philosophorum." fol. 91 b.

Incip. "Virtus est habitus mentis."

10. "Notabilia Policratis." fol. 95.

Incip. "Libro tertio. Quem stimuli affectuum pungunt disimulare."

11. M. T. Ciceronis Paradoxa. fol. 96.

Præmittitur, "1400 in die 18 Januarii."

12. L. A. Senecæ de libero arbitrio liber. fol. 100.

13. Notabilia ex Ciceronis libris de officiis et de senectute. fol. 101 b.

14. Notabilia ex Senecæ libris, De tranquillitate animi, De providentia, De brevitate vitæ et De consolatione fratris ad Paulinum. fol. 105.

213.

Codex chartaceus, in folio, ff. 143, duobus librariis descriptus, quoad partem priorem manu Jacobi Cardogna, Venet., anno 1460, quoad posteriorem, sec. xv. exeunte, duabus columnis scriptus.

1. M. T. Ciceronis Tusculanarum quæstionum libri quinque. fol. 1.

Præmittitur excerptum quoddam, ex libro de Divinatione secundo, de libris iisdem.

In fine, "Marci Tullii Ciceronis disputationum Tusculanarum liber a Jacobo Cardogna, Venetiis, transcriptus feliciter explicit anno natalis Domini 1460, die 17 mensis Decembris."

2. Liber de vita monastica cum prologo, et capitulorum tabula posthabita; *Italice*. fol. 99.

Incip. prol. "La divina bonta volendo premiar le anime di soy electi."

Tit. "De la disciplina overo de regulati costumi e perfectione de la monastica conversatione."

Incip. lib. "La poy che per lo peccato de li primi nostri parenti."

Desin. "dirano quello che seguita, secundo el nome tuo," etc.

214.

Chartaceus, in 4to majori, ff. 203, sec. xv.; binis columnis exaratus.

1. Justini librorum Trogi Pompeii xliv. historiarum epitome. fol. 1.

In fine, "Explicit compilatio Justini, qui fuit abreviator 44 librorum Trogi Pompei."

2. Catonis Uticensis vita ex Plutarcho Latine reddita per Leonardum Aretinum. fol. 73.

3. M. T. Ciceronis Somnium Scipionis. fol. 90.

4. Plutarchi "Vita M. Bruti conversa de Greco in Latinum per litteratissimum virum Jacobum de Scarparia, Arparia Florentine diocesis, anno Domini millesimo cccc. etc." fol. 23.

Exstat in edit. Paris. 1514, Guarino Veron. tributa, fol. ccxciii. b.

5. "Vita Marci Ciceronis traducta de Greco Plutarchi in Latinum per D. Jacobum Angeli de Scarparia." fol. 106.

Exstat ibid. Achilli Bochio tributa, fol. cccvi.

6. M. T. Ciceronis de claris oratoribus liber, qui dicitur Brutus. fol. 119.

7. Ejusdem Topica. fol. 144.

8. Ejusdem de partitione oratoria dialogus. fol. 151.

9. Anonymi cujusdam Physicorum liber, cum interpretationibus in Aristotelem, præcipue adversus G. Burlæum et Gaietanum directus. fol.

Incip. "Queritur utrum naturalis scientia sit sub alternata scientiæ divinæ vel metaphysicæ."

Desin. "immo ratione illius omnia rudibilia signat."

215.

Codex chartaceus, in 4to majori, ff. 41, sec. xv.

M. T. Ciceronis de officiis libri tres.

216.

Chartaceus, in folio, ff. 83, sec. xv.; olim peculium familiæ Caballetti, de Tarvisio.

M. T. Ciceronis Rhetoricorum ad Herennium libri quatuor.

In fine sunt stemma notitiæque aliæ de familia Caballetti, manu Vincentii Caballetti descriptæ anno Domini 1614 et ætat. suæ 67.

217.

Chartaceus, in folio, ff. 108, sec. xv.; olim cujusdam e familia de Tolosiniis.

M. T. Ciceronis Philippicarum orationum liber.

In fine, "Marci Tullii Ciceronis Philippicarum liber explicit."

218.

Membranaceus, in folio, ff. 120, sec. xv.; manu, ut videtur, Angeli Vadi anno 1451 nitide exaratus.

M. T. Ciceronis de oratore ad Quintum libri iii.

In fine, "Angeli Vadi, Novembris 15, 1451; Novigradi."

219.

Membranaceus, in folio, ff. 126, nitide exaratus.

1. M. T. Ciceronis Orationes Philippicæ. fol. 1.

In fine "τελος, explicit Philippica."

2. Ejusdem Orationes in Catilinam iv. ff. 96, 108.

3. "Gai Crispi Salustii in Ciceronem Oratio invectiva." fol. 103.

4. "Marci Tullii Ciceronis in G. Salustium Oratio invectiva." fol. 104 b.

220.

Codex membranaceus, in folio, ff. 123, sec. xv.

M. T. CICERONIS ad Familiares Epistolarum libri sedecim. fol. 1.

In fine adjecit manus recentior,

1. PLUTARCHI epistola ad Trajanum Imperatorem. fol. 123.

   Exstat in Fabric. Bibl. Græc. tom. iii. p. 365.

2. Excerptum breve ex PLINII panegyrico ejusdem Trajani. fol. 123.

221.

Membranaceus, in folio, ff. 78, sec. xiv.; optime exaratus et quoad litteras initiales illuminatus.

1. M. T. CICERONIS de Amicitia Dialogus glossis marginalibus interlinearibusque instructus. fol. 1.

   Incip. gloss. "Quintus; prænomen vel quia quinquies provectus est ad honorem."

   In fine, "Martii Tulii Ciceronis de perfecta et vera amicicia explicit; Deo gratias; Amen."

2. Ejusdem de officiis libri tres, glossis hic illic illustrati. fol. 18.

3. Scholasticorum Poetarum, Euphorbii, Juliani aliorumque decem epitaphia in Ciceronem. fol. 77.

   Exstant impress. inter epigramm. et poematt. Vett. Genev. 1619, p. 74.

222.

Chartaceus, in folio, ff. 83, sec. xv.; olim C. de Forteguerra, de Pittaco.

1. M. T. CICERONIS de officiis libri tres. fol. 1.

2. Ejusdem paradoxa, cum glossis. fol. 60.

   Incip. gloss. "Animadverti; 'Pascitur in vivis livor post fata quiescit.'"

3. Ejusdem Somnium Scipionis. fol. 68.

   In fine, "Explicit quod invenitur de republica Ciceronis."

4. FRANCISCI PHILELPHI, Florentini, Orationes quinque, scilicet,

   a. "De laudibus historiæ poeticæ philosophie, æque hasce complectitur eloquentiæ pro legendi initio, Florentiæ habita in publico auditorum doctorum civiumque consessu." Dat. Florent. viiii. kal. Nov. fol. 72.

      Incip. "Adverti et ipse quosdam."

   b. "In invidos quosdam detractores, Florentiæ habita in principio extraordinarie lectionis; Tulli de officiis, et Homeri Yliados et Juvenalis Satyri." Dat. Florent. xiiii. kal. Jan. 1429. fol. 79.

      Inc. "Et dictitare et vitio nobis."

   c. "Oratio habita in principio studii; M.CCCC.XXXV. kal. Decembris." fol. 80 b.

      Incip. "Magnam profecto nobis calamitatem."

   d. "Oratio habita in principio extraordinariæ lectionis Salustii de bello Jugurtino; Florentiæ xii. Kal. Martias, 1431." fol. 81 b.

      Incip. "Diogenes ille Sinopeus."

   e. "Oratio in principio publicæ lectionis, quam domi legere aggressus est, cum per invidos publice nequiret." Dat. Florent. x. Kal. Nov. 1431. fol. 82 b.

      Incip. "Consueveram annis superioribus."

   f. [Orationis habitæ in principio Ethicæ Aristotelis pars prior]. fol. 83.

      Incip. "Cum eggregiam et perillustrem."

      Prodierunt orationes Philelphi, Venetiis 1496.

223.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 177, sec. xv.; bene exaratus.

M. T. CICERONIS ad Familiares epistolarum libri sedecim.

In fine, "M. Tullius [*sic*] Ciceronis epistolarum familiarium liber ultimus explicit; Deo gratias."

Sequuntur epistolæ quinque aliæ, ad Cælium, Varronem et Cornificium.

224.

Membranaceus, in folio, ff. 81, anno 1438 manu Petri Cepionis, Traguriensis, exaratus.

1. M. T. CICERONIS Orationum liber Philippicarum; *Pauca desunt ab initio primæ ad verba* 'plenum iniquitatis.' fol. 1.

   In fine, "Petrus Cepio, Marci Cepionis filius, Dalmatinus ex Tragurio, absolvi scribere Philippicas M. Tullii Ciceronis mihi et cui fata dabunt. Tragurii nonis Decembris M.CCCC.XXXVIII. Summus Deus tibi, qui legis, quæ bene optas det."

2. Ejusdem Topicorum liber ad C. TREBATIUM. fol. 67.

   In fine, "Petrus Cepio, Marci Cepionis filius, Dalmata Tragurinus absolvit Tragurii sibi et cui fata dabunt. Lector, vale; M.CCCC.XXXVIII. idus Decembrias."

Sequitur Orationis in Catilinam primæ pars prior; desin. a verbis, "jussu consulis sustinebo," ed. Verburg. ii. p. 680, col. 2.

225.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 154, anno 1462 manu Antonii Ferrariensis exaratus; olim cujusdam e familia de Prioliis.

M. T. Ciceronis ad Familiares Epistolæ, libris sedecim.

In fine, "M. Tullii Ciceronis epistolarum liber sextus decimus et ultimus explicit feliciter per me Antonium, scilicet notarium et civem Ferrariensem, anno nativitatis Domini nostri Jesu Christi, m.cccc.lxii. indictione decima, die decimo septimo mensis Februarii; Laus Deo clementissimo."

226.

Membranaceus, in 4to, ff. 357, sec. xv.; olim—"donato dal Sig. Conte Pirro de Capitanis."

1. M. T. Ciceronis Orationes viginti septem, scilicet,
   1. Pro Sexto Roscio Amerino. fol. 1.
   2. Pro L. Murena. fol. 24. b.
   3. Pro M. Cælio. fol. 42.
   4. Pro T. Annio Milone. fol. 55.
   5. Pro Cn. Plancio. fol. 70 b.
   6. Pro P. Sylla. fol. 87 b.
   7. Pro P. Quintio. fol. 101 b.
   8. Pro L. Flacco. fol. 114 b.
   9. Pro "Cn. Pompeio," sive, pro lege Manilia. fol. 128 b.

      In fine, sunt notitiæ duæ de Tigrane a Pompeio subjecto ex Val. Maximo et S. Ruffo excerptæ.
   10. Oratio habita pridie quam proficisceretur in exilium. fol. 138 b.
   11. Post reditum suum in Senatu. fol. 142 b.
   12. Post reditum ad Quirites. fol. 149.
   13. De responsis haruspicum. fol. 153 b.
   14. De provinciis consularibus. fol. 165.
   15. Pro A. Cluentio. fol. 173.
   16. Pro M. Marcello. fol. 205.
   17. Pro Q. Ligario. fol. 210.
   18. Pro rege Deiotaro. fol. 215 b.
   19. Pro C. Rabirio Posthumo. fol. 222 b.
   20. Pro Q. Roscio Comœdo. fol. 235.

       Desunt pauca in fine.
   21. De lege Agraria contra Rullum. fol. 242.

       Desunt pauca ab initio.
   22. De eodem argumento. fol. 245 b.
   23. De jure pontificum contra Clodium. fol. 274.
   24. Pro L. Cornelio Balbo. fol. 298.
   25. In P. Vatinium. fol. 308 b.
   26. Pro Archia Poeta. fol. 313.
   27. Pro A. Cæcina. fol. 318.
2. "Orationis non Ciceronis sed ex Græco [Æschinis] in Latinum conversa [per Leonardum Aretinum] contra Ctesiphontem et Demosthenem," pars prior. fol. 333.
3. Ciceronis in L. Pisonem oratio. fol. 336 b.
4. C. C. Sallustii in Ciceronem oratio. fol. 353.
5. M. Ciceronis in Sallustium oratio. fol. 354 b.

227.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 116, sec. xv.

M. T. Ciceronis de finibus bonorum et malorum libri quinque; notulis hic illic marginalibus instructi.

228.

Membranaceus, in 4to, ff. 67, sec. xv.; olim Arsicci et amicorum.

1. M. T. Ciceronis Rhetoricorum ad Herennium libri quatuor. fol. 1.

   In fine, "Mar. Tullii Ciceronis ad Herennium liber vi. (*sic*) explicit."
2. [A. M. S. Boethii de differentiis topicis liber quartus.] fol. 57 b.

   In fine est catalogus codicum, inscript. "Inventario de libri di mi Sinolfo et primo de dorati."

229.

Membranaceus, in 4to, ff. 60, anno 1461 manu Antonii Farinæ Ferrariæ nitide exaratus.

M. T. Ciceronis de officiis libri tres.

In fine, "M. Tulii Ciceronis in phylosophya morali de offitiis liber explicit feliciter ad Q. filium, per me Antonium Farinam notarium, die tercio Junii m.cccc.lxi. Ferrariæ.

Excellunt cunctos hi libros phylosophorum
Libri, quos fecit tres Tullius officiorum.
Augustinus."

230.

Membranaceus, in 4to, ff. 49, sec. xv. ineuntis; olim ut videtur Jacholini de Mainentibus.

1. M. T. Ciceronis de amicitia dialogus. fol. 1.

Illustravit notulis dialogum præmisitque excerpta ex Aristotele et epistolam de amicitia ad Bartholomæum de Mainentibus, M. D. Ferrariensem, supra memoratus Jacholinus.

2. Ejusdem Orationes variæ, scilicet,
 a. Pro M. Marcello. fol. 13.
 b. Pro Q. Ligario. fol. 15 b.
 c. Pro rege Deiotaro. fol. 19.
 d. Sallustii invectiva cum responso. fol. 22 b.
 e. Orationes duæ priores in Catilinam. fol. 25.
 f. "De laudibus magni Pompeii," sive pro lege Manilia. fol. 31 b.

In fine, "Mores senum ex Aristotelis secundo Rhetoricorum," et "Poetica."

3. Ejusdem liber de Senectute. fol. 39.

4. Ejusdem Somnium Scipionis. fol. 47 b.

In fine, "Sompnium Scipionis excertum a vi°. libro de republica Ciceronis hic finit."

231.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 117, sec. xv.; olim cujusdam [de familia Ricciana?] qui portabat in scuto cyaneo porcellulos tres argenteos.

1. M. Ciceronis de officiis libri tres. fol. 1.

In fine versiculi isti,
"Excellunt cunctos hii libros philosophorum,
Libri quos fecit tres Tulius officiorum."

2. Ejusdem de senectute dialogus. fol. 69 b.

3. Ejusdem de amicitia dialogus. fol. 87 b.

4. Ejusdem Paradoxa, cum argumento. fol. 108.

Incip. arg. "Cato Bruti avunculus dum in senatu de magnitudine animi."

In fine, "Paradoxa explicit; Deo gratias."

232.

Membranaceus, in 4to, ff. 56, sec. xv. ineuntis; olim Bartholomæi Parutæ.

M. T. Ciceronis Rhetoricorum ad Herennium libri quatuor.

In fine descripsit manus recentior epistolam, quam "miserat magister seu phisicus domino Marchioni de Moravia," peste in Moravia vigente.

Incip. "Gratiose Domine; Ego percepi quod heu! communis pestis."

Sequitur "Modus vivendi tempore epidimie."

Incip. "Primo minus bibatur."

233.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 205, sec. xv.; anno scilicet 1448 exaratus.

M. Tullii Ciceronis Invectivarum in Verrem libri quinque, cum divinatione in Quintum Cæcilium præmissa.

In fine, "M. Tulii Ciceronis Invectivarum liber in C. Verrem explicit die Jovis xvi. Octobris, m.cccc.xlviii."

234.

Membranaceus, in 4to, ff. 67, sec. xv.

M. T. Ciceronis Rhetoricorum ad Herennium libri quatuor, notulis marginalibus instructi.

In fine est Tetrastichon, quod inscribitur, "H. B. Carmen."

Incip.
"Tracius Euridicem vates Styge duxit ab yma."

235.

Membranaceus, in 4to, ff. 90, sec. xv., bene exaratus; in fine mutilus.

M. T. Ciceronis Tusculanarum disputationum libri quinque.

Desin. a verbis prope ad finem lib. v. "eadem Stoicis commoda—"

236.

Membranaceus, in 4to, ff. 282, sec. xv.; olim J. M[alipieri], cujus insignia gentilitia præmittuntur.

M. T. Ciceronis ad Familiares epistolarum libri sedecim.

237.

Membranaceus, in 4to, 162, sec. xv.

M. T. Ciceronis opuscula, scilicet,

1. De officiis libri tres. fol. 1.
2. De senectute liber. fol. 108.
3. De amicitia liber. fol. 134.

238.

Chartaceus, in 4to, ff. 119, sec. xv.; olim Augustini Caprini.

M. T. Ciceronis Tusculanarum Disputationum libri quinque.

Præmittuntur, manu recentiori,

a. Tetrastichon, incip.
" Despicit hic mortem primus perfertque dolorem."

b. " Sonetum egregii Sumarippæ Veronensis del modo serva lo inclyto dominio Veneto in eligendo el serenissimo Principe ;" *Ital.* fol. 2.

Incip.
" El gran senato Trenta Senatori."

In fine, *τοῦτο τὸ βιβλίον ἐστὶ τοῦ Αὐγουστίνου τοῦ Καπρίνου, Βενέδικτος Βεργέριος, ἀνὴρ καλὸς καὶ ἀγαθὸς καὶ πλούσιος ἅλις, Ἱερώνυμος Φραγασθόρλιος, Μηχαὴλ Ἀβάνκιος, ὁ τῶν πάντων φίλος τῶν φίλων.*

239.

Codex chartaceus, in 4to, ff. 119, sec. xv.

1. M. T. Ciceronis Officiorum libri tres, cum notulis. fol. 1.

In fine versiculi incip. " Excellunt multos."

2. Ejusdem de Amicitia dialogus. fol. 96.

In fine, " M. T. C. Arpinatis de amicitia liber explicit."

Postea uniuscujusque fere litteræ alphabeti interpretatio, quæ incip. " A. interpretatur principium."

240.

Chartaceus, in 4to, ff. 96, anno 1453, manu Joannis Bapt. Mureti, exaratus ; madore corruptus.

M. T. Ciceronis ad Herennium Rhetoricorum libri quatuor; initio manci.

In fine, " Die martis xvi. kalendas Augusti m°.cccc°liii°. Diis faventibus necnon terrarum orbis [Maria] Virgine imperatrice intercedente hos rethoricorum libros quaternos explevi Patavi, cum milesimo antedicto, Ego Joannes Baptista Muretus disciplinis literarum operam darem summo cum laboris studio in domo Ma : Ba : Laus summo trinoque Deo."

241.

Membranaceus, in 4to minori, ff. 34, sec. xv.; in fine mancus.

M. T. Ciceronis de officiis libri duo priores.

Deficiunt a verbis, in lib. ii. cap. 22, edit. Verburg. " Inimicus est cui data est etiam" tom. iv. p. 1305, col. 1.

242.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 80, sec. xv. ; nitide exaratus.

M. T. Ciceronis ad Herennium Rhetoricorum libri quatuor.

In calce, " Finis hujus operis."

243.

Chartaceus, in 4to, ff. 55, sec. xv. ; olim Canonicorum regularium in monasterio quadraginta martyrum prope Tarvisium.

M. T. Ciceronis ad Curionem, Dolabellam, Brutum, aliosque epistolæ circiter octoginta ; in fine mutil.

244.

Membranaceus, in 4to, ff. 205, sec. xv. ; initio et fine mutilus.

M. T. Ciceronis ad Familiares epistolarum libri sedecim, cum notulis marginalibus.

In fine Bruti epistolæ duæ ad Atticum et ad Ciceronem quæ ultima deficit a verbis, " præstat istuc."

Desiderantur quoque ab initio folia sex.

245.

Membranaceus, in 8vo, ff. 66, sec. xv. ; olim Petri Sacrati.

M. T. Ciceronis opuscula tria, a manu recentiori sic descripta, " Hoc in volumine tria opera M. T. C. Arpinatis continentur, Cato scilicet Major, vel de Senectute opus ; Lælius seu de Amicicia codex ; Brutus, seu Paradoxa, id est præter vel contra omnium opinionem a *παρὸς* præter, et *δόξα*, opinio ; Stoici autem Catonis docta incredibilia in eis declarantur per Ciceronem, Oratorum decus princepsque dignissimus."

In fine codicis, " Benedictus sit Jesus salvator meus."

246.

Membranaceus, in 4to, ff. 120, sec. xv.

Antonii Lusci Vicentini Explanatio, sive inquisitio artis in Ciceronis Orationes decem, cum procemio ad Astolfinum de Marinonibus præmisso.

Incip. procem. " Magna res est eloquentia, frater insignis."

Exstat explanatio impress. inter enarrat. in Ciceronis Orationes, Ludg. 1554, tom. ii. *ad locc.*

In fine est index orationum sequens, "Pro lege Manilia, Pro T. Milone, Pro Cn. Plancio, Pro P. Sylla, Pro A. Licinio Archia, Pro M. Marcello, Pro Q. Ligario, Pro rege Deiotaro, Pro A. Cluentio, Pro P. Quintio."

Adfixit tegmini bibliopegus fragmentum codicis juridicialis, binis columnis exarati, in quo tractatur de Testamentis.

247.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 143, sec. xv.

M. T. CICERONIS de Oratore ad Quintum Fratrem libri tres, cum notulis hic illic margini adjectis.

248.

Membranaceus, in 4to, ff. 40, sec. xv.; olim Augustini de Caprino Veronensis.

1. M. T. CICERONIS de Senectute et de Amicitia dialogi fol. 1.

   In fine "Johannes Petri die octavo Maii 1464."

   Postea,

   "Sed fugit interea fugit irreparabile tempus;
   Singula dum capti circumvectamur amore;
   Lento enim gradu ad vindictam sui divina procedit ira, tarditatemque supplicii gravitate compensat; secundum Valerium."

2. Ejusdem Paradoxa. fol. 32.

   In fine, "Explicit liber Paradoxorum M. T. C. ad M. Brutum feliciter."

249.

Membranaceus, in 4to, ff. 77, sec. xv.; bene exaratus.

M. T. CICERONIS ad Herennium Rhetoricorum libri quatuor.

250.

Membranaceus, in 4to, ff. 62, sec. xv.

M. T. CICERONIS de Officiis libri tres, notulis hic illic instructi.

In fine,

"Excedunt libros cunctorum Philosophorum
Isti quos fecit Tullius officii."

Sequuntur tabulæ duæ Virtutis divisionem ostendentes secundum Tullium et Macrobium.

251.

Codex chartaceus, in 4to, ff. 45, sec. xv.

POMPONII MELÆ Liber Cosmographiæ.

252.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 105, sec. xiv.; binis columnis bene exaratus, et quoad litteras initiales capitibus humanis ornatus.

1. M. T. CICERONIS de officiis libri tres. fol. 1.

   In calce, "Facto fine pia . laudetur virgo Maria."

2. [Fragmentum commentarii, ut videtur, in librum de Oratore secundum, de virtute]. fol. 65.

   Incip. a verbis, "principes domi magnas res et salutares."

3. Ejusdem CICERONIS de Oratore liber primus et secundi capp. L. priora. fol. 66.

   Desin. cum verbis, "debitam fuisse defendentes," (*sic*) in edit. Verburg. i. p. 145, col. 1.

   Sequitur tabula Ciceronis opera, "quæ incip. "Opera Tullii sunt ista; De republica libri vi."

253.

Membranaceus, in folio majori, ff. 217, sec. xv. exeuntis.

M. T. CICERONIS Orationes viginti duæ, quæ sequuntur;

1. Pro se gratias agens de reditu suo. fol. 2.
2. Pro se gratias agens populo de restitutione sua. fol. 8.
3. Pro A. L. Archia poeta. fol. 12.

   Inscripta est falso verbis iisdem ac præcedens oratio.

4. Pro M. Marcello. fol. 16 b.
5. Pro rege Deiotaro. fol. 20 b.
6. Pro Q. Ligario. fol. 26.
7. Pro T. A. Milone. fol. 30 b.
8. Pro P. Quintio. fol. 44.
9. Pro L. Flacco. fol. 55 b.
10. Pro Sexto Roscio. fol. 69.
11. Pro L. Murena. fol. 88.
12. In Vatinium Testem. fol. 102 b.
13. Pro A. Cluentio. fol. 108 b.

14. Pro domo sua ad Pontifices. fol. 137 b.
15. Pro P. Sextio. fol. 158.
16. Pro lege Manilia. fol. 169 b.
17. Pro M. Cœlio. fol. 179.
18. De provinciis Consularibus. fol. 190 b.
19. In Catilinam Invectivæ quatuor. fol. 197 b.

Sequitur Sallustii in Ciceronem invectivæ pars prior.

In initio et fine sunt formulæ quædam juridiciales per Johannem LL.D. Anconitanum.

254.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 138, anno 1460 manu Jacobi Naplaues exaratus.

M. T. Ciceronis Orationes viginti duæ, scilicet,

1. Divinatio, actio prima et actionis secundæ libri tres in Verrem. fol. 1.

   Desinit cum verbis, lib. iii. cap. xviii., "illius provinciæ necessarios."

2. In Catilinam invectivæ quatuor. fol. 61.

   In fine, "Nonis Juliis M.CCCC.LVIII. Sibenici Jacobus Naplaue scripsit."

3. Sallustii in Ciceronem invectiva cum Ciceronis responso. fol. 77 b.
4. Ciceronis Orationes Philippicæ quatuordecim, cum notulis de genere, etc. orationis uniuscujusque. fol. 81.

   In fine, "Jacobus Naplaue scripsit, sibi et cui fata dabunt, Sibenici pridie kal. Martias anno D.M.CCCC.LX."

255.

Membranaceus, in folio majori, ff. 116, sec. xv.; initio mancus.

M. T. Ciceronis Orationes sedecim, scilicet,

1. Ad Quirites post reditum; [fragmentum]. fol. 1.
2. Post reditum in Senatu. fol. 1.
3. De petitione consulatus. fol. 6 b.

   Falso inscript. "pridie quam iret in exilium."

4. Oratio habita pridie quam iret in exilium. fol. 11.
5. Pro semet ipso ad Pontifices. fol. 14.
6. In Vatinium Testem. fol. 29 b.
7. Pro M. Marcello. fol. 33 b.
8. Pro S. Roscio. fol. 41 b.
9. Pro L. Murena. fol. 54 b.
10. Pro L. Cornelio Balbo. fol. 66.
11. "Pro defendendo causam publicanorum," sive, De Haruspicum responsis. fol. 73.
12. De provinciis consularibus. fol. 81.
13. In P. Sextium. fol. 86 b.
14. In Lucium Pisonem. fol. 101 b.
15. Pro C. Rabirio Postumo. fol. 107 b.

    Desunt pauca prope ad finem.

16. [Pro A. Cæcina.] fol. 112.

    Huic desunt prooemium, narratio et pars aliqua confirmationis.

    In calce, "Laus Deo; Expliciunt orationes M. T. Ciceronis."

256.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 43, sec. xiv.; binis columnis exaratus.

Pauli Orosii, Hispani, Historiarum adversus Paganos libri septem.

In fine, "Explicit liber septimus et ultimus, Deo adjuvante, Orosii, ex quo laus sit Deo Patri et Filio Spirituique paraclito per infinita secula; Amen."

Deinde "Orosius juris eruditissimus collaudatur et commendatur et admittitur allegandus intra divinam scripturam, quia valde necessaria adversus paganorum calumnias ordinavit miraque brevitate contexuit, ut habetur prima Di. xv. c. Sancta Romana."

257.

Membranaceus, in folio majori, ff. 38, anno 1383 duabus columnis exaratus, quoad folia duo priora imaginibus pictis notatu dignis illustratus.

1. De Macrobio notitia brevis. fol. 1.

   Consentit cum ista impress. in Bandin. catal. tom. ii. col. 536.

2. "Somnium Publii Scipionis Africani Junioris, excerptum ex sexto libro de republica Marci Tulii Ciceronis, super quod Ambrosius Macrobius fuit commentatus;" cum glossis marginalibus. fol. 2.
3. Macrobii Ambrosii Theodosii super somnio Scipionis commentariorum libri duo; glossis marginalibus instructi. fol. 3 b.

In fine, "Explicit comentum Macrobii Ambrosii Theodosii, viri consularis, et illustris super sompnio Scipionis in alma urbe scriptum anno Domini 1383."

258.

Codex membranaceus, in 4to majori, ff. 152, sec. xv.

Aurelii Macrobii Saturnaliorum libri septem.

Præfigitur a manu recentiori notitia ista, "In hoc differt ab editis, quod in ipsis opus dividitur in septem libros; Hic in quarto comprehenduntur tres, scilicet, iv. v. et vi. liber."

In fine, "Questo libro mi costo G. 16— ma l'abbi dal Santo Lodovicho Talia che lo vende per di somo di soldo che mi giari costardi G. 31 di prima compra."

259.

Membranaceus, in folio, ff. 119, sec. xiv.; binis columnis bene exaratus.

1. Valerii Maximi factorum et dictorum memorabilium libri novem, cum libri decimi epitome per Julium Paridem. fol. 1.

Præmittitur libro x. "Decimus hujus operis liber, qui et ultimus dicitur, vel negligentia vel malivolentia librariorum deperiit; abbreviator vero titulos ejus habebat integre; fartassis tamen de uno tantum, hoc est de prenomine, epythoma representabat."

2. Epistola Valerii ad Ruffinum, ne ducat uxorem; "dicunt tamen aliqui, quod beatus Jeronimus hanc fecit epistolam." fol. 116.

Exstat inter Hieronymi opera supposit. tom. v. col. 337.

260.

Membranaceus, in folio, ff. 134, sec. xiv. exeuntis.

1. Valerii Maximi factorum et dictorum memorabilium libri novem, cum tabula capitulorum præmissa. fol. 3.
2. Festi, vel Sexti Rufi, abbreviationis Romanæ Historiæ liber. fol. 123 b.
3. Valerii, sive Valeriani, epistola ad Rufinum de uxore non ducenda. fol. 127 b.

Exstat inter Hieronymi opp. supposit. tom. v. col. 337.

In fine, "Expliciunt dissuasiones Valerii ad Rufum, ne ducat uxorem, vel secundum quosdam epistola beati Jeronimi ad eundem."

4. Sententiæ plures morales, ex Seneca, Augustino, Cicerone, Terentio, aliisque collectæ. fol. 130 b.

Incip. "Miserum est timere cum speres nihil."

5. Epistola consolatoria ad anonymum quendam de genitore ejus, eodemque scriptoris avo materno, desiderato. fol. 132.

Incip. "Ansie quidem et eo dolore, qui filium deceret."

Præfiguntur excerpta quædam pauca ex Altobelli Averoldi, ep. Polensis, diario per ann. 1516—1523, sub titulo, "Copia di quanto ho trovato scritti di pugno del Vescovo Altobello Averoldo sulle prime pagine d' un Antico Valerio Massimo, manuscritto di raggione del S. Co. Ignazio Zanardis a me da esso dona terni?" *Ital.* et *Lat.*

261.

Codex chartaceus, in folio, ff. 140, anno 1479 manu Tadei Solacii, Brixiensis, nitide descriptus.

Valerii Maximi dictorum factorumque memorabilium libri novem.

In fine, "Valerii Maximi historici celeberrimi, dictorumque factorumque memorabilium tam exterrarum gentium quam Romanorum ad Tiberium Cæsarem opus foeliciter expletum est per me Tadeum Solacium iiii. idus Augusti, Johanne Mauro, Prætore, ac Francisco Dedo, Brixiæ præfecto: 1479."

262.

Chartaceus, in folio, ff. 199, ex duobus codicibus confectus, quorum prior anno 1384, alter columnis binis sec. xv. exaratus fuit; prior quoque antiquitus peculium erat Petri Delphini ex dono Joh. Gradonici.

1. Valerii Maximi dictorum factorumque libri novem, cum glossis marginalibus. fol. 1.

In fine, "Valerii Maximi dictorum et factorum memorabilium personarum liber nonus explicit, scriptus 1384. Sit nomen Domini benedictum ex hoc nunc et usque in seculum."

Postea, "Liber hic datus est mihi Petro Delphino, Georgii filio, a Johanne Gradonico, condam domini Johannis militis et patris mei cognato."

Sequuntur libri decimi epitome et librorum omnium rubricæ.

In fine, "Expliciunt rubrice et totus liber Valerii—seculum; et circa agios iskirros athanatos."

2. C. C. SALLUSTII Bellum Jugurthinum [per Bartholomæum Granchium] Italice redditum, cum proœmio. fol. 154.

Tit. "Qui comincia il proemio di Salustio Guigurtino, nel quale intende di dimonstrare come per via di studio saquista gloria et honore, et come principalmente e utile lo studio delle veraci storie."

Incip. "A torto si lamentano gli uomini della loro natura."

Desin. "della citta tutta in lui fu posta."

In fine, "Qui finito Salustio Guigurtino, Amen, Amen, Amen."

Sequitur Catonis comparatio cum Cæsare ex Sallustii Bell. Catil.; *Italice*.

Cf. Bandin. catal. tom. v. col. 254.

263.

Codex chartaceus, in folio, ff. 165, sec. xv.; lucide scriptus.

VALERII MAXIMI dictorum factorumque memorabilium libri novem.

Desiderantur nonnulla, pauca tamen, in fine, qui desin. cum verbis, "obtulit attribui: atque ideo plerumque et ex" prope ad initium cap. xv. de similitudine formæ.

264.

Chartaceus, in 4to, ff. 318, sec. xvi.; duobus exaratus librariis.

Historiæ Miscellæ libri xxvi. ex EUTROPIO, PAULO DIACONO aliisque confecti.

Consentiunt quoad initium et finem, cum libris xxiv. impress. in Muratori Rerum Italicarum Scriptt. tom. I. pp. 1—178.

In fine, "Explicit liber xxvi. Historie Romane feliciter, Amen."

265.

Membranaceus, in folio, ff. 164, anno 1454 manu Gerardi de Campis nitide exaratus.

1. C. CÆSARIS de bello Gallico libri octo, quorum postremus est sub nomine A. Hirtii Pansæ, cum epistola nuncupatoria ad Balbum. fol. 1.

2. Ejusdem, sub nomine HIRTII, de bello civili commentariorum libri tres. fol. 73 b.

3. Ejusdem HIRTII de bello Alexandrino liber. fol. 120 b.

Titulus est, "Hirtii v. cl. de bello Pharnacis liber duodecimus fœliciter explicit."

4. Ejusdem de bello Africano liber. fol. 136.

5. Ejusdem de bello Hispanico liber. fol. 155.

In fine, "Finitum est opus anno Domini 1454, die vero quarto decimo mensis Julii per manus Gerardi de Campis."

266.

Codex membranaceus, in folio, ff. 240, sec. xv.; optime exaratus.

1. JULII CÆSARIS de bello Gallico libri octo, quorum ultimus est sub nomine H. Pansæ, cum proœmio ad Balbum. fol. 1.

2. Ejusdem de bello civili commentariorum libri tres. fol. 114 b.

Tit. "Commentariorum C. Julii Cæsaris de bello civili Pompeiano liber primus incipit; Julius Celsus Constantinus, v. c. emendavit."

3. "A. HIRCII de bello Allexandrino liber; Julius Celsus Constantinus emendavit." fol. 184.

4. "Commentariorum A. Hircii de bello Africano liber; Julius Celsus Constantinus emendavit. fol. 205 b.

5. "Commentariorum A. Hircii de bello Hispanensi liber; Julius Celsus Constantinus, v. c. emendavit." fol. 231.

267.

Membranaceus, in folio, ff. 55, sec. xv., optime exaratus; ab Antonio Gallo, Genuensi, magnifico Johanni bene merenti dono datus; postea Antonii Marini.

DICTYS Cretensis de bello Trojano libri quinque per Septimium traducti, ad Q. Aradium Rufinum dicati, cum præfatione.

Consent. cum edit. Amstel. 1702.

In fine, *manu prima*, "Antonius Gallus Genuensis, Magnifico Johanni—benemerenti dono dedit; *man. sec.* Galus Genuensis."

Sequitur, manu longe recentiori, notitia de Ant. Gallo et ejus scriptis; *Ital.*

268.

Chartaceus in folio, ff. 9, sec. xv.

FLAVII VEGETII de re militari epitome.

269.

Chartaceus, in folio, ff. 170, sec. xv.; olim cujusdam e familia de Boldu.

Vitæ diversorum principum et Tyrannorum a divo Hadriano usque ad Numerianum a diversis scriptoribus compositæ.

In fine, "Expliciunt gesta diversorum principum Cæsarum et Tyrannorum, qui Romanam rempublicam tenuerunt vel fortiter invaserunt ab Adriano usque ad Numerianum."

Nomina, ut exstant quoque in editt. impress. sunt, Spartianus, Julius Capitolinus, Ælius Lampridius, Vulcatius Gallicanus, Trevellius Pollio, et Flavius Vopiscus.

270.

Codex chartaceus, in folio, ff. 249, sec. xv.

PLUTARCHI vitæ plures a diversis Latine redditæ, scilicet,

1. Alexandri Magni per GUARINUM Veronensem. fol. 1.

   Exstat. impress. inter Plutarchi vitas, edit. Paris. in Chalcograph. Ascensian. fol. CCXLIV.

2. Cæsaris, eodem interprete. fol. 38 b.

   Exstat ibid. fol. cclvii.

3. Vitæ Cimonis et Luculli, cum comparatione, prævia epistola LEONARDI JUSTINIANI, interpretis, ad Henricum Longimanum Principem. fol. 69 b.

   Exstant vitæ, ibid. fol. cxcii. *seqq.*

   Prodiit præfationis pars prior in Bandin. Catal. tom. ii. col. 720.

4. Phocionis vita, GUARINO Veronensi interprete, cum ejusdem GUARINI, epistola ad Fr. Barbarum prævia. fol. 118 b.

   Incip. epist. "Manuel Chrisoloras suavissimus præceptor noster."

   Incip. vita, "Demades orator cum ad Macedonium."

   Cf. cod. supr. clxxiii. fol. 89.

5. Catonis Uticensis, LEONARDO Aretino interprete. fol. 137 b

   In edit. cit. Lapo Florent. tributa. fol. cclxxv. b.

6. M. T. Ciceronis, vita, sive Cicero Novus, ab eodem LEONARDO confecta, cum præfatione ad Nicolaum Niccolum. fol. 171 b.

   Incip. præf. "Otioso mihi nuper ac lectitare."

   Cf. Bandin. tom. ii. fol. 541.

7. Demosthenis, eodem interprete. fol. 196.

   Exstat ibid. fol. ccciii. b.

8. Aristides et Catonis vitæ cum comparatione, FR. BARBARO interprete, cum ejusdem FRANCISCI epistola ad Zachariam Barbarum prævia. fol. 207.

   Exstant vitæ in edit. cit. cxiii. *seqq.*

   Quoad præfat. cf. Bandin. cat. tom. ii. col. 735.

271.

Codex chartaceus, in folio, ff. 304, sec. xv.; binis columnis exaratus.

1. GUIDONIS de COLUMNIS Historia de Trojæ excidio libris xxxv. comprehensa, cum prologo. fol. 1.

   In fine, "Factum est autem præsens opus anno dominice incarnationis millesimo cc°.LXXXVII°. ejusdem prime indictionis, etc."

2. "Historia Alexandri Magni." fol. 102 b.

   Incip. "Alexander Magnus Philippi, ut putabatur, et olim Piardis filius, rex Macedonum."

   Desin. "non virtute hostili sed insidiis suorum et fraude civili."

   Cf. Bandin. catal. tom. iii. col. 396.

3. "Epistola Alexandri ad Dyndimum, regem Bragmannorum." fol. 125 b.

   Exstat in calce Palladii de Bragmanibus, ed. Bissæo, p. 85.

4. Epistola Dindymi ad Alexandrum. fol. 126.

   Exstat ibid. p. 87.

5. De Amazonibus. fol. 128 b.

   Incip. "Amazonia est regio partim in Asya partim in Europa."

6. "Hystoria de Asenech (Asenath) et Joseph filii Jacob." fol. 129.

   Incip. "Joseph xxx annorum erat, quando stetit coram Pharaone."

7. "De VII. mirabilibus mundi." fol. 131.

   Exstat impress. inter Bedæ opera, tom. i. col. 100.

8. Historia de educatione Alexandri. fol. 131 b.

   Incip. "Notandum, quod Philippus rex Macedonum dedit filium suum Alexandrum Aristoteli pro discipulo."

   In fine, "Explicit hystoria Alexandri Magni."

9. [Andronici?] Imperatoris CPolitani epistola ad "Rudbertum, Flandrensium Comitem, de Christianorum Græcorum passionibus et auxilium petentis contra Turcos." fol. 134 b.

   Tit. "Passagium Christianorum."

   Incip. "Notificare prudencie vestre volo, quantum sanctissimum imperium Christianorum Grecorum angustatur."

Manus recentior epistolam inscripsit, "Passagium Godefridi."

10. Rudberti, sive Roberti, monachi Remensis, Historiæ Hierosolymitanæ libri novem, cum præfatione apologetica et prologo. fol. 138 b.

Exstant impress. inter Gesta Dei per Francos, Hanov. 1611, tom. i. p. 30.

Subjicitur epistola patriarchæ Hierosol. quæ incip. "Quomodo ecclesie incremento vos gaudere non ignoramus."

11. Compendium Aristotelis Rhetoricorum, cum epistola ad Alexandrum præmissa. fol. 185 b.

Incip. epist. "Misisti mihi scribendo, quod sepe sustinuisti."

Inc. compend. "Tria sunt genera civilium sermonum."

12. Compendium Politicorum ejusdem. fol. 192 b.

Incip. "Omnis civitas est quedam communitas civium."

13. Secretum Secretorum, sive de regimine Principum liber ad Alexandrum. fol. 198 b.

14. "De modo bellicandi, sive ars bellica" ex Aristotele. fol. 215 b.

Incip. "Nota secundum Aristotelem in librum Ethicorum et hic in libro Politicorum, quia fundamenta bellorum."

15. "Qualiter et ex quibus salventur et durentur tiranni," ex eodem. fol. 216 b.

Incip. "Secundum Philosophum in v. Politicorum tyrannus est malus."

16. "Translacio nova Ethice Aristotelis ab Hermanno Theutonico ex Arabico. fol. 218.

Incip. "Omnis ars et omnis incessus et omnis sollicitudo."

In fine, "Explicit summa prima Nykomachie Aristotelis, que se habet per modum theorice et restat secunda pars, que se habet per modum practice et est in libro Politicorum Aristotelis, et expleta est ejus translacio ab Hermanno Theutonico ex Arabico in Latinum ex summa Alexandrinorum, anno gratie M.CC°.XLIIII. et VIII. die Aprilis, etc."

17. Aristotelis liber de bona Fortuna. fol. 245.

Incip. "Quoniam autem morali philosopho de felicitate."

18. Ejusdem de arte consilii, sive, "De consilio pacis et bellorum." fol. 248.

Incip. "Quesivisti a me eo quod consilium est rationis opus."

19. Ejusdem ad Alexandrum "Summa consilii" de sanitate servanda. fol. 249 b.

Incip. "Confirmet te Deus ad tuam salutem."

20. "Summa sententiæ libri Tulii de officiis, ex quibus præcepta et regule vite civilis et rei publice gubernande." fol. 251.

Incip. "Officium est congruus actus uniuscujusque persone."

21. Vita S. Hieronymi, scilicet,

a. "Epistola Eusebii ad Damasum Episcopum et Theodosium Romanorum Senatorem de morte sui magistri gloriosissimi Sancti Jeronimi." fol. 255.

Exstat inter opera Hieronymi, ed. Benedict. tom. v. col. 449.

b. Epistola Augustini ad Cyrillum "de non tacendo laudes Jeromini." fol. 278.

Ibid. tom. v. col. 477.

c. Cyrilli ad Augustinum epistola de Hieronymi miraculis. fol. 282.

Ibid. tom. v. col. 483.

d. "De quibusdam miraculis vel mirabilibus factis noviter in Apulya, et primo, quid in Troya civitate." fol. 301 b.

Incip. "Sciendum est, quod moderno tempore in Apulia, provincia Capitana."

Cf. Acta SS. mens. Septemb. tom. viii. p. 657.

In fine, "Explicit libellus de vita et obitu Sancti Jeronimi doctoris egregii et miraculis ejusdem."

272.

Codex membranaceus, in folio, ff. 96, sec. xiv. exeuntis, binis columnis exaratus; olim Dominici Grimani, Cardinalis S. Marci.

1. Hippocratis Coi Aphorismorum Particulæ septem cum interpretatione uberrima, anonymo interprete. fol. 1.

Incip. "Vita brevis, ars vero longa, tempus acutum, experimentum vero falax, etc.; Quoniam quidem hic sermo sive unius affectus sive duo."

Desin. comment. "causam hanc aut non omnino aut vix deglutiunt."

In fine, "Explicit commentum afforismorum secundum translacionem novam de Greco in Latinum; Trinitati gratias infinitas, Amen. Amen. Amen."

Sequitur decastichon de eo, quod in unaquaque parte docetur, quod incip. "Quæ naturalis purgacio sive dieta."

2. [Joannis Damasceni Aphorismi cum prologo, et commentariis]. fol. 53.

Incip. prol. "Liberet te Deus, fili amantissime, a devio erroris."

Incip. comment. "Johannes Damascenus tradens quosdam canones medicine."

Exstant aphorism., teste Bandinio, cum aliis opusc. med. Venet. 1508, p. 38.

3. De purgantibus, secundum DIOSCORIDEM. fol. 55.

Incip. "Elleborus? albus purgat fla... cerebri."

4. De ponderibus et mensuris medicis. fol. 55 b.

Incip. "Pondera vel mensure, que in arte medica recipiuntur."

In fine, "Expliciunt pondera et mensure secundum Alse [Almansorem?] gratias Deo."

5. HIPPOCRATIS Prognostica cum [GALENI] commentis, [Nicolao Leoniceno interprete] ex antiqua versione. fol. 57.

Incip. "Videtur mihi, quod de melioribus rebus est, ut medicus."

Exstant impress. Venet. 1523, fol. 141.

Incip. comment. "Manifestum est, quod non utitur Y. hac dictione."

Desin. "et in quibusdam eorum in die lx°."

In fine, "Expliciunt commenta pronosticorum Ypocratis; Trinitati gratias."

6. GALENI Artis parvæ, sive Microtechni, libri tres, ex antiqua versione. fol. 81.

Desin. a lib. iii. cap. ccxiiii. in edit. Venet. fol. 153.

In fine, "Explicit Tengni Galieni, Trinitati gratias."

Cf. Bandin. tom. iii. col. 46, ubi dicitur esse commentum Jacobi Foroliviensis, in Galeni artem parvam.

7. HIPPOCRATIS Prognosticorum libri tres ex antiqua versione. fol. 91.

Consentiunt fere cum edit. cit. fol. 141.

In fine, "Explicit pronosticorum liber, trino et uni gratias."

8. Ejusdem Regiminis acutorum malorum libri tres priores. fol. 93.

Exstant ibid. part. ii. fol. i.

In fine, "Explicit liber Regiminis Acutorum Ypocratis."

273.

Codex membranaceus, in folio, ff. 69, sec. xv. ineuntis; olim Stephani Biancii Bononiensis.

1. ANITII M. BOETHII de musica libri quinque, figuris instructi. fol. 1.

2. Notitia de terræ ambitu et diametro "juxta Erastonem." fol. 62 b.

3. Anonymi cujusdam de Musica fragmentum. fol. 63.

Incip. "Ex omni innumera varietate numerorum pauci."

Desin. "dissimiles sibi imparem sciantur dissimilitudinem."

4. Hymni in honorem S. Augustini. fol. 66.

Incip. "Celestem Regem veneremur in omnibus, quem trinum et unum credimus frequentemus laudibus, qui Augustinum decoravit virtutibus."

274.

Codex membranaceus, in folio, ff. 115, sec. xv.: manu Jacobi Curli, mandante Alfonso [V.] rege Aragoniæ et utriusque Siciliæ, bene exaratus. In fronte codicis est imago regis armati equitantis picta, cum insignibus regiis subjectis.

FLAVII VEGETII RENATI, "comitis Etolii, epythoma institutionum rei militaris," sive de disciplina militari libri quinque, cum proœmio et capitulis unicuique libro præmissis.

In calce, "Flavii Vegetii viri illustris comitis Atilii epythoma de institutis rei militaris libri quinque expliciunt feliciter, de commentariis Augusti, Trajani, Adriani, Catonis, Cornelii Celsi, Fortiniani, Frontini Paterni, et aliorum abstracti."

Sequitur, "Jacobus Curlus, mandato serenissimi regis Alfonsi Aragonum et utriusque Siciliæ triumphantissimi, transcripsit Neapoli XII. kal. Augusti."

275.

Chartaceus, in folio, ff. 148, sec. xv.

JULII FIRMICI MATERNI Junioris, Siculi, Matheseos libri octo, cum tabula contentorum præmissa.

Consentiunt, quoad initium et finem, cum edit. Ald. 1499.

276.

Membranaceus, in folio, ff. 70, sec. xiv. ineuntis; binis columnis exaratus.

VALERII MAXIMI de factis dictisque memorabilibus libri novem cum proœmio, notulis marginalibus interlinearibusque instructi.

In fine, "Explicit liber Valerii Maximi; Deo gratias Amen."

Sequitur "De similitudine formæ cap. xv." lib. ix.

In fine codicis,
"O dives dives . non omni tempore vives,
O Deus in quantis . animus versatur amantis."

277.

Codex membranaceus, in folio, ff. 33, sec. xv., nitide exaratus; olim Caroli Stroctii.

1. Johannis Argyropyli ad Petrum Medicem epistola dedicatoria. fol. 1.

Incip. "Institui, nobilissime atque doctissime Petre, nonnullos Aristotelis libros elegantius in Latinam linguam traducere, nam id quidem et Aristoteli ipsi, si quis est ei sensus, pergratum sane videbitur."

2. Aristotelis liber de interpretatione "seu de Enuntiatione," Argyropylo interprete. fol. 3.

Incip. "Primum definire oportet, quid nomen et quid verbum est."

3. Ejusdem Resolutionum priorum liber primus, cum schematibus plurimis instructus; eodem interprete. fol. 19.

Incip. "Primum dicere oportet, circa quid cujusquam nostra consideratio est."

278.

Chartaceus, in folio, ff. 112, diversis librariis secc. xiv. exeuntis et xv., plerumque binis columnis, exaratus.

1. Joannis Bridani de Alemannia, Doctoris Parisiensis, in Aristotelis libros de Anima Quæstiones. fol. 1.

Incip. "Circa primum librum tercii operis de anima queritur a magistro Johanne Bridano de Alamannia, doctore Parisiensi, queritur utrum proprium subjectum libri de anima sit anima."

Desin. "Dicta quomodo procedunt rationes que fiebant."

In calce, "Et sic est finis quæstionum trium librorum de anima disputatarum per reverendum magistrum et doctorem Parisiensem Johannem Bridanum de Alamannia de tertio opere scriptorum per fratrem Laurencium de Anglia tunc studentem Padue, ordinis fratrum heremitarum sancti Augustini sub anno Domini millesimo ccc°. nonagesimo quarto et anno regis Ricardi regis Anglie sexto decimo ad ho........"

Sequitur tabula capitulorum quæstionum omnium, cui præmissa est de auctore libri notitia ista, "Biridanus Germanus Germanicorum decus, doctor artium Parisius, corona, fundamentum, dux, via, Asillum, tutella, et verus princeps verorum philosophorum, triscarum, qua scientia, natura clarior, natura doctior naturaque expeditior."

2. Quæstiones in librum de interpretatione "recollectæ sub reverendo artium doctore magistro Misino de Coderonco, legenti in studio Bononiensi sub anno Domini millesimo trecentessimo et octuagesimo sectimo." fol. 38.

Incip. "Queritur primo pro cognitione traditorum in libro peryermenias."

Sequitur tabula capitulorum.

3. Petri de Candia, postea Alexandri Papæ V., de obligationibus epistola. fol. 65.

Incip. "Rogasti me, karissime, ut tuæ in crucifixi latere caritati."

In fine, "Expliciunt obligationes magistri Petri de Candia, ordinis fratrum minorum; Deo gratias; Amen, Amen, Amen."

4. "Casus obligationis Hesberi." fol. 70.

Incip. "Relatum est nobis a quibusdam exploratoribus fide dignis."

7. "Epistola, quam misit serenissimus Imperator Pretezane [Wenceslao] inclito Romanorum Imperatori" de conditionibus suis. fol. 114 b.

Incip. "Pretezanes Dei gratia omnibus regibus terenis excelsior vobis Vincislago Rom. Imp. Salutem. Notum vobis facimus de nostris condicionibus veris."

32.

Membranaceus, in 4to, ff. 32, sec. xiii.; nitide exaratus et bene servatus.

Cantica Canticorum, cum glossa ordinaria marginali et interlineari.

33.

Membranaceus, in folio, ff. 137, sec. xiii.; binis columnis exaratus.

Davidis Psalterium cum [Petri Lombardi] commentariis locupletibus et prologis præmissis.

Incip. prol. i. "Cum omnes prophetas Spiritus Sancti revelationem constet esse locutos."

Desin. "quæ intentio, quis modus tractandi; est itaque titulus talis."

Incip. prol. ii. "Liber dicit et non libri contra illos, qui dicebant, plures esse libros."

Incip. comment. "Beatus vir," &c. cui omnia optata succedunt; vir, scilicet, contra prospera et adversa firmus."

Desin. "vite eterne vox est; omnis spiritus laudet Dominum; Amen."

In calce, "Finito libro. Christus sit benedictus."

Consentiunt, quoad init. et fin. cum edit. Paris. 1541.

34.

Codex membranaceus, in folio, ff. 250, sec. xiii.; optime exaratus.

Epistolæ Paulinæ quatuordecim, commentario marginali et interlineari instructæ.

Incip. gloss. "Pro altercatione scribit Romanis confutans modo gentiles."

In initio et fine codicis inseruit bibliopegus membranas quatuor, in quibus sunt fragmenta commentariorum [in Persium].

35.

Membranaceus, in folio, ff. 110, sec. xii., optime exaratus; in fine mutilus.

Liber Exodi cum commentario marginali ex Rabano aliisque patribus [a P. Lombardo] confecto.

Incip. comment. "Exodus, græce, exitus vel egressus, latine."

Deficit a cap. xl. 4, "et altare aureum, in quo—"

Cf. Bandin. catal. iv. col. 335.

36.

Membranaceus, in folio, ff. 394, sec. xiv., binis columnis bene exaratus, et quoad literas initiales hic illic depictus.

Biblia Sacra vulgatæ editionis, cum Hieronymi prologis et aliis haud insolitis; subjunguntur nominum Hebraicorum interpretationes.

37.

Membranaceus, in folio, ff. 109, sec. xiii., bene exaratus et servatus; olim fuit domus S. Dominici de Perusio.

Liber Job, prologo et interpretatione morali, allegorica, historica et mystica continuo illustratus.

Incip. prol. "Liber iste intitulatur Liber Job, in quo et auctor et materia operis."

Incip. interprett. varr. "Moralitas: Per Job Christus, id est, capud et corpus designatur," *ut in gloss. ordin.*

"Historia; Prius scribit prosa, post metro."

"Allegoria; Job dolens, id est Christus, qui dolores nostros."

38.

Codex membranaceus, in folio, ff. 372, anno 1427 binis columnis exaratus.

Biblia ex vulgata versione, prologis solitis instructa; subjuncta nominum Hebraicorum interpretatione secundum Remigium.

Excussa sunt folia plura, quæ continebant ab Ps. Dav. xiii. ad Proverb. Salom. cap. xxi.

In fine Nov. Test. leguntur, "Sit nomen Domini benedictum ex hoc nunc et usque in seculum.

Qui scripsit hunc librum . ducatur in paradisum;
Et qui in eo legetis . Dominum pro scriptore rogetis."

"Explicit liber Biblie Testamenti veteris et novi scriptus per me —— pro serenissimo ducali dominio Venetorum castelanum castri Catari et completo die tercio mensis Februarii, millesimo quadringentessimo vigesimo septimo, nativitatis Domini nostri Jhesu Christi in dicto Castro."

Præmittitur "Tabula veteris et novi Testamenti per Johannem Os auri [potius Alexandrum de Villa Dei] utilime compilati."

"Sex prohibet, peccant, Abel, Enoch, archa fit intrant."

Exstat in apparatu ad Bibl. Max. Joh. de la Haye, Paris. 1660, tom. i.

39.

Membranaceus, in folio, ff. 118, sec. xii.; utrimque mutilus.

Epistolæ Paulinæ, glossis perpetuis marginalibus instructæ.

Incip. a Rom. i. 12, a verb. gloss. "invicem; id est communis, id est, si unius et ejusdem fidei simus in Christo."

Deficit ab ep. ad Hebr. viii. 8.

Ad fol. 83 b. invenias nomen, "Nicholellus Andrucholi," et ad fol. 80. "Dompnus Anthonius, rector ecclesiæ sancti B."

40.

Codex membranaceus, in folio, ff. 160, sec. xiii.

S. PAULI Epistolæ quatuordecim, glossis interlinearibus et marginalibus instructæ.

Incip. "Pro altercatione scribit Romanis."

In fine sunt orationes plures et Litaniæ ad Virginem.

Præcedit hymnus, incip.,

"Salve, Virgo gloriosa,
Parens femina formosa,
Funde preces, pulchra rosa,
Pro nobis ad Filium."

Sequuntur, Hymnus ad S. Katharinam, "Gemma Dei speciosa," necnon præscriptiones quædam medicinales.

41.

Membranaceus, in folio, ff. 509, sec. xiii.; binis columnis bene exaratus et servatus.

Biblia Sacra ex versione vulgata, cum prologis solitis, adjectis istis ex Rabano Mauro ad Machabæos; interpretatione nominum Hebraicorum posthabita. Notitiæ codici præmissæ, hodie pæne ex instituto deletæ, pars ista modo legenda sit, "dono dedit——Hugo Marsini societ. Jesu.—"

42.

Volumen codices tres amplectens, quorum prior membranaceus, binis columnis sec. xiv. exaratus est et habet ff. 62, posteriores chartacei, sec. xvii. scripti, constant ff. 93.

1. Psalterium DAVIDIS, subjectis canticis sacris, oratione Dominica, et symbolis Apostolorum et Athanasii. fol. 2.

Præmittuntur B. M. Virginis Litaniæ, manu recentiori.

In calce,

"Finito libro . referamus gratia Christo,
Qui scripsit scribat . semper cum Domino vivat. Amen."

2. Tabulæ variæ geographicæ; *Gallice*. fol. 63.

Tit. "Table de la quantité des plus grands jours artificiels, depuis l'Equator de degré en degré jusque au 66 degré, e 30 minut."

3. "De virtutibus theologicis, Fide, Spe et Charitate disputationes scholasticæ" tres. fol. 79.

Incip. "Disp. i. De Fide. Questio i. Quidnam sit objectum formale divinæ fidei. Art. i. Aliqua præmittuntur ad statum quæstionis spectantia. Cum plurimæ sint significationes hujus nominis Fides, quas omnes referre."

43.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 115, sec. forsan xi. exeuntis.

Evangeliarium, sive ordo legendi evangelia in Dominicis et festis per anni circulum.

44 *a.*

Membranaceus, in 4to, ff. 217, sec. xiii. exeuntis; olim peculium Johannis Prioris de Guerrandia, Decretorum Doctoris; etc.

PETRI DE RIGA, Canon. Remensis, Aurora, sive expositio brevis historica et allegorica librorum fere omnium Sacræ Scripturæ, tam veteris quam novæ, versibus elegiacis et quandoque leoninis expressa, cum recapitulatione totius libri annexa et prologo præmisso.

Ultimus liber in codice nostro est, Jeremiæ Lamentationes cum prologo.

Cf. Bibl. Taurin. cod. 688, catal. ii. p. 219.

In fine, "Explicit liber Aurore."

Postea "Decem præcepta et decem plage versibus" undecim conclusæ.

Incip.

"Est homo sanguineus cui non colitur Deus unus."

44 *b.*

Membranaceus, in 4to, ff. 491, sec. xiv. ineuntis; binis columnis bene exaratus.

Biblia Sacra vulgatæ versionis, omisso Psalterio, cum HIERONYMI prologis solitis.

In fine sunt,

a. Tabula evangeliorum per annum.

b. Interpretatio nominum Hebraicorum.

c. Tabula contentorum libri, manu recentiori.

45.

Membranaceus, in 4to minori, ff. 120, sec. xii. ineuntis; optime exaratus et quoad titulos deauratus.

Liber evangeliorum in Dominicis et festis per anni circulum.

46.

Membranaceus, in 4to, ff. 159, sec. xii., optime exaratus.

Evangelia quatuor cum prologis duobus et capitulis unicuique præmissis.

Præcedunt Hieronymi ad Damasum epistola, argumenta duo in Evangelia, et Canones, qui etiam postea in textu per numeros singulis Evang. locis adnotantur.

Præmittitur Tabula evangeliorum per annum.

47.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 460, sec. xiii., binis columnis nitide exaratus.

Biblia Sacra vulgatæ editionis, prologis solitis instructa, necnon interpretatione nominum Hebraicorum præmissa et tabula evangeliorum per annum posthabita.

Præcedunt, manu recentiori scripta, "Capitula Biblie."

48.

Membranaceus, in 4to, ff. 492, sec. xiii. exeuntis, binis columnis exaratus; olim "de conventu Bononiensi ordinis minorum.

Biblia Sacra, cum prologis solitis, ex Hieronymo et hic illic aliis, sed qui omnes inveniuntur in edit. 1513; in nonnullis locis mutila, tam in veteri quam in novo Testamento.

Subnectuntur,

a. Lapidum xii. pretiosorum interpretatio allegorica. fol. 463.

Incip. "Cives celestis patrie regi regum concinnate, etc. Jaspis coloris viridis præfert nitorem fidei."

b. Nominum Hebraicorum interpretatio. fol. 464.

c. Canones Evangeliorum. fol. 490.

d. Tabula evangeliorum per annum. fol. 491.

49.

Membranaceus, in 4to, ff. 533, sec. xiv. ineuntis; binis columnis exaratus.

Biblia Sacra cum prologis solitis, et interpretatione nominum Hebraicorum subjuncta.

Videtur Psalterium a manu paullo recentiori fuisse exaratum.

In calce codicis descripsit manus, sec. xv., tabulam evangeliorum per annum.

50.

Membranaceus, in folio, ff. 277, sec. xiv.; duabus columnis bene exaratus.

1. Prophetæ duodecim minores, cum prologis solitis. fol. 1.

2. Macchabæorum libri duo, cum prologo brevi. fol. 39.

3. Testamentum Novum, cum Hieronymi prologis, ordine sequenti, Evangelia iv., Epistolæ Paullinæ, Actus Apostolorum, Epistolæ Canonicæ, Apocalypsis. fol. 85.

51.

Codex membranaceus, in folio, ff. 119, sec. xiv.

Evangelia quatuor, glossa ordinaria et prologis illustrata.

Præmisit manus recentior titulum istum, "Quatuor Jhesu Christi Evangelia cum Lyrano."

52.

Membranaceus, in folio, ff. 541, sec. xiii.; binis columnis optime exaratus et servatus.

Biblia Sacra, vulgatæ editionis, cum Hieronymi, Rabani quoque ad Macchabæos, etc. prologis solitis; subjecta interpretatione nominum Hebraicorum secundum Remigium.

53.

Membranaceus, in folio, ff. 189, sec. xiv.

1. Salomonis libri, scilicet, Proverbia, Ecclesiastes, Cantica Canticorum, Sapientia et Ecclesiasticus, prologis et glossa ordinaria instructi. fol. 1.

2. Actus Apostolorum cum prologo et glossa ordinaria. fol. 137.

54, 55.

Membranaceus et chartaceus, in volumina duo distinctus, quorum prius habet ff. 363, alterum ff. 403, anno 1425 exaratus.

Biblia Sacra vulgatæ versionis, Hieronymi prologis, sed non penitus, instructa.

Præmittitur tom. i. tabula totius bibliæ versibus hexametris comprehensa, cum notulis interlinearibus, [per Alexandrum de Villa Dei] confecta.

Incip., ut in edit. de la Haye tom. i.,

"Sex (i.) prohibent (ij.) pecant (iij.) Abel (iv.) Enoch (v.) archa (vi.) fit intrat (vii.).

In fine tom. i., Interpretationes nominum Hebraicorum, et postea tabula evangeliorum epistolarumque per annum.

In calce codicis, "Explicit Apokalipsis beati Johannis Apostoli et Evangeliste in vigilia Michaelis anno Domini millesimo quadringentesimo vicesimo quinto."

56.

Codex membranaceus, in folio, ff. 449, anno 1265 manu Lafranci de Pancis de Cremona binis columnis optime exaratus; quoad literas initiales bene depictus; olim monasterii "S. M[ariæ]......... de Florentia?"

Biblia Sacra ex editione vulgata, omisso Psalterio, Hieronymi prologis instructa; subnectitur interpretatio nominum Hebraicorum.

In calce, "Expliciunt interpretationes Hebraycorum nominum secundum Jeronimum.

Finito libro . referamus gratias Christo. m.cc.lxv. indict. viij. Ego Lafrancus de Pancis de Cremona scriptor scripsi."

57.

Membranaceus, in folio majori, ff. 494, sec. xiii.; binis columnis nitide exaratus et bene servatus; quoad litteras initiales optime pictus et auratus.

Biblia Sacra universa cum Hieronymi prologis solitis, et nominum Hebraicorum interpretationibus posthabitis.

In fine, "Explete sunt interpretationes."

Sequuntur, manu recentiori, "Rubrice librorum."

58.

Membranaceus, in folio majori, ff. 389, sec. xiii. exeuntis; binis columnis optime exaratus et, quoad litteras uniuscujusque libri initiales, depictus.

Testamentum Vetus, a Genesi ad Malachiam inclusive; prologis et nominum Hebraicorum interpretationibus illustratum.

In calce "Finis Interpretationum."

59.

Membranaceus, in folio, ff. 503, sec. xiii. exeuntis; binis columnis bene exaratus, olim G. A.[uriæ], cujus insignia gentilitia in primo folio depinguntur.

Biblia Universa Sacra, Hieronymi prologis solitis, et nominum Hebraicorum interpretationibus, instructa.

In fine Nov. Test.

"Qui scripsit hunc librum . fiat collectum in Paradisum."

60.

Codex membranaceus, in folio, ff. 136, anno 1178 ad usum ecclesiæ SS. Mariæ et Pancratii in Ranshoven optime exaratus. Codex iste vere insignis effigies habet quatuor Evangelistarum, necnon Christi crucifixi imaginem, egregie depictas, literas initiales auro et argento ornatas, et folia quædam colore tincta purpureo; continet,

Evangelia quatuor Hieronymi prologis et capitulis instructa, necnon canonibus Eusebii, literis exaratis aureis, præmissis.

In calce est notitia sequens: "Anno incarnationis dominicæ m.°c°.lxxviii°. perfecta et consummata est celatura fabrefacti hujus operis, ad decorem domus Dei in Ranshoven et honorem Sanctæ genitricis Dei Mariæ sanctique Pancratii martyris præfatæ Basilicæ patroni ex donariis et oblationibus fidelium, in auro, argento et lapidibus. Ejusdem quoque sculpturæ impensa summa cura summoque studio procurata similique voto oblata, a Domino Ranshovensi præposito, Adelhardo et a thesaurario ejusdem ecclesiæ Quitoldo sacerdote. Scriptura itaque voluminis librorum quatuor evangelistarum in hoc opere plenarie digesta, necnon omnis texturæ varietas, simulque sculptoria figurarum atque imaginum proprietas, sanctæ et individuæ Trinitati dicata, sanctæ Incarnationi ac humanationi filii Dei assignata, sanctæ ejusdem Dei et Domini nostri Jhesu Christi genitrici destinata, sanctis quoque Apostolis, martiribus, confessoribus, virginibus subscriptis delegata, stabilis, inconvulsa et inviolabilis præsenti ecclesiæ omni evo in futuris cunctarum generationibus successionum permaneat. Siquis autem vel superstitum vel post nostri tempus evi sequentium temerario ausu vendiderit aut emerit seu impignoraverit aut in pignore acceperit, sive fraude vel vi inviolaverit, seu qualemcunque dimminutionem præsenti paginæ ullo modo fecerit, dimminuatur nomen ejus de libro vitæ et de civitate sancta, corpusque ejus et anima vermes immortales ignemque hereditent inextinguibilem, semperque transeat ad calorem nimium ab aquis nivium."

Sequuntur Sanctorum nomina, quorum reliquiæ reconditæ et consignatæ sunt subter tabulam majestatis Dei in ecclesia prædicta.

61.

Codex membranaceus, in folio, ff. 198, sec. forsan xi., charactere, ut dicitur, Longobardico bene exaratus et, quoad literas initiales, deauratus.

Evangeliarium, sive ordo legendi evangelia per anni circulum.

Ad fol. 115 b. insertus est hymnus ad vigil. Paschæ, tonis ad vocem dirigendam instructus.

Hic illic membranas quasdam supplevit manus recentior.

62.

Membranaceus, in folio, ff. 50, sec. xiii.; binis columnis exaratus, cum picturis unicuique paginæ præmissis libri historiam repræsentantibus.

1. Apocalypseos liber cum expositionibus perpetuis, [ex Berengaudo desumptis] fol. 1.

   Exstant Berengaudi comment. inter Ambros. opera, ed. Benedict. tom. ii. app. col. 500.

2. S. Bernardi, Abbatis Clarævallensis, liber de interiori homine, sive Meditationes de cognitione humanæ conditionis; in fine mutil. fol.

   Exstant inter opera, ed. Paris. 1690, tom. ii. p. 319.

63.

Membranaceus, in folio, ff. 88, sec. xv.; olim "Abbatiæ Florentinæ."

Psalterium Davidis secundum Hieronymi versionem ex Hebræo, cum ejusdem presbyteri præfatione ad Sophronium.

64.

Membranaceus, in folio majori, ff. 183, sec. xiv. ineuntis; optime exaratus et servatus.

Salomonis libri, scilicet, Proverbia, Ecclesiastes, Cantica Canticorum, Sapientia, et Ecclesiasticus, prologis Hieronymi, Rabani, etc. et glossis ordinariis instructi.

65—69.

Volumina quinque membranacea in folio maximo, binis columnis annis 1507—1511 per manus, primo, Henrici de Bello-orto, seu Beauiardin, et postea, Henrico e vita decedente, Johannis Broquet, clerici Cameracensis, impensis Guischardi de Pavie, alias de Rovedis, Doctoris in Decretis, exarata, et manu Petri Vanye, Lugdunensis, auro coloribusque variis egregie illuminata. Insignia gentilitia Guichardi supra memorati continuo per quodque volumen inveniuntur; portabat scutum ex pellibus viridibus et aureis variatum.

1. Constat volumen primum ff. 230, et habet,

   Pentateuchi textum cum Hieronymi prologo, necnon Hugonis de S. Caro postilla et ejusdem Hugonis præfatione præmissa.

   Finita Hugonis præfatione, sequuntur,

   a. "Explicit prologus auctoris, videlicet reverendissimi in Christo patris et domini domini Hugonis de sancto Charo sacro sancte ecclesie Romane Tituli sancte Sabine Cardinalis primi de ordine divi Dominici, in postillam super Genesim; Quem librum incepi fecit ac perfeci proposuit reverendus dominus dominus Guichardus de Pavie alias de Rovedis, doctor in decretis, infirmarius insignis monasterii Atthanatensis Lugd. priorque commendatarius prioratuum Montistroterii et Bellegarde Lugd. diocesis; Hoc ideo fratres reverendissimi in ipso legentes Deum exoretis, si placet, ut ipse det ei gratiam hoc pulcherrimum opus ad finem deducere ad honorem tocius Trinitatis, gloriosissime Virginis Marie omniumque sanctorum, et ad augmentum tocius fidei catholice."

   b. Prologus brevis de quatuor modis expositionum in usu habitis per Hugonem de S. Caro.

   In fine uniuscujusque fere libri, tam in hoc quam in sequentibus voluminibus, memoratur Guichardus, ut vir, qui opus præsens "scribi et illuminari suis sumptibus propriis fecit," quas omnes notitias in hoc loco exscribere vix videatur necessarium.

   In calce voluminis leguntur, "Explicit expositio hujus præsentis voluminis super bibliam vulgariter in sancta ecclesia nuncupatam, Penthateucon; hoc est et vult intelligi quinque primi libri Biblie insimul reducti, videlicet, Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, et Deuteronomii; Qui [*sic*] reverendissimus in Christo Patris et domini domini Hugonis cardinalis de ordine ac religione prædicatorum exposuit, et nunc reverendus dominus dominus Guichardus de Pavie alias de Rovedis, doctor in decretis," etc. "memorans verbis Job dicentis, Quis michi det ut exarentur in libro stilo ferreo aut plumbi lamina, etc.; videns tam magnam copiam librorum expositionum prædicti domini Hugonis modernis temporibus expeditorum, sed in papiro pauperrime reduc-

torum, et quod ipsa volumina et expositiones perdurari non possent multo tempore, videns hanc materiam expositionum a pluribus illustris (*sic*) doctoribus esse laudatam et approbatam, modo non in stillo ferreo reduci valuit, sed in pargameno meliori quam reperiri potuit adimplevit, nec in plumbis laminibus sed in literis aureis et argenteis ac omni pulcritudine colorum circum circa ornari et depingi fecit; ut in hoc perpetuetur nomen Dei omnipotentis et opera ejus in omnibus gentibus et populis, ac eciam ut habemus Petri iiij. c. In omnibus semper honorificetur Deus; Scribi eciam fecit per me Henricum de Bello orto scribam habitatorem Varambonis in Brescia, in quo oppido scripsi et perfeci hodie undecima Marcii millesimo quingentesimo septimo. Hoc ideo precor in præsenti libro studentes exorent Deum pro remedio anime predicti domini Guichardi, patris, matris, omniumque parentum et amicorum suorum et pro scriptore."

2. Volumen secundus constat ff. 208, et continet,

SS. Libros Josuæ, Judicum, Ruth, Regum quatuor, et Paralipomenon duos; cum prologis Hieronymi et ejusdem Hugonis postilla; [*evulsum est folium primum.*]

In calce cujusque libri notitia est de Guichardo, et in fine voluminis colophon, cæteris longior, de eodem et de contentis voluminis.

3. Volumen tertium constat ff. 147, et habet,

SS. Libros Esdræ quatuor, Tobiæ, Judith, Hester et Job, cum prologis et Hugonis de S. Caro postilla.

Hic illic inserta est a scriba notitia de Guichardo et in calce legitur, " Ad laudem et honorem sanctissime Trinitatis," etc. " istum librum scribi fecit venerabilis et religiosus vir dominus Guichardus de Papia alias de Rovedis" etc. " cujus majorem partem dicti libri scripsit magister Henricus de Beau-jardin, qui interim decessit ex hac vita, et, eo mortuo, prefatum librum perfecit Johannes Broquet, clericus Cameracensis diocesis, anno Domini millesimo quingentesimo decimo die vero undecima mensis Aprilis; Precatur prefatus Dominus Guichardus, hujus operis auctor, quatenus hunc librum legentes memoriam sui faciant, orationes fundentes ad Deum pro salute ipsius."

4, 5. Volumina quartum et quintum constant ff. 227 et 262, annis 1510 et 1511 exarata.

Psalterium Davidis, Hieronymi prologo et ejusdem Hugonis Cardinalis postilla instructum.

In fine cujusque tomi est notitia longior, quæ quoniam sint ejusdem fere momenti, satis fiet si posteriorem exscribamus; " Charitate et devotione motus venerabilis et religionis vir dominus Guichardus de Papia, alias de Rovedis" etc. " ad laudem et honorem sanctissime et individue Trinitatis, et gloriose virginis Marie totiusque curie celestis, ac utique ecclesie militantis custodiam, ut Johannes Jarson, cancellarius Parisiensis, in quodam tractatu de laude scriptorum dicit, Quod libri ecclesiam ditant, armant, custodiunt, et honorant, et idem in eodem ait, Quod scriptio vel scriptura est opus Dei, opus religiosum; non minus sepe quam vocis exaltatio in canticis ecclesie; Istum librum intitulatum Psalterium vel librum Psalmorum seu Soliloquiorum David, cum postilla domini Hugonis cardinalis scribi fecit et in duobus voluminibus religari voluit, ne in futurum legentes in eo spissitudo seu grossitudo impediret, sicut in fine primi voluminis mentio facta est. Primum volumen incipit a primo psalmo, Beatus vir, qui non abiit, etc. et finit ad psalmum lxviii. scilicet, Salvum ne fac, Deus, etc. et ibi istud secundum volumen incipit et ducat usque ad finem dicti Psalterii, ut hic patet. Scriptor fuit Johannes Broquet clericus Cameracensis diocesis, patria Hanoniensis, Illuminatorque fuit magister Petrus Vanye, civis Lugduni, anno Domini millesimo quingentesimo undecimo, die ultima mensis Decembris. Precatur humiliter prefatus dominus Guichardus," etc. quæ in fine tomi tertii jam memoravimus.

70.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 320, anno ut videtur 1331, binis columnis completus.

Nicolai de Lyra commentarii in Bibliorum Sacrorum libros, qui sequuntur;

Proverbia, Ecclesiastes, Cantica Canticorum, Isaias, Jeremias, Lamentationes, Ezechiel, Daniel, Prophetæ duodecim minores, Tobias, Baruch, Judith, Macchabæorum libri duo, Sapientia, Ecclesiasticus, Esdræ liber secundus.

In fine lib. Ecclesiastici, " Explicit postilla super ecclesiasticum edita a fratre Nicholao de Lira, de ordine fratrum minorum sacre theologie doctore, anno Domini m°.ccc°.xxxi°.

In calce lib. Esdræ est clausula, in qua Deo gratias agit Nicolaus, ut exstat apud Fabricium et Baluzium, quæ desinit, " Actum Parisius anno Domini m°.ccc°.xxx°. kalendas Aprilis."

Prophetarum Libri majorum tabulis bene pictis hic illic illustrati sunt.

71.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 294, sec. xv. ineuntis, binis columnis exaratus; initio mutilus.

SS. Libri, scilicet, Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium, Josues, Judicum, Ruth, Jeremiæ, Esdræ, Nehemiæ, cui succedit Esdræ Confessio, omnes HIERONYMI prologis instructi.

Incip. lib. Geneseos, a verbis, "terra sunt, consumentur," cap. vi. ver.

72.

Membranaceus, in folio majori, ff. 378, sec. xii. exeuntis; binis columnis exaratus.

Biblia Sacra, excepto Psalterio, universa, titulis unicuique libro, prologis HIERONYMI solitis, necnon concordantiis marginalibus, illustrata.

In Nov. Test. Actus Apostolorum Apocalypseos librum sequuntur.

Præmittuntur Test. Veteri,

a. "Quomodo differat Sacra Scriptura a ceteris scripturis."

Incip. "Omnis divina scriptura in duobus Testamentis continetur."

b. "De scriptoribus Veteris Testamenti."

Incip. "Quinque libros legis Moyses scripsit, librum Josuæ idem Josuæ."

c. "De interpretibus."

Incip. "Scripturam veteris Testamenti prius in Hebraica lingua editam."

d. "De scriptoribus novi Testamenti." fol.

Incip. "Plures evangelia scripserunt."

Præcedunt Test. Nov.

a. Canones Eusebii. fol. 291.

b. Argumentum anonymi. fol. 295.

Incip. "Ammonius quidam Alexandrinus magno studio."

Succedit Johannis evangelio tractatulus, cui titulus, "De septem septenis."

Incip. "Flebat Johannes, quia non est inventus, qui aperiret librum et solveret.

73.

Membranaceus, in folio majori, ff. 168, sec. xv., binis columnis exaratus; utrinque mutilus.

SS. Bibliorum libri, scilicet, Paralipom. II. fragmentum, Regum libri quatuor, Salomonis proverbia cum HIERONYMI prologo, Ecclesiastes cum prologo, et Sapientiæ fragmentum.

74.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 114, sec. xv. ineuntis, binis columnis exaratus; utrimque mancus.

Novi Testamenti pars altera, scilicet, Epistolæ ad Romanos fragmentum, ad Corinthios Epp. fragmentum, ad Thessalonicenses I. fragmentum, ad Thessalonicenses ep. II., Epistolæ ad Timotheum, Titum, Philemonem et Hebræos. Actus Apostolorum cum HIERONYMI prologo, Epistolæ septem canonicæ cum ejusdem prologo, S. JOHANNIS Apocalypsis.

In fine, "Explicit apocalipsis, quod est revelatio Johannis Apostoli, Deo gratias; Amen."

75.

Membranaceus, in folio majori, ff. 159, sec. xiv., binis columnis exaratus; olim Gerardi cujusdam, postea Bertrandi S...te.

Biblia Sacra a Geneseos libro usque ad Psalterium, cum HIERONYMI prologis.

In fine Tabula contentorum, et in calce,

"Si Ge ponatur . et rar simul associatur,
Et dus reddatur . cui pertinet ita vocatur."

76.

Membranaceus, in folio, ff. 176, sec. xii. ineuntis, binis columnis bene exaratus; in fine mancus.

1. Psalterium DAVIDIS, HIERONYMI prologis duobus glossisque marginalibus et titulis perquam instructum. fol. 1.

Subjicitur Psalmus cli., sub titulo "Hic psalmus proprie scriptus est de David et extra numerum, cum pugnavit cum Goliat. Hic psalmus in Hebreis codicibus non habetur, sed ne a septuaginta quidem interpretibus additus est, et idcirco repudiandus."

In fine codicis duo inveniuntur prologi ad Psalmos, sub titulis, "Præfatio vel introitus multimodarum causarum in Psalterium," et "Sanctus Augustinus dicit," qui incip. "Canticum Psalmorum animas decorat."

2. Testamentum novum, canonibus, prologis solitis quoad evangelia concordantiis, et capitum titulis penitus instructum. fol. 26 b.

Transpositum est fol. ult. epist. ad Hebræos et invenitur prope ad finem lib. Apocalyp., qui liber deficit a verbis cap. xiii. " et aperuit os suum in blasphe—"

In fine argumenti de Ammonio præmissi sunt commentarii breves in Cantica Sacra, Symbola, Orationem Dominic. et Hymnos, per disticha, quorum primum, " Confitebor ; "

" Gaudet in hoc Salvatori jubilans Ysayas,
Fontis apostolici clara fluenta bibens."

77.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 400, sec. xiv. ineuntis; binis columnis nitide exaratus.

Biblia Sacra, si Psalterium excipias, universa, prologis Hieronymi solitis, necnon interpretatione nominum Hebraicorum secundum Remigium instructa.

78.

Membranaceus, in 4to minori, ff. 429, sec. xiii. exeuntis; binis columnis nitide scriptus; olim convent. Fratr. ord. Prædic. de S. Geminiano.

Biblia Sacra universa, prologis S. Hieronymi, (necnon Rabani quoad Machabæorum libros spectat), et interpretatione nominum Hebraicorum instructa.

In fine Vet. Test. inseruit manus recentior auctoritatum ex Scripturis tabulam de diversis.

Incip. " Quod patris et filii et spiritus sancti sit una substantia et unus Deus."

In fine, eadem manu, " Expliciunt interpretationes biblie; Deo gratias et beato Augustino et omnibus sanctis eterni gaudii Amen.

Hic liber est scriptus . qui scripsit sit benedictus.
Qui scripsit scribat . semper cum Domino vivat."

Præmittitur codici, " Hec Biblia est conventus Anunciate fratrum ordinis Prædicatorum de Sancto Geminiano, quam reverendus D. Bartolomæus ejusdem ordinis et filius dicti conventus tunc episcopus Caliensis et Confessor, s. d. N[icolai V.] Papæ, donavit ac largitus est præfecto conventui dicti ordinis, anno Domini m°cccc°liiii. et die ij mensis Octobris, et tali die consecravit ecclesiam dicti conventus."

In fine codicis est " Notitia de lingua."

79.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 485, sec. xiii. ; binis columnis nitide exaratus.

Biblia Sacra Universa, prologis Hieronymi et Rabani Mauri solitis, necnon interpretatione nominum Hebraicorum instructa.

In fine Bibl.

" Explicit expliceat . ludere scriptor eat,
Laus tibi sit, Christe . quum liber explicit iste."

Sequitur, manu recentiori, [Hieronymi] præfatio in Psalterium prima; et deinde Psalmus cli. idiographus.

In fine codicis, manu prima,

" Finito libro . reddatur cena magistro,
Hic liber est scriptus . qui scripsit sit benedictus."

Postea, Tabula contentorum libri.

80.

Membranaceus, in 4to minori, ff. 426, sec. xiii., binis columnis exaratus; olim Fratrum Ord. Minorum de ....

Biblia Sacra Universa cum prologis solitis et nominum Hebraicorum interpretatione posthabita.

Deest folium primum, quod continebat Hieronymi prologi partem priorem.

In initio, medio, sc. post Psalterium, et fine codicis inseruit manus recentior plura de physicis.

Præmittuntur versus xx. heroici, intit. " Genesis principium versificatur," [auctore Paulo Winfrido ?]

Incip.

" Principio Dominus cœlum terramque creavit."

In calce " Versus continentes libros Biblie secundum ordinem suum."

81.

Membranaceus, in 4to minori, ff. 371, sec. xiv.; binis columnis exaratus.

Biblia Sacra universa, Hieronymi et aliis prologis solitis illustrata.

In Nov. Test. Apocalypsi succedunt Epistolæ Paulinæ.

Præmittuntur codici " figuræ tocius biblie," cum expositione.

In fine Ecclesiastis libri occurrunt evangelia per anni circulum, et in calce codicis, "Auctoritates contra hæreticos" ex SS. desumptæ; quas præcedunt quædam de Speronistis et sectis variis, incip. "Hic omnes sectæ denotantur quæ non....... possunt heresis reperiri."

Sequuntur,

a. Versus de viris et sobole Annæ.

Incip.

"Anna viro Joachym peperit te, virgo Maria."

b. Versus de decem plagis.

Incip.

"Prima rubens unda . rane tabesque secunda."

82.

Codex membranaceus, in 4to minimo, ff. 125, sec. xiii., binis columnis exaratus; olim, anno 1438, peculium Joannis presbyteri; mutilus.

1. Fragmentum libri Actuum Apostolorum. fol. 1.
2. Epistolarum canonicarum fragmenta. fol. 9.

   Sequitur, *man. sec.*, tabula evangeliorum per annum.
3. Liber Apocalypseos. fol. 20.
4. Epistolæ Paulinæ, inserta epistola ad Laodicenses; mutil. fol. 43.
5. Regulæ ad tempora dignoscenda secundum feriam, in qua kal. Jan. evenerint. fol. 123 b.
6. Interrogationes ab Aimerico, episcopo Francigenorum, ad Nicolaum, ep. Bulgariæ, de libro generationis Jhesu Christi, cum responsionibus. fol. 124.

   Incip. "Si carnales generationes fuerunt aut non. Resp. Carnales fuere."

   In fine, "Iste liber est mei Johannis presbiteri, quem emi ducatis duobus, pro libris duabus ad Incantum anno 1438; quem quidem restituissem, si cujus fuerat eo tempore invenissem. Deo gratias."

83.

Membranaceus, in 4to minimo, ff. 428, sec. xiii., binis columnis exaratus.

Biblia Sacra universa, cum Hieronymi et Rabani prologis solitis; necnon subjuncta nominum Hebraicorum interpretatione.

84.

Membranaceus, in 4to minori, ff. 416, sec. xiv., binis columnis exaratus; anno 1721 peculium Joan. Fyer, "deinde a Comite Witzai, Hungaro, don. miss. Venetias amico abbati Canonici, an. 1802."

Biblia Sacra universa, prologis solitis et nominum Hebraicorum interpretatione instructa.

In fine librorum Job et Apocalypseos sunt tabulæ evangeliorum per circuli annum.

85.

Codex membranaceus, in 4to ff. 90, sec. xv.; mutilus.

Psalterium Davidis, cum canticis sacris, oratione Dominica, symbolis Apostolorum et Athanasii, necnon "Letania pro peccatis Christianorum" posthabitis.

In fine, "Laus tibi, Christe; Finis."

Sequitur tabula Psalmorum initia demonstrans; ordine alphabetico.

86.

Chartaceus, in folio, ff. 110, sec. xv.

Index vocum et phrasium biblicarum cum expositionibus, auctore, ut videtur, Alexandro Teretio, cum additionibus margini adpositis.

Incip. "Anni vitæ nostræ; vide, Vita nostra, Numerus dierum. Astutia; Parabolæ Salomonis et cætera, ut detur parvulis astutia."

Præcedit notitia ista, "Omnia sub censura ecclesiæ catholicæ subjicio vel in hoc volumine, vel alibi per me conscripta aut conscribenda, dicta vel dicenda, operata vel operanda, cogitata vel cogitanda. Laus Deo. Alexander Teretius."

87.

Membranaceus, in 4to, ff. 73, sec. xiv., ex utraque parte mutilus; olim Thomæ Obizzi.

Lectionarium, sive ordo legendi evangelia et epistolas in Dominicis et festis per anni circulum.

88.

Membranaceus, in 4to, ff. 156, sec. xiv.; impensis Petri Guido-leonis [?] Cardinalis exaratus.

Salomonis libri, scilicet, Proverbia, Ecclesiastes, Cantica Canticorum et Sapientia, glossa ordinaria instructi.

Sequuntur versus xiv. heroici, qui incip.

"Dogma peritorum . declarat filosoforum."

Deinde in membrana ultima,

"Istud opus sacrum . sacratis usibus aptum,
Fecit componi . quo possent sacra reponi,
Is Cardinalis . qui Petri Guido-leonis

Dicitur ac hujus . domus est ex fratribus unus,
Unde sit ornatus . sit felix, sitque beatus,
Vivat et eterna . vita regione superna.
Hoc fecit Jacobus . de Lauda vir graciosus."

89.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 231, sec. xii.; optime exaratus.

S. Pauli Apostoli Epistolæ quatuordecim, cum glossa ordinaria margini penitus adposita.

In fine adjecit manus longe recentior excerpta pauca ex Hieronymo, necnon ex Eusebii ad Damasum epistola de eodem.

90.

Membranaceus, in folio minori, ff. 160, sec. xiii. ineuntis; olim peculium Com. Wlgrin Taillefer, necnon Michaelis Colombi.

Psalterium Davidis, subjunctis canticis sacris, glossa marginali et interlineari ordinaria illustratum.

91.

Chartaceus, in 4to minori, ff. 161, sec. xv.

Psalterium Davidis, cum præfationibus Hieronymi, Damasi, Origenis, Augustini et Remigii, necnon anonymi cujusdam, quæ incip. " Diu jam est, quod paternitas vestræ humilitati mee."

In fine,
" Quinquaginta David psalmos centumque notavit,
Versus bis mille sexcentum sedecim ille."

Sequuntur,
a. Cantica sacra, symbola tria, etc. fol. 114.
b. " Rogationes S. Gregorii." fol. 124 b.
c. Orationes super Psalterium. fol. 128.
d. Orationes aliæ super idem. fol. 136.
e. Officium B. Mariæ Virginis. fol. 143.
f. Officium crucis. fol. 157.
g. Sequentia vii. gaudiorum in laudem Virginis. fol. 159 b.
h. Ordo dicendi psalmos pœnitentiales, graduales, etc. fol. 161.

92.

Codex membranaceus, in folio, ff. 492, sec. xiii.; binis columnis nitide exaratus.

Biblia Sacra universa, cum Hieronymi et Rabani prologis solitis; necnon nominum Hebraicorum interpretatione posthabita.

93.

Membranaceus, in 4to majori, ff. 246, sec. xiv. ineuntis; binis columnis bene exaratus.

Psalterium Davidis, glossis perpetuis illustratum.

In fine,
" Finito Christus . Rex libro sit benedictus."

Sequuntur,
" Tres quinquagenos . cantat David ordine psalmos,
Versus bis mille . sexcentos vi. canit ille;
Dum fero langorem . fero religionis amorem,
Expers languoris . non sum memor hujus amoris."

In calce, Initia uniuscujusque psalmi.

CATALOGUS

CODICUM MSS.

BIBLIOTHECÆ CANONICIANÆ.

CODICES LATINI.

SCRIPTORES ECCLESIASTICI.

1.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 72, sec. xiv. exeuntis.

1. Anonymi cujusdam contra Paterinos libellus in quinque capita distinctus, quæ tractant,

   a. De prædicatoribus.
   b. De jurejurando.
   c. De legis veteris auctoritate.
   d. De sacramento altaris.
   e. De imaginum adoratione.

   Tit. i. *sed manu secunda*, " Liber beati Augustini contra Patarinos."

   Incip. i. " Postulaverunt a me dudum memorandi quidam viri spectabiles."

2. Regulæ fidei in triginta novem capitulis comprehensæ. fol. 32.

   Incip. " Firmissime tene et nullatenus dubites patrem et filium et Spiritum Sanctum unum naturaliter esse Deum."

   Des. " atque ex hoc omnibus catholicis anathematizandus."

3. Dialogi inter Petrum et Gregorium fragmentum de Sanctorum factis; imperf. fol. 57.

   Incip. abrupte a verbis, " facto terrore conatus est. Cemper enim serpens in spelunca inveniri solus cum solo."

4. " Passio S. Andreæ apostoli." fol. 63 b.

   Incip. " Passionem beati Andree apostoli, quam oculis nostris videmus."

   Exstat impress. apud Surium, tom. vi. p. 619.

5. " De Sibylla," [ex Isidori etymolog. lib. viii.] et aliis; in fine mutil. fol. 66 b.

   Incip. distinct. ii. " Cum autem audissent nobilissimi Romani, quod talia vaticinando."

2.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 444, sec. xiv., binis columnis exaratus; olim monasterii S. Hieronymi Paduani, " relictus per Bo. Me. d. p. donato, olim antistitem Paduanum; 73, signatus per H. Q."

1. Johannis Cassiani " de institutis cenobiorum et octo principalium vitiorum remediis ad Papam Castorium" libri duodecim. fol. 1.

   Exstant impressi inter Cassiani opera, ed. Lips. 1733, p. 1.

   In fine, " Explicit liber duodecimus et totus liber Institutionum."

2. Ejusdem Collationes Patrum viginti quatuor, prævia præfatione ad Castorium, et capitulis penitus instructæ. fol. 117.

   Exstant ibid. p. 215.

   In fine, " Explicit collatio abbatis Abraham de mortificatione; et per consequens expliciunt viginti quatuor collationes Sanctorum Patrum; Deo gratias."

3.

Membranaceus, in 4to minori, ff. 8 et 204, sec. xiv. ineuntis; olim conventus cujusdam Franciscani.

Expositiones in Epistolas et evangelia per anni circulum, cum tabulis præmissis.

Incip. a Dominica de Adventu prima, "Abjiciamus opera, etc. Verba ista scripta sunt Romanis et hodie lecta sunt."

Desin. a Dom. post Pentecost. xxiv. "quod non solum est eternale, sed in causa totius dulcedinis habet existere; grates igitur pro hiis omnibus Deo Patri," etc.

Sequuntur sententiæ quædam morales ex Augustino, Bernardo, Hugone de S. Victore et Gregorio desumptæ.

Incip. "Aug. Vide, o homo, quo amore dilexit te Deus, ut sequaris vestigia ejus."

Sequitur de istis, quæ metaphorice intelliguntur per partes cœli quatuor, et alia pauca nullius fere momenti.

4.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 204, anno 1437 plerumque exaratus.

1. S. Augustini, sive cujuscumque sint, sermones ad fratres Eremitas quinquaginta quinque. fol. 1.

Cf. Opp. ed. Benedict. tom. vi. in append. col. 306, ubi tamen omnes sunt lxxvi. nec eodem, quo in codice, ordine progrediuntur.

Titulus sermonis ult. est, "De Luxuria," et incip. "Nemo dicat, fratres."

2. "Tractatus beati Bernardi de meditatione Jesu Christi." fol. 144 b.

Incip. "Quam vehementi amore amplexasti me, O bone Yhesu."

3. Aurelii Augustini "Soliloquiorum liber" animæ ad Deum. fol. 154 b.

Exstat inter opera ed. cit. tom. vi. app. col. 85.

In fine, "1437, Beatissimi Aurelii Augustini Yponensis episcopi Soliloquiorum liber feliciter explicit."

4. [Lentuli epistola de Christo ad Senatum Romanum.] fol. 199 b.

Cf. Fabric. Nov. Test. Apocr. p. 301.

5. P. Pilati ad Tiberium Cæsarem epistola. fol. 200.

Exstat ibid. p. 300*.

6. Bernardi epistola ad Raimundum dominum Castri Ambrosii. fol. 200 b.

Impress. exstat in fine Persii Satyr. ed. Saluciis.

7. "Carmina Octaviani imperatoris ad Yhesum Christum, quando sibi apparuit in aere in amplexu Virginis, tempore Sibille." fol. 203.

Incip.

"Alme puer decus ethereum stirps certa tonantis."

5.

Codex membranaceus et chartaceus, in 4to minori, ff. 171, sec. xv.

Anonymi cujusdam in Evangelia per annum, commentarii præcipue de vita Christi, ex Bernardo aliisque cum prologo et epilogo ad filiam.

Incip. prol. "Inter alia virtutum et laudum præconia de S. Virgine Cecilia legitur."

Incip. comm. "Cum per longissima tempora ultra spatium quinque milia annorum."

Desin. "visitationis nos ad se dignetur assumere, ipse, de quo loquimur Dominus," etc.

Incip. epil. "Habes igitur ex predictis, dilectissima filia, vitam Domini nostri Jhesu Christi."

Sequuntur regulæ meditationis, sub titulo, "Qualiter meditacio dividatur per Ebdomadam."

Incip. "Volo autem tibi tradere modum, quem teneas."

In fine, "Hec Bernardus; Deo gracias; Amen."

Postea, Cantica Davidis, Hieremiæ et Esdræ; manu recentiori.

6.

Membranaceus, in 4to minori, ff. 171, sec. xv.

1. Antonini archiep. Florentini, Ord. Præd. de restitutionibus libri abbreviatio. fol. 1.

Tit. "Tractatus de restitutionibus fratris Antonini de Florentia, ordinis Prædicatorum."

Incip. "Circa materiam restitutionis seu satisfactionis notandum, quod cum restitutio seu satisfactio."

2. "Casus, qui contingunt interdum in locis maritimis per D. Gregorium nonum determinati ad instantiam fratrum Prædicatorum et Minorum." fol. 13.

Incip. "Dilectis in Christo, etc. in regno Cunicii commorantibus Frater Ra. domini Pape penitentiarius salutem in Domino. Postulastis per sedem apostolicam edoceri, quid in sequentibus."

In fine, "Data Perusii xiiii. kal. Februarii pontificatus domini Gregorii Noni anno octavo."

3. Ejusdem Antonini de instructione confessorum liber, in tres partes distinctus, cum excommunicationum tabulis posthabitis. fol. 17.

Consentiunt cum edit. Lugd. 1564, pp. 3—165.

4. Ejusdem ANTONINI Interrogatorium in tres partes distinctum, cum tabula subjecta. fol. 33.
   Exstat in edit. Lugd. 1564, p. 165.
   In fine, "Explicit Interrogatorium confessionale reverendissimi domini etc."

5. Anonymi "De defectibus missæ tractatus utilis," ex Thoma Aquinate? fol. 90 b.
   Incip. "Defectus misse sunt quando requisita ad missam deficiunt."
   In fine, "Hec Thomas. Explicit tractatus utilis de defectibus misse."

6. "Tractatus magistri NICOLAI [BREAKSPERE] de Anglia, Ord. Præd. [postea Hadriani Papæ IV.] super casu de inpræstitis Venetorum." fol. 96.
   Incip. "Bona est scientia, cui non est peccatum."
   In fine, Rubricæ tres, De die finalis judicii. De penis inferni, De laude supernæ civitatis et præmio æterno.
   Incip. 1. "Quoniam, ut ait quidam philosophus, qui de futuro non cogitat."

7. BERNARDI, abbatis Claræyallensis, meditatio de passione Domini in septem horis diei. fol. 100 b.
   Incip. "Septies in die laudem dixi tibi."
   In fine, "Explicit meditatio in passione Domini Sancti Bernardi, doctoris melliflui et devoti."

8. THOMÆ DE AQUINO de perfectione vitæ spiritualis liber. fol. 111 b.
   Desinit a fine cap. xx., inter opuscula, ed. Venet. 1587, p. 221.

9. "Liber beati BERNARDI de cognitione hominis, sive Contemplationes ipsius beati Bernardi." fol. 144.
   Exstat inter opera, ed. Benedict. tom. ii. col. 319.

10. Forma absolutionis fratri Thomæ Antoni in mortis articulo anno 1379 ab Urbano Papa sexto concessa; adjectis testium nominibus. fol. 170.

11. "Oratio Sancti THOME DE AQUINO." fol. 171.
   In fine, "A sinistris in primo bancho herente parieti," et postea "A dextris in v°. bancho 1480."

7.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 320, sec. xiv. ineuntis; olim D[ominici] G[rimani] Cardinalis, cujus insignia gentilitia in fronte codicis videntur.

1. Concordantiæ Bibliorum, ordine alphabetico. fol. 1.

2. Concordantiæ Bibliorum ad diversas materias spectantes. fol. 256.
   Tit. "Concordantie biblie distincte per quinque libros."
   Incip. "Primus liber agit de hiis, quæ pertinent ad depravationem primi hominis cum suis oppositis."

8.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 166, sec. xv.

RODULPHI DE BIBRACO, ord. min. de septem itineribus æternitatis liber, cum proœmio.
   Tit. "Tractatus de septem itineribus eternitatis editus a reverendo magistro fratre Rodulfo de Bibriacho, ordinis fratrum minorum."
   Incip. proœm. "Eum, qui venit ad me non ejiciam foras; Johannis sexto. Secundum Augustinum in libro de cognitione."
   Incip. liber, "Primo igitur notandum est, quid sit illud intrinsecum secretum et eternale manerium in Christo."
   Desin. "nos perducat, conducat, et inducat, qui est trinus et unus Deus in eternum benedictus. Amen."
   Exstat impress. inter Bonaventuræ opera, tom. vii. part. iii. p. 145.

9.

Membranaceus, in 4to minori, ff. 78, sec. xv. ineuntis.

HIERONYMI, Stridonensis, Regula monachorum ex scriptis ejusdem [per LUPUM DE OLIVETO] collecta, cum præfatione et tabula capitulorum præmissa.
   Tit. "Prephatio super regula sancti Jeronimi ecclesie doctoris eximii sumpta ex veris dictis et verbis originalibus ejusdem Sancti de institutione et dirrectione spiritualis vite monachorum per quam non tam corporalia seu temporalia, que potius statutis ordinis quam spiritualia, etc. cujuslibet anime Christiane ad virtutes diriguntur et gubernantur auctoritate apostolica concessa."
   Exstat inter opera, ed. Benedict. tom. v. col. 343.
   In fine est sermo ad leprosos de patientia, [AUGUSTINO auctore].
   Exstat inter opera, tom. vi. app. col. 339.

10.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 169, sec. xv.

1. Bernardi, abbatis Claraevallensis, sermones novem parvi. fol. 1.

Incip. 1. " Ante diem festum Pasce sciens Jhesus;" etc. "Audistis, dilectissimi fratres, cum evangelium legeretur."

Desin. ult. " de obedientia, et erubescite sequi propriam voluntatem. Hec Bernardus."

2. " Oratio, quam fecit beatus Augustinus, quam quicunque per dies triginta devote et reverenter dixerit, si est in aliqua tribulatione;" etc. fol. 46.

3. " Modus lamentationis et plorationis planctus ante crucem Christi." fol. 49.

4. " Commune pauperis crucifixi in die sancto Parasceue celebratum pro quibusdam peregrinis et ineffabilibus deliciis, que de ultra-marinis partibus civitatem Ierosolima in navi apostolica ad nostram provinciam sunt delate." fol. 51.

5. " Meditationes beati Anselmi, sive liber de inveniendo Deum," in capita decem distinctæ. fol. 68 b.

Cf. edit. impress. Paris, 1721, p. 241.

6. Meditationes et ejaculationes piæ de passione Domini. fol. 83.

Incip. " Omnis qui ad nostrum Hemanuel, hoc est ad verbum patris altissimi, quod caro factum est."

11.

Membranaceus, in 4to minimo, ff. 80, anno 1453 exaratus.

1. S. Augustini, sive cujuscumque sit, " liber soliloquiorum" animæ ad Deum. fol. 1.

Exstat inter opera, ed. Benedict. tom. vi. app. col. 85.

In fine, " Explicit liber soliloquiorum beati Augustini, Yponensis episcopi; 1453 die ii. Septembris."

2. " Meditatio Anshelmi" de sacramento altaris. fol. 75 b.

In fine, " Explicit meditatio sancti Anselmi."

12.

Membranaceus, in 4to minimo, ff. 155, sec. xv. ineuntis; olim " Fraternitatis S. Spiritus secus Venetias, ordinis S. Augustini."

A

1. S. Bernardi [potius monachi cujusdam Cisterciensis] liber " de ædificanda domo spirituali atque interiori, et de nobilitate consciencie et de septem columpnis in ea erigendis." fol. 1.

Exstat inter opera, ed. Benedict. tom. ii. col. 335.

2. Ejusdem meditationes, sive " de cognitione sui." fol. 35 b.

Ibid. tom. ii. col. 319.

B

3. " Quedam confessio beati Augustini episcopi." fol. 53 b.

Incip. " Tibi, Domine Deus meus, confiteor crimina et delicta mea."

4. Cæsarii, Arelatensis episcopi, sermones duo. fol. 54 b.

Exstant in Bibl. Patr. Paris. 1645, tom. ii. numm. xxviii. xxxi.

5. " Via unitionis." fol. 57 b.

C

Incip. " Vigilantia te sollicitet propter sponsi promptitudinem."

6. S. Bernardi liber " de confessione et obedientia et eorum gradibus," cum prologo. fol. 61.

Exstat inter opera, ed. Bened. tom. i. col. 1165.

7. [Ejusdem, potius Guigonis Carthusiani] scala claustralium. fol. 73.

Ibid. tom. ii. col. 311.

D

8. Ejusdem, sive cujuscumque sit, " Stimulus amoris," sive meditatio de Jhesu Christo. fol. 80 b.

Incip. " O quam vehementi amplexu amplexasti me, bone Jhesu."

9. Ejusdem, potius Gulielmi abbatis, de amore Dei libellus. fol. 85.

Ibid. tom. ii. col. 234.

E

10. [Ejusdem, sive Gulielmi, liber de natura et dignitate amoris divini.] fol. 94 b.

Ibid. tom. ii. col. 243.

11. Ejusdem liber ad Haymericum Cardinalem de diligendo Deo. fol. 115.

Ibid. tom. i. col. 583.

12. Hugonis de Sancto Victore soliloquium de arrha animæ; interlocutoribus Hugone et anima. fol. 134.

F

Exstat impress. inter opera, 1588, tom. ii. fol. 104 b.

13.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 185, sec. xv.

S. Augustini, episcopi Hipponensis, ut feruntur, opuscula varia; sequuntur,

1. "Speculum vel manuale Verbi Dei." fol. 1.
Exstat inter opera, ed. Benedict. tom. vi. append. col. 145.

2. Liber Soliloquiorum, sive Commonitorium, præviis capitulis. fol. 28 b.
Exstat sub titulo, "Soliloquiorum animæ ad Deum liber," ibid. tom. vi. app. col. 85.

3. "Utiles et devotæ meditationes ejusdem beatissimi AUGUSTINI, [sc. ex ANSELMO et AUGUSTINO,] que et alio nomine intitulantur, Soliloquium de quærendo Deum," in capita xxxvii. distinctæ. fol. 66.
Incip. cap. 1. "Quod fugiendum est a mundi occupationibus et curis vitæ presentis; etc. Eya nunc, homuncio, fuge."
Cf. Anselm. opp. 1721, p. 241, et Augustin. opp. tom. vi. app. col. 131.

4. "Devota et pulchra expositio super septem psalmos penitentiales." fol. 84.

5. "Orationes super psalmo quinquagesimo, scilicet, Miserere mei, Deus." fol. 93.

6. "Meditatio de morte et passione recolenda Domini nostri Yhesu Christi." fol. 97 b.

7. "Oratio seu meditatio devotissima et pulcherrima ad Dominum Yhesum Christum." fol. 108.

8. Sermones octo, quorum primus, contra voluptuose viventes in hoc seculo. fol. 114.
Exstat inter opp. tom. v. app. num. civ. ultimus est "De nimia familiaritate extranearum mulierum;" ibid. num. ccxciii.

9. Dicta de evangelio, "Petite et dabitur vobis." fol. 138 b.

10. [Ejusdem sermo de caritate.] fol. 140.
Incip. "Divinarum scripturarum multiplicem habundanciam."
Cf. tom. v. app. col. 204.

11. "Liber Supputationum de scripturis collectus, ad eorum præsertim utilitatem, qui contemplative vite sunt amatores," in partes sex divisus. fol. 143.
Incip. "Summa Trinitas, Virtus una et indescreta maiestas."
In fine, "Explicit sexta et ultima pars supputationum hujus libri beati Augustini de divinis scripturis collectus."
Sequitur Hymnus laudis ad Deum Patrem.

12. "Liber contemplationis de spe habenda in Christo." fol. 168.
Exstat sub tit. "Manuale," inter opera, tom. vi. app. col. 135.
In fine, "Explicit liber contemplationis sive manuale beati Augustini."

14.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 151, anno 1433 exaratus.

Impress. exstat inter opera, tom. vii. p. 145.

In fine, "Qui legit ista collecta sciat, quod cortationes auctoritatum in diversis voluminibus variantur præcipue in Sanctus Bernardus super can. et in S. Gilberti Porretani, et in commento Hu[gonis de S. Victore] super auctoritate Spiritus, unde si auctoritas non inveniturin capitulo allegato quæratur in capitulo præcedenti vel quandoque in sequenti immediate."

8. Præfatio et tituli lxxxi. operis cujusdam, sive sermonum, de sacramento corporis Domini. fol. 62 b.

Incip. prol. "De sacramento sancto corporis Domini locuturi."

9. Interpretatio vocum plurium, partim ordine alphabetico; *Latine* et *Germanice*. fol. 63 b.

10. Auctoritates de diversis ex Augustino, Ambrosio, Tullio, etc. fol. 66 b.

11. Postillæ quædam in Daniel. Proph. cap. iv., et alia fol. 69.

Incip. "Videbam et ecce arbor," etc. "Arbor hæc est amor Dei, quam plantavit Deus."

Adjiciuntur hic illic notulæ, *Germanice* scriptæ.

12. [Bonaventuræ] liber, qui dicitur Speculum B. V. Mariæ; cum tabula annexa. fol. 75.

Inter opera, tom. vi. part. ii. p. 450.

13. "Tractatus magistri Bartholomei Bononiensis de Luce" super istud, "Ego sum lux mundi" etc. cum tabula. fol. 96.

Incipit, "Cum nos inveniamus lucem, lumen, radium, splendorem."

Desin. "vel saltem alteri tempori; et hæc sufficiant. Amen."

14. Postillæ super librum Salomonis, Canticum Canticorum. fol. 101.

Incip. "Osculetur, etc. Cogitanti mihi Canticum promere laudis."

Desin. "ex aromatibus, mirrho et thureis. Explicit."

15. H. cujusdam tractatulus de caritate, cum prologo ad Petrum Dei servum. fol. 125.

Incip. prol. "Cogitanti mihi, frater carissime, quomodo dilectionem vestram ad memoriam mei."

Incip. opusc. "Tam multos jam laudatores habuisse."

In fine quædam de amore Dei, ff. 126, 143 b.

16. Thomæ, abbatis Vercellensis, in Cantica Canticorum commentarii. fol. 127.

Tit. manu recentiori, "Expositio tercia venerabilis magistri Thome, abbatis Vercellensis, canonici regularis."

Incip. prol. "In hoc glorietur, qui glorietur etc. Designatur hic Dei cognitio, una intellectualis."

Incip. opus, "Osculetur, etc. Cor. v. Dum sumus in corpore peregrinamur a Domino. Osculo oris sui, id est, unicione ad verbum Patris."

In calce, "Finitur tractatus abbatis Vercellensis super Cantica; Deo gratias."

17. [Ricardi de S. Victore liber, dictus Benjamin Minor, de præparatione animi ad contemplationem] cum tabula. fol. 144.

Exstat impressus inter opera, ed. Rothom. 1650, p. 114.

18. [Bonaventuræ] libellus de septem gradibus contemplationis. fol. 163 b.

Exstat inter opera, tom. vii. p. 104.

19. Hugonis de S. Victore liber, seu Soliloquium, de arrha animæ. fol. 164 b.

Inter opera, tom. ii. fol. 104 b.

20. Hymnus, cui titulus est "Jubilus Monachorum." fol. 170.

Incip.

"Cum in nocte video in choro conventum,
Ad laudandum Dominum quemlibet intentum."

21. Excerptum ex RICARDI DE S. VICTORE Soliloquio. fol. 170.

22. Homilia brevis in Evang. pro Dom. 5 post Pascha. fol. 170 b.

23. ÆGIDII [DE COLUMNA, Romani,] Postillæ super Cantica Canticorum. fol. 172.

Incip. " Osculetur; etc. Intentio principalis hujus operis est exprimere mutua desideria."

In fine, " Expliciunt postille super Cantica edite ab Egidio."

24. Anonymi cujusdam liber de cognitione Dei. fol. 189.

Incip. " Triplici, pater reverende, existente gaudio novi seculi."

25. [HUGONIS DE S. VICTORE de arca morali liber tertius.] fol. 194.

Inter opera, tom. ii. fol. 143 b.

26. Soliloquium ad Salvatorem. fol. 197.

Incip. " Verbum mei est ad te, o princeps seculorum, Christe Jhesu."

In fine est tabula contentorum voluminis, et postea, " Statio hujus libri est in quarta sede a latere canalis; Iste liber est monasterii caritatis."

In initio codicis inveniuntur grammaticalia quædam ex codice altero desumpta.

53.

Codex membranaceus et chartaceus, in 4to minori, ff. 136, sec. xv.; quoad partem posteriorem, anno 1466 manu Kmilli de Lunardis scriptus.

1. Expositiones evangeliorum et epistolarum, quæ in ecclesia leguntur per anni circulum. fol. 1.

Incip. " Cum appropinquasset, etc. Notandum quod evangelium istud deservit duabus dominicis."

In fine, Mala viginti, quæ veniunt ex familiaritate bicocarum et mulierum.

2. " ALBERTI MAGNI in opere vero libellus, qui Semita Recta appellatur." fol. 49.

In fine, " Explicit semita recta Suante Alberti Magni, cum aliquibus aliis rebus valde necessariis ad artem per me Kmillum de Lunardis de Pisauro anno Domini m.cccc.lxvi."

3. Præscripta alchymica varia. fol. 86 b.

Tit. i. " Capitulum nobile de Marte."

4. Liber practicus GEBERIS, philosophi regis Persarum, de investigatione perfecta magisterii; omisso prologo. fol. 101 b.

In fine, " Explicit Geber de investigatione perfecti magisterii."

5. Quoddam notabile de practica fratris ROGERI [Parmensis] in opere lapidis. fol. 112 b.

Tit. i. " De Sulphure."

6. " Epistola RENALDI transmissa summo Pontifici" de rebus chymicis. fol. 117.

Incip. " Scias, fili carissime, quod in omni re quæ sub celo est, creata sunt quatuor elementa."

7. Expositio quorundam vocabulorum alchymicorum. fol. 129 b.

In calce, " Finis hujus parvi libelli totius artis per me Kmillum de Lunardis, anno Domini m.cccc.lxvi. die xiiii. Mai ante diem ascensionis Domini."

Sequuntur præscripta alia, manu diversa.

In calce codicis, " Liber mei Kmillis de Lunardis de Pisauro."

54.

Codex membranaceus, in folio minimo, ff. 170, sec. xiv. exeuntis.

1. Anonymi compilatio de ritibus variis ecclesiasticis ex patribus et conciliis collecta. fol. 1.

Incip. " De sacramentis ecclesiæ ex dictis Gregorii Papæ, De sacramentis ecclesie loquimur; prius ipsa sacramenta ponamus."

Ult. cap. est, " Ex dictis Augustini," et desin. " ut ad eternam ejus gratiam et misericordiam possimus pervenire; Ipso adjuvante," etc.

2. Auctoritates ex Testamento Novo de virtutibus Christianis etc., in capita sexaginta tria distinctæ, cum capitulis præmissis. fol. 97.

Tit. i. " De fide."

Incip. " Est autem fides sperandarum substantia etc. In hac enim testimonium."

Desin. ult. " De prophetis," " sed quod animale est, deinde quod spirituale est."

55.

Chartaceus, in 4to minori, ff. 157, sec. xv. ineuntis.

Expositiones super evangelia per totius anni circulum.

Incip. "Dominica prima de adventu. Erant signa, etc. Luc. 21. Communis hujus seculi habet consuetudo."

Sequuntur post Dominic. post Pentecosten xxiv., manu altera scriptæ, expositiones aliquot super evangelia pro diebus quibusdam festis.

56.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 80, sec. xv.; olim Joannis Barbi Protonotarii, postea anno 1471 Marini Bocho de Venetiis.

1. Eusebii ad Damasum, episcopum Portuensem, epistola de laudibus S. Hieronymi, in capita plurima distincta. fol. 1.
2. Augustini ad Cyrillum de eodem Hieronymo epistola. fol. 39 b.
3. Cyrilli epistola ad Augustinum de miraculis S. Hieronymi. fol. 46 b.

Exstant epistolæ tres supradictæ inter opera, tom. v. col. 449, *seqq.*

In calce, "Iste liber est domini Marini Bocho de Venetiis, emptus a magistro Johanne Fabro pro pretio undecim librarum pecunie numerate sexto die Octobris 1471, in vigilia sancte Justine et in ecclesia ejusdem."

Postea, "Iste liber est meus Johannes Barbus protonotarius apostolicus et sedis apostolice Romane curie per manus Pontificis. Papa Sixtus quartus."

57.

Membranaceus, in 4to, ff. 95, sec. xii. ineuntis.

S. Gregorii Papæ I., cognomento Magni, liber, qui dicitur, De pastorali cura, in partes quatuor distinctus, cum prologis.

Tit. "Liber regulæ Pastoralis sancti Gregorii Papæ, scriptus ad Johannem episcopum" (Ravennatem.)

Exstat impress. inter opera, tom. ii. col. 1.

Præmittitur, "Glosa Pastoralis curæ."

Incip. "Antiqui moris fuit consuetudo, quæ et usque hodie in Romana ecclesia."

58.

Membranaceus, in 4to, ff. 135, sec. xv., binis columnis exaratus; olim monasterii S. Bartholomæi de Venetiis.

Thomæ Aquinatis in Petri Lombardi sententiarum librum tertium commentarii.

Consentiunt cum edit. Venet. 1593, tom. iii. part 2.

59.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 50, sec. xii.; olim ecclesiæ cathedralis Regii.

1. S. Prosperi de gratia et libero arbitrio ad Rufinum epistola. fol. 1.

   Exstat impressa inter opera, ed. Bassani, 1782, tom. i. p. 55.
2. Ejusdem Responsiones ad Capitula Gallorum, cum præfatione. fol. 12 b.

   Ibid. tom. i. p. 115.
3. Ejusdem Responsiones ad Capitula Vincentianarum Objectionum, cum præfatione. fol. 29 b.

   Ibid. tom. i. p. 128.
4. Ejusdem Responsiones ad excerpta, quæ de Genuensi civitate sunt missa. fol. 38.

   Ibid. tom. i. p. 136.

60.

Membranaceus, in 4to, ff. 149, sec. xv., binis columnis exaratus; olim "...... patrum commorantium in .... burgo Post...... civitatis, ... quem D. Adeodatis Vinc. ex patris sui pecuniis emptum donavit," cui notitiæ subjicitur, "quorum pro utriusque anima, qui sint lecturi preces fundant ad Dominum."

S. Bonaventuræ super sententiarum librum quartum commentarii, cum capitulis posthabitis.

Consentiunt cum edit. Rom. tom. v. part. 2.

In initio et fine codicis adjecit manus recentior notulas quasdam theologicas, parvi momenti.

61.

Membranaceus, in 4to, ff. 65, sec. xv.; anno scilicit 1467 binis columnis exaratus.

1. S. Isidori Hispalensis episcopi, de Summo Bono sive sententiarum libri tres. fol. 1.

   Exstant inter opera, 1617, p. 414.

   In fine, "Explicit die primo Decembris 1467. Explicit liber beati Isidori Ispalensis archiepiscopi de summo bono."
2. Ejusdem, ut fertur, libellus de institutione bonæ vitæ, ex Isidori sententiis, ut videtur, plerumque confectus. fol. 50 b.

   Tit. "De institutione bonæ vitæ."

   Incip. "Dilecte fili, dilige lacrimas, noli diferre eas."

In fine, "Explicit liber Isidori archiepiscopi Ispalensis de institutione bone vite."

Cf. cod. infr. 62, fol. 9 b. ubi tribuitur S. Augustino.

3. Ejusdem Synonimorum libri duo, cum argumento. fol. 52 b.

Exstant inter opera, p. 216.

In fine est exhortatio anonymi ad legendum et transcribendum libros Isidori supradictos.

Incip. "In cujuscunque manibus libellus iste venerit, rogo et cum grandi humilitate supplico."

62.

Volumen partim chartaceum et partim membranaceum e codicibus pluribus confectum, ff. 387, sec. xv.; olim "liber sancti Ludovici."

1. Homilia in lectionem Evangelii istam, "Egressus Jesus secessit in partes Tyri et Sidonis." fol. 1.

Incip. "Relictis calumniatoribus intrat fines."

2. Bernardi, sive cujuscumque sit, Scala claustralium, sive de modo orandi. fol. 2 b.

Tit. "Tractatus utillimus super modo contemplandi, qui dicitur, Scala claustralium, edictus a beato Bernardo."

Exstat inter Bernardi opera, tom. ii. col. 311, Guigoni tributa.

3. Bernardi, ut fertur, epistola de moribus et honesta vita. fol. 7 b.

Exstat inter opera, sub tit. "Formula honestæ vitæ," tom. ii. col. 794.

In fine, "Explicit epistola beati Bernardi de moribus et honesta vita."

4. "Sermo beati Augustini de moribus et honesta vita." fol. 9 b.

Incip. "O dilecte fili, dilige lacrimas noli differre eas."

Cf. supr. cod. 61, fol. 50 b. quo Isidoro tributus est.

5. Meditatio pia, sic inscripta "Carnem contra Spiritum per contemplationem elevatum conquerentem, immo potius contra Christum animam elevantem asculta." fol. 10 b.

Incip. "Inquid caro, Tibi Deo patri justo ac misericordie infinite."

6. Servi cujusdam Dei venerabilis, epistolæ tres ad filiam, quæ incip.

a. "Suscepi filia carissima in Christo litteras tuas." fol. 11 b.

b. "Hortor te, filia mea, in fide et castitate." fol. 13.

c. "Sepe et multum te rogavi amatissima in Christo. fol. 15.

7. Homilia in lectionem Evang. istam, "In illo tempore Maria stabat. fol. 20.

Incip. "In presenti sollempnitate locuturus auribus vestre caritatis."

8. Sermo in istud, "Mirabilia opera" etc. Ecclus. xi.; *Italice*. fol. 25.

Incip. "Dise la santa scriptura che le opere de solo l' altissimo."

9. "Predica nel di de la conception de la Dona," in istud, "Tu formasti me" Ps. 138. *Italice*. fol. 31 b.

Incip. "Dilletissimi, in Christo Yhesu, Queste parole del propheta."

10. "Predica nel di de Sancta Agniese," in istud, 'Qualis es dilectus tuus;' Cant. Cant. *Italice*. fol. 36.

Incip. "Dilectissimi et amantissimi in Christo Yhesu, le parole paralegate a le vostre charita."

11. "Predica facta nela dominica che se mete el vangelio de la noce, fata par domino Paulo da la Krita," in istud, 'Et die tercia nupcie,' etc. *Italice*. fol. 39 b.

Incip. "Dilectissimi et amantissimi in Christo Yhesu, le parole paralegate a le vostre charita sono del glorioso evangelista Jovani."

12. "Predica fata nela domenega de la quinquagessima, par do. Paulo da la Charita," in istud, 'Quid tibi vis faciam.' *Italice*. fol. 43.

Incip. "Dilletissimi, etc. le parole paralgate alle vostre venerabille charita originalmente sono."

13. "Predica nel di de la nativita, fata par do. Paulo da la Carita," in istud, 'Evangelizo vobis gaudium" etc. *Italice*. fol. 47 b.

Incip. "Dilectissimi, etc. La parole sopra alegate a le vostre charita sono del glorioso Luca."

14. "Predica fata nel di de Sancto Stephano primo martire," in istud, 'Parvulus natus est nobis.' *Italice*. fol. 56 b.

Incip. "Dilletissime anime nuy contemplaremo sopra le predite."

15. "Epistola facta per do. Polo de la Charita," in istud, 'Stantes erant pedes nostri in atriis,' etc. *Italice.* fol. 60.

Incip. "Amantissime quanto figliole nel unico spirito del amantissimo Yhesu."

16. "Predica nela dominica fra lotava de la nativitade," in istud, 'Et gratia Dei erat in illo.' *Italice.* fol. 62 b.

Incip. "Sopra le qual parole vederemo."

17. "Una devota predica" in istud, 'Mihi autem adhærere Deo bonum est.' *Italice.* fol. 65 b.

Incip. "Sopra lequal parole contempleremo quatro cose."

18. "Una devota predica" in istud, 'Sapientia edificavit sibi domum.' *Italice.* fol. 68 b.

Incip. "La predicta parola e del sapientissimo Salamone."

19. "Sermo in laudem beatæ Mariæ Magdalenæ, editus per P[aulum?] peccatorem. fol. 70.

Incip. "Hodie fratres karissimi illius sanctissime Marie Magdalene."

20. Exhortatio ad sacram Christi communionem, in capitula octodecim distincta. fol. 72 b.

Tit. "Devota exortacio ad sacram Christi communionem."

Incip. "Vox Christi: Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis."

21. Capitula varia ex regula quadam vitæ desumpta de virtutibus Christianis, etc. fol. 83.

Tit. 1. "De [sacramento] corporis Christi, cap. lxvi."

Incip. "De sacramento corporis Christi panis et vinum transubstantialiter."

Scriptores, qui citantur, sunt, P. Lombardus, Augustinus, Bernardus, Hieronymus, Isidorus, Gregorius, Hilarius, etc.

22. Passio sanctæ Veneræ. fol. 93.

Incip. "Dum gentilitas errore ydolorum foret detenta."

In fine, "Explicit passio sanctissime Venere."

23. De vita et actis S. Magni Altinensis. fol. 96 b.

Incip. "Almus confessor beatus Magnus, natione Altinensis, a primevo etatis sue."

24. "De la ystoria e de la passion de sancta Berinit." fol. 98.

Incip. "In quegli di era uno imperador che nomena Bacinio loqual avena una sola fiola."

25. "Miracolo d'una dona che per aver fiolo impromete quelo ad dymonio." fol. 106 b.

Incip. "El se leçe che uno grande conte avena una et sua mogler."

26. Narratio de filia Regis cujusdam Franciæ bellissima. fol. 110.

Incip. "El se leçe che lo Re de França havena una bellissima."

---

27. Florilegium, sive liber auctoritatum de variis ex S. Scripturis, Patribus et Ethnicis quoque scriptoribus collectus. fol. 116.

Incip. "Bernardus in libro de consideratione. Unitas in Deo duplex est."

In margine fol. 116 inferiori sunt versus isti,

"Ortulus iste parit fructum cum flore favorem;
Flos et fructus emunt, hic nitet ille sapit."

In fine libri, Laus Deo; Amen. Completum per me do. Jo. M. P. die penultimo Augusti 1480, regnante domino nostro Papa Sisto ordinis minorum. Ego sum domini Petri Nani Veneti, canonici regularis S. Augustini."

28. Auctoritates, præcipue ex Aristotelis operibus et in eadem commentatoribus, additis nonnullis ex Seneca et Boethio. fol. 206.

Tit. "Incipit prologus de propositionibus universalibus Aristotilis."

Incip. "Alexander Magnus rex fertur magistrum habuisse acutissimum."

In fine, "Expletum fuit hoc opus die 21 Septembris 1480, hora 22° regnante in sede apostolica domino domino nostro pontifice papa Sixto ij. Ego sum D. Petri Nani Veneti Canonici R. ordinis Sancti Augustini de observantia."

Sequitur tabula capitulorum totius operis prædicti.

29. Excerpta ex Antonino Florentino, Dionysio, Leone Papa, Artesano Astensi, aliisque de diversis. fol. 250 b.

Incip. "Dionisius; affirmationes in divinis sunt incompacte negationes."

30. Sententiæ ex scriptoribus variis, tam ecclesiasticis quam ethnicis desumptæ; *manu recentiori.* fol. 278.

---

31. S. Isidori Hispalensis de summo bono sive Sententiarum libri tres, cum tabula alphabetica posthabita. fol. 284.

Tit. "Isydorus de summo bono, aliter liber sententiarum beati Isydori, secundum Gratianum."

Exstant inter opera. edit. 1617, p. 414.

32. Isaaci Syri [liber de contemptu mundi,] cum tabula capitulorum annexa. fol. 348 b.

Exstat impress. in Max. Bibl. Pat. ed. Lugd. 1677, tom. xi. p. 1019.

In calce,

"Finito libro, sit laus et gloria Christo."

63.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 229, sec. xiv. exeuntis.

Jacobi de Voragine, ord. Prædicatorum, Sermones quadragesimales.

Tit. "Incipiunt sermones quadragesimales compilati [*deinde manu recentiori*] per reverendum dominum fratrem Jacobum de Voragine, ordinis prædicatorum."

Exstant impress. ed. Paris. 1500.

Præmisit bibliopegus membranam unicam, in qua fragmentum est homiliæ, ut videtur, in die S. Johannis Baptistæ, sec. xi. exaratum.

64.

Membranaceus, in 4to minori, ff. 161, sec. xv.; initio mutilus.

1. Tractatus "de bono mortis;" initio mutilus. fol. 1.

Desin. "quoniam ipse est plenitudo Divinitatis et ipse est decus, gloria et perpetuitas a seculis et nunc et semper," etc.

In fine, "Explicit de bono mortis."

2. Ricardi de S. Victore Annotatio in Psalmum cxviii., cum epistola ad Hugonem præmissa. fol. 8.

Exstat annotatio impressa inter opera, 1650, p. 462, col. 2.

Incip. epist. "Sanguine cognato, sanctitate domino dilecto suo Hugoni."

3. "Scala xv. graduum, quibus pervenitur ad culmen perfectionis animæ; secundum Basilium. fol. 10 b.

Incip. "Quindecim gradibus pervenitur ad perfectionem."

4. "Sermo beatissimi Bernardi de virtutibus psalmorum." fol. 11.

Incip. "Omnis scriptura divinitus inspirata utilis est."

5. "Sermo Sancti Fulgentii episcopi in Nativitate Domini. fol. 12.

Incip. "Cupientes aliquid de hujus diei sollennitate narrare."

6. Leonis Papæ Magni ad Flavianum epistola de incarnatione Domini. fol. 13 b.

Desinit cum verbis "primam erga nos," in edit. 1675, tom. i. p. 481, l. 11.

7. Ejusdem Leonis, ut feruntur, Sermones viginti unus de diversis. fol. 17.

Tit. i. "De ascensione Domini sermo Sancti Leonis Papæ."

Incip. "Salvator noster, dilectissimi fratres, ascendit in celum, non ergo turbemur."

Cf. Augustin. opera tom. v. app. num. 177.

8. Origenis homilia in istud, 'Egressus Jhesus secessit in partes Tiri et Sindonis.' fol. 43.

Incip. "Multe sunt tempestates et inquietudo aeris."

9. Ejusdem Origenis in istud, "Cum esset desponsata mater Jhesu Maria Joseph" etc. fol. 49 b.

Incip. "Cum desponsata esset mater ejus Maria Joseph. Quid fuit necessitas, ut desponsata esset."

10. Anonymi cujusdam de passione Dominica Sermones quatuor. fol. 53.

Incip. i. "Inter omnia, dilectissimi, opera misericordie Dei, que ab inicio saluti."

11. Tractatus de usu verborum, 'ascendere et descendere' in Scripturis. ff. 60—62 b., 159.

Incip. "Observandum est nobis sanctas scripturas legentibus, quomodo in singulis."

12. S. Bernardi tractatus de interiori domo, sive de conscientia ædificanda, absque præfatione. fol. 63.

Exstat inter opera, tom. ii. col. 335.

In fine, "Explicit libellus de conscientia beati Bernardi Clarevallis abbatis."

Sequuntur,

"Sunt tria que vere . me faciunt sepe dolere;
Est primum durum . quia scio me moriturum;
Secundum dando . quia tempus nescio quando;
Tercium dolebo . quia nescio ubi manebo.
Est homo res fragilis . et durans tempore parvo,
Et merito similis . qui crescit in arvo."

13. [S. Anselmi] Exhortatio ad animam Dei sanguine redemptam. fol. 74.

Incip. "Anima Christiana, anima de gravi morte suscitata.

Exstat inter opera, ed. 1721, p. 221.

In fine,

"Ovum fedatum . gignit pullum reprobatum,
Causatum perimit causa perempta suum,
De exemplari incorrecto scribit scriptor incorrecte."

14. Bernardi tractatus de Deo diligendo ad Aimericum, eccl. Rom. diaconum. fol. 77 b.

Exstat inter opera, tom. i. col. 583.

In fine, "Explicit libellus de diligendo Deo beati Bernardi de Burgundia abbatis Clarevallis, ordinis Cisterciensis."

15. Homilia in Lect. Evang. in istud, "In illo tempore Maria stabat," etc. auctore, ut fertur, ORIGENE. fol. 93.

Incip. "Audimus, fratres Mariam, ad monumentum foris stantem."

In fine, "Explicit omelia Origenis."

Sequuntur,

"Perfidus aspiciat Petrum sic predo latronem,
Crudelis Paulum, quem pungit cura Matheum,
Zacheum cupidus immundus carne Mariam;
Hoc Deus exemplum mundo concessit habendum,
Ut post delictum redeat peccator ad ipsum."

16. Homilia in istud, "In illo tempore videns turbas Jhesus," etc. fol. 99 b.

Incip. "Miserator et misericors Dominus, fratres karissimi, videns afflictionem."

In fine,

"Carmina scribuntur . Domino præconia dentur
Scriptoris dextra . salvetur intus et extra.
Omelya, etc."

17. "Registrum secundum ordinem alphabeti," sive "Tabula super Canticis Canticorum devotissimi doctoris sancti BERNARDI, abbatis in Clara Valle." fol. 104.

Incip. "Abduci ab oratione; sermone 10."

18. HUGONIS DE S. VICTORE Soliloquium de arrha animæ, cum prologo. fol. 133.

Inter opera, tom. ii. fol. 104.

In fine, "Explicit tractatus Hugonis de Sancto Victore intitulatus de arra sponse."

19. BERNARDI ad Henricum, archiep. Senonensem, tractatus de moribus et officio episcoporum. fol. 146.

Desinit cum verbis, "Episcopis, quam universitati;" inter opera, tom. i. col. 476, l. 5.

In fine,

"Si doctor nobis animarum semina spargit,
A nobis quæ sunt corporis ille metat;
Sunt in presbytero doctrina, fides, bona vita,
His quicunque caret non dicitur esse sacerdos;
Clericus indoctus quamvis sit corpore castus,
Cessat ab officio, nisi sit bene dogmate pastus;
Clerus in ecclesia quatuor sciat esse tenenda,
Grammaticam, neuma, jus kanonis atque kalendas."

65.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 156, sec. xv. exeuntis, manu Gabrielis de Roma, binis columnis exaratus; olim "de S. Maria di Angeli de Murana," in Venetiis: utrimque mutilus.

S. GREGORII Papæ Dialogorum libri quatuor, *Latine* et *Italice* interpretati.

In initio sunt plura *Italice* scripta de codicis contentis.

In fine versionis Italicæ, "Explicit liber dyalogy sancti Gregorii Pape, oretur pro me indignissimus presbiter Gabriel de Roma, qui hunc scripxi amore Yhesu Cristi;" et in margine, "1426 et quinta decima Julii."

66.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 96, sec. xiii.; binis columnis nitide exaratus.

HUGONIS DE S. VICTORE de sacramentis fidei liber secundus, cum prologo.

Exstat inter opera, tom. iii. fol. 264 b.

In fine, "Expliciunt sentencie magistri Hugonis de novo Testamento."

67.

Chartaceus, in 4to minori, ff. 93, sec. xv.

1. [ANTONINI FLORENTINI?] liber, qui dicitur, Lumen Confessorum. fol. 1.

Inscribitur, "Ad honorem sanctorum et individue Trinitatis beate Virginis Marie ac gloriosi sancti Hyeronimi incipit Lumen Confessorum."

Incip. "Lumen penitentiariorum seu confessorum ad revelationem gentium fidelium."

Desin. "Et sic pro hoc lumine confessorum ipsi confessores et domini mei ac fratres et socii Romane curie minores penitentiarii, quibus præsentem tractatum, corigendum et scribendum, ac per ipsos legendum et sciendum offero, et queri poterunt sufficienter et optinere et scire, confessiones peccatorum audire et a peccatis penitentes absolvere, et eis penitentias salutares injungere, et hos inluminare, qui in tenebris;" etc.

2. [Ejusdem?] de Absolutione capitulum. fol. 58 b.

Incip. "Absolutio primo communiter; De absolutione et ab excommunicatione."

3. Ejusdem tractatus de restitutionibus. fol. 64 b.

Exstat in Summ. Theol. part. ii. K. 2.

Sequuntur tituli de Cambia, de Decimis et de officio divino, eodem forsan auctore. ff. 88, 89, 90 b.

In calce, "Explicit liber iste;
Finito libero . referamus gratia Cristo."

68.

Chartaceus, in 4to minori, ff. 110, sec. xv.

ISIDORI, Hispalensis episcopi, Differentiarum liber, cum indice alphabetico posthabito.

Tit. " Hysidori Junioris Spalensis episcopi differentiarum codex."

69.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 80, sec. xiv.; quoad partem posteriorem binis columnis exaratus.

1. Homilia in istud, 'Pater tuus et ego dolentes querebamus,' etc. fol. 1.
   Incip. " In verbo proposito mistice."

2. Homilia in 'Omnis homo primum bonum vinum ponit' etc. fol. 1 b.
   Inc. " In verbis propositis duo spiritualiter."

3. " Sermones domini episcopi BERNARDI Papiensis" triginta quatuor pro diebus dominicis variis et festis. fol. 2.
   Incip. 1. " De adventu. Salvatorem expectamus Dominum nostrum."

4. Sermones duo in ista, 'Vos estis lux mundi,' et 'Simile est regnum cæli homini negotiatori.' fol. 17 b.
   Incip. 1. " Radii sol lucere ergo debetis."

5. Sermones viginti quinque de diversis. fol. 19.
   Incip. 1. " In epiphanya Domini. Cum natus esset Jesus in Bethleem etc. Cum Creator omnium, fratres."
   Defic. ult. 'De resurrectione' a verbis, 'redemptoris sui sanguinem.'

6. " De vitiis in genere, De gula, De ebrietate, De remediis gulæ, De luxuria," etc. fol. 59.
   Incip. " Generaliter omne peccatum fugiendum, quia demonibus placet, Deo displicet, homini nocet. Primum patet per hoc, quia dyabolus semper homines temptat."
   Desin. " Desidera simplex bonum, quod est omne bonum et satis est, etc. Deo gratias."

70.

Membranaceus, in 4to minori, ff. 91, sec. xv.; manu, ut videtur, Francisci de Puppio exaratus.

1. EUSEBII ad Damasum epistola de Hieronymi morte. fol. 1.

2. AUGUSTINI ad Cyrillum epistola cum CYRILLI epistola amœbæa de ejusdem miraculis. fol. 38.
   Exstant epp. tres supradictæ inter opera, tom. v. col. 449, *seqq.*

3. Alia de miraculis S. Hieronymi. fol. 83.
   Incip. " Sciendum est, quod moderno tempore in Apulia in provincia Capitanate."

4. Officium S. Hieronymi. fol. 87.
   Incip. " Sancti Ieronymi clara preconia a nisu animi promat ecclesia."
   In fine, " Sic dicit Franciscus de Puppio."

71.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 132, sec. xv., binis columnis exaratus; olim monasterii S. Bartholomæi de Vincentia?

THOMÆ AQUINATIS, sive DE AQUINO, super Lombardi Sententiarum librum secundum commentarii.

Inserta est in medio voluminis tabula capitulorum distinctionum.

72.

Chartaceus, in 4to minori, ff. 109, anno 1474 manu Basilii Veneti descriptus.

S. HIERONYMI in Matthæum commentarii, cum prologo.

Exstant inter opera, tom. iv. p. 2.

In fine, " Laus Deo ejusque Marie matri, beatissimoque Yheronimo nostro, per me Basilium Venetum expletum hora tercia die xxv. Maii 1474."

Sequuntur regulæ de moribus in mensa observandis, inscript. " Præsenti epistola mores et actus admodum facetos (*sic*) in mensa maxime urbana tenendos ascribuntur.

Incip. " Primo manus lavare donec aqua clarescat, et supra manus lavantium tuas non apponas."

73.

Chartaceus, in 4to, ff. 7 et 205, sec. xv.

1. Tractatus de censuris et excommunicationibus et primo de majori, secundum magistrum ANTONINUM, archiepiscopum Florentinum, et de suspensione ac interdicto. fol. 1.
   Impress. exstant, in Summ. Theol. part. iii. titt. 24—26.

2. Ejusdem de Irregularitate titulus. fol. 102.
   Exstat ibid. tit. 27.

3. Ejusdem tractatus de Matrimonio. fol. 118 b.
   Ibid. sed omissis pluribus, tit. i.

4. Ejusdem de Simonia titulus. fol. 170.
   Ibid. part. ii. tit. i. cap. 5.

5. Ejusdem de ornatu mulierum tractatus. fol. 192 b.
   Incip. " Queritur primo, utrum ornatus mulierum secundum morem patriæ."

6. Bartholomæi de Valmarana consilium. fol. 198 b.
Incip. "Quidam volens vendere domum vel fundum, convenit cum emptore."

7. "Declaratio quorundam vocabulorum Juris." fol. 204 b.
Incip. "Usufructus est jus utendi et fruendi rebus alienis."

74.

Codex chartaceus, in 4to, ff. 4 et 223, sec. xv.

1. Antonini, archiep. Florentini, Summula confessionum, præviis capitulis. fol. 1.
Consentit cum edit. Lugd. 1564, quoad initium et finem, pp. 3—392.
Tit. "Summula brevis de confessione beati fratris Antonini de Florentia, de ordine predicatorum, archiepiscopi Florentini; Quæ summula etiam Interrogatorium nuncupatur."
In fine sunt tituli de excommunicationibus varii.

2. Ejusdem de Restitutionibus tituli abbreviatio. fol. 207.
Cf. Sum. Theol. part. ii. tit. ii. cap. 2.

3. De decimis titulus. fol. 220 b.
Incip. "Quia confessores debent facere conscientiam confitentibus."

4. Quando quis in foro divino obligetur solvere vectigalia, titulus. fol. 222 b.
Incip. "Ad hoc quod aliquis in foro divino."

75.

Membranaceus, in 4to minori, ff. 42, sec. xiv.; binis columnis exaratus.

Bernardini de Senis, Ord. Min., tractatus sive sermones de restitutionibus.
Exstant impressi inter opera, Paris. 1636, tom. i. p. 182.
In fine, "Explicit tractatus de restitutionibus secundum gloriosum et sanctum Bernardinum de Senis, ordinis Minorum, Deo gratias; Amen."

76.

Membranaceus, in 4to minori, ff. 106, sec. xiv.

Thomæ Aquinatis opuscula varia; scilicet,

1. De articulis fidei et de sacramentis ecclesiæ. fol. 1.
Exstat inter opuscula, Venet. 1587, p. 109.

2. De unitate intellectus contra Averroistes. fol. 7.
Ibid. p. 175.

3. De principiis naturæ. fol. 21 b.
Exstat inter opuscula, 1587, p. 366.

4. De forma specifica, sive de occultis operibus naturæ. fol. 25.
Ibid. p. 378.

5. "De operationibus naturæ sive de ydeis," potius de Angelorum natura. fol. 27.
Ibid. p. 155.

6. De motu cordis. fol. 49.
Ibid. p. 380.

7. De adventu Christi, in istud, "Tunc videbitis filium hominis.' fol. 50 b.

8. Epistola ad ducissam Brabantiæ. fol. 63.
Ibid. p. 341.

9. De memoria et reminiscentia. fol. 65.

10. Contra errores Græcorum. fol. 67 b.
Inter opuscula, p. 5.

11. "De mistione elementorum, Ad magistrum Johannem de Castro celi." fol. 84 b.
Ibid. p. 377.

12. De verbo. fol. 85 b.
Ibid. p. 152.

13. De judiciis astrorum. fol. 89.
Ibid. p. 357.

14. De ente et essentia. fol. 89 b.
Inter opera, tom. iv. in calc. metaphysic.

15. De operatione intellectus. fol. 97.

16. De æternitate mundi. fol. 98.
Inter opuscula, p. 358.

17. De sortibus, ad dominum Jacobum de Burgo. fol. 100 b.
Ibid. p. 352.

77.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 67, sec. xv.

1. Francisci de Mazona, sive de Mayronis, Galli, Compendium librorum S. Augustini de civitate Dei, cum tabula alphabetica annexa. fol. 1 b.
Exstat impress. Venet. 1489, cum Thomæ Anglici in eosdem commentariis.
In calce, "Finis adest operis, cognoscat mihi Deus meus Jhesus Christus, quoniam in hoc deviavi."
Præfigitur tabulæ, "Post flores et veritates redactas, et argumenta et documenta ex veritatibus ipsis conclusa et ellicita subtiliter a doctore, sequenti tabula tam florum quam

documentorum et argumentorum ordinata secundum ordinem alphabeti, in qua tabula ponitur duplex numerus, quorum [primus] libros significat secundus autem veritatibus applicatur."

2. C. Lactantii Firmiani de opificio Dei, sive de formatione hominis. fol. 52 b.

78.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 48, sec. xv. ineuntis.

Gregorii Papæ Magni Liber Pastoralis, ad Johannem, episcopum Ravennatensem, cum titulis uniuscujusque partis præmissis.

Præfigitur "In nomine sancte et individue Trinitatis Patris et Filii et Spiritus Sancti, incipit liber Pastoralis beati Gregorii Pape ad Johannem Ravennatensis urbis episcopum, et dicitur Pastoralis, ideo quia est de Prelatorum et rectorum officio, qui Pastores dicuntur."

In calce,

"Finito libro, sit laus et gloria Christo,
Qui dedit expleri . laudetur mente fideli. Amen."

79.

Membranaceus, in 4to, ff. 393, sec. xv.; binis columnis exaratus.

Gregorii Papæ Magni Moralium in librum Job libri novendecim priores, ad Leandrum coepiscopum.

Tit. "Moralia edita a beato Gregorio papa in libro Job."

In fine, "Explicit liber Moralium beati Gregorii Pape super Job xviiii."

80.

Membranaceus, in 4to, ff. 35, sec. xv.; olim monasterii S. Bartholomæi apud Vicentiam, ex dono Bartholomæi de Valmarana, juris utriusque doctoris.

1. S. Augustini de spiritu et anima liber. fol. 2.

Exstat inter opera, tom. vi. app. col. 35.

2. Ejusdem "Sermo convincentis Judæis multis testimoniis, qui Cristi adventum negabant." fol. 27.

Ibid. tom. viii. app. col. 15, G. 1.

3. "Basilii philosophi et sacri doctoris Græci ad Gregorium Nazianzenum de vita solitaria epistola, traducta in Latinum, per Ambrosium [Traversarium] monachum Florentinum." fol. 31.

Incip. "Agnovi litteras tuas, ut ii qui amicorum."

Cf. Mehus præfat. p. cccxc. et epp. lib. vi. ep. xi.

81.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 197, sec. xv.; binis columnis exaratus.

1. Antonini, archiep. Florentini, Tractatus de censuris, sive de excommunicatione, etc. fol. 1.

Exstat impress. in Summ. Theol. part. iii. titt. xxiii.—xxix.

In fine, "Expliciunt sex notabilissimi tractatus, videlicet, De excommunicationibus, minoribus, majoribus, interdictis, suspensionibus, irregularitatibus ex quacunque causa contractis, et penis, quæ contrahuntur ob defectus contractos in supradictis tractatibus, compositi per reverendum dominum Antoninum ordinis Prædicatorum de observantia archiepiscopum Florentinum."

Sequuntur capitula.

2. Viginti dubia edita et decisa per eundem Antoninum. fol. 100 b.

Prima est, "Si quis potest habere columbariam in comitatu, vel si tenetur restituere vel destruere."

3. Quædam conclusiones et decisiones quorundam dubiorum in foro conscientiæ collectæ per eundem Antoninum. fol. 104.

Dubium primum, "Utrum secularis extra suam diocesim constitutus tempore communionis possit confiteri, absolvi et communicare in locis ubi se invenerit pro tunc."

4. [Ejusdem de Usuris tractatus] præmissa Thomæ de Aquino ad fratrem N. epistola. fol. 111 b.

Exstat tract. in Sum. part. ii. tit. i. cap. vii. § i—xlvi.

Incip. epist. "Recepi litteras vestras cum quibusdam casibus, super quibus electi Capuani."

5. Ejusdem de Cambiis tractatus. fol. 128.

Ibid. part. ii. tit. i. cap. vii. § xlvii.—xlix.

In codice quædam fini subjiciuntur in editione impressa haud inventa.

6. Titi de Novellis de Ferraria, ord. Canon. Reg. S. Augustini, Tractatus de exigentibus datia et gabellas a personis ecclesiasticis et religiosis, utrum sint excommunicati, ad dominum Christoforum Verlato, Jur. Civ. doctorem. fol. 130.

Incip. "Petisti a me, generose vir ac mi domine singularis."

Dat. ex monast. S. Joannis de Viridario de Padua, vi. kal. Febr. 1453.

7. Tractatus Restitutionum reverendi magistri Antonini ord. Prædicatorum de observantia archiep. Florentini. fol. 133.

Cf. Summ. part. ii. tit. ii. cap. 2.

8. Antonini tractatus de ornatu mulierum. fol. 142 b.
   Cf. Summ. part. ii. tit. iv. cap. 5. § vii.

9. "Tractatus spectabilis juris utriusque doctoris domini Lanfranci de Orgiano civis Brixiensis de litteris falsis et de datiis." fol. 146 b.
   Incip. "Nota et adverte quod glosa, id est, in capitulo Licet de crimine."
   In fine, "Ita ut supradictum est dico et consulo ego Lanfrancus de Oriano juris utriusque doctor civis Brixiæ in quorum testimonium me subscripsi et sigillavi."

10. Angeli de Periglis, de Perusio, de Socedis sive de Societatibus tractatus, cum præfatione. fol. 154.
   Exstat inter Tractat. Univ. Jur. Venet. 1584, tom. vi. part. i. fol. 130 b.

11. "Tractatus spectabilis ac eximii Decretorum doctoris domini Joannis Andree Bononiensis de sponsalibus ac matrimoniis." fol. 162.
   Exstat ibid. tom. ix. fol. 139.
   In calce, "Explicit brevis sed utilis summula super rubrica de sponsalibus et matrimonio edita per eximium juris Canonici doctorem dominum Jo. Andree, Bononiensem."

12. Ejusdem Joannis [potius Antonini] Tractatus de missa. fol. 168 b.
   Incip. "Missa quottidie in ecclesia celebratur."
   Exstat in Summæ part. iii. tit. xiii. cap. 6.
   In fine quædam ex titulo de Cambiis.

13. Ejusdem Antonini tractatus de Decimis. fol. 183 b.
   Cf. part. iii. tit. iv. cap. 3.

14. Ejusdem de Usuris tractatus. fol. 184 b.
   In Summ. part. ii. tit. i. cap. 6.

15. Canones pœnitentiales. fol. 190.
   In Summ. part. iii. tit. xvii. cap. 21. § 5.

16. "Utrum censuram aliquam incurrat sacerdos absolvendo a peccato." fol. 192 b.

17. "In quatuor casibus, quos tenetur confiteri ante taxatum terminum." fol. 193.

18. Ejusdem Antonini tractatus de divino officio et de horis canonicis. fol. 194.
   In Summ. part. iii. tit. xiii. cap. 4.

82.

Codex chartaceus, in 4to minori, ff. 124, sec. xv.

1. Bernardi, abbatis Clarævallensis, liber de modo bene vivendi ad Sororem, cum prologo. fol. 1.
   Exstat inter opera, tom. ii. col. 815.
   In calce,
   "Facto fine pia . te laudo, virgo Maria;
   Qui legis implora . pro me te deprecor ora;
   Et pro misero scriptore . dic, Domine miserere, super peccatore."
   Sequitur tabula capitulorum.

2. "Regula vivendi in monasteriis edita a beato Ieronimo et missa ad Eustochium Virginem ceterasque discipulas ejus." fol. 92.
   Exstat inter opera, tom. v. col. 421.
   In fine, Tabula capitum.

83.

Codex chartaceus, in 4to minori, ff. 49, sec. xv.

Petri de Alliaco, Cardinalis Cameracensis, de ecclesiastica potestate tractatus, Concilio Constantiensi oblatus anno 1416.
   Exstat sæpe impressus.
   In fine, "Explicit tractatus de ecclesiastica potestate editus a domino Petro de Ayllyaco, Cardinali Cameracensi, datum Constantiæ, de mense Octobris, anno Domini m°.cccc°.xvi. sacro concilio generali ibidem tunc exeunte."

84.

Chartaceus, in 4to minori, ff. 131, sec. xv.; quoad partem priorem anno 1443 descriptus.

1. S. Augustini ad Fratres in Eremo sermones quadraginta octo, cum tabula præmissa. fol. 1.
   Tit. i. "De lingua dolosa."
   Cf. opera, tom. vi. append. col. 305.
   In fine, "Expliciunt ad honorem Dei nostri, Ipsi semper laus, Amen; 1443 in festo Lucie martiris et virginis. Anachorita Ieronimus."
   Postea, "Augustinus migravit ad Dominum anno etatis sue lxxvi. episcopatus vero sui xl. anno Domini cccc°.xlvi."

2. Liber exhortationis beati Augustini ad Julianum comitem. fol. 72.
   Inter opera, tom. vi. app. col. 193.
   In fine,
   "Sit nomen Domini benedictum,
   Ex hoc nunc et usque in seculum,
   A solis ortu usque ad occasum,
   Laudabile nomen Domini.
   Deo semper gratias. Amen."

3. "Libellus de auctoribus plurimorum doctorum et maxime Augustini." fol. 94.
   Incip. "De libro Athanasii de Trinitate. Sacro-sancta Trinitas sciri se tantum voluit.

4. Testimonia de azymo et fermentato. fol. 125.

Tit. "Hec sunt testimonia seu auctoritates sanctorum Doctorum magistrorum apud Græcos in quibus asseritur, quod Salvator noster fecit pasca legale tempore et modo debito, secundum quod præceptum erat in lege et quod corpus suum, quod tradidit discipulis suis de pane azimo fuit."

Incip. ex Chrysost. homil. super Matth. lxxxi., "Primam azimorum ait."

In fine est tabula errorum quadraginta Græcorum.

85.

Codex chartaceus, in 4to minori, ff. 64, sec. xv.; olim domini Philippi, postea Aquilæ, Bilegii.

"Aureola, ex suavissimis salutiferisque floribus gloriosi confessoris atque doctoris Hieronymi adfabre contexta," cum prologo.

Inc. præf. "Fratres carissimi, non queo quem mente concepi ore proferre sermonem."

Inc. cap. 1. "De obedientia. Accipe ergo, fili, doctrinam nostram ea implicitate."

In calce, "Finit aureola sancti Hieronymi feliciter."

Sequitur registrum libri.

86.

Membranaceus, in 4to, ff. 93, sec. xv.

1. Anonymi cujusdam liber, qui dicitur, "Opusculum de pugna spirituali," sive expositiones in lectiones evangelicas, etc. cum tabula annexa. fol. 1.

Inc. "In die cinerum; Dixit Jhesus discipulis suis, etc. Quamvis tota vita nostra dum sumus in via spiritus."

Desin. "omnia recitantur in passione, ut patet; Rogemus igitur crucifixum, etc."

In calce, "Explicit opusculum de pugna spirituali, Deo laus per evum."

2. Tractatus qui intitulatur, Quadraginta duæ mansiones, auctore Michaele de Massa, ord. S. August. fol. 50.

Inc. "Circa quadraginta duas mansiones, quibus filii Israel ambulaverunt per desertum."

In fine, "Explicit tractatus, qui intitulatur, Quadraginta due mansiones, datus per fratrem Michaelem de Massa ordinis S. Augustini; Deo gratias."

3. Expositionis in hymnum "Ave maris stella" fragmentum. fol. 89.

Inc. a verbis, "inventi sunt sicut petierat, Ecclus. xxxvi. Da mercedem Domine."

87.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 247, sec. xv.

1. Joannis Cassiani, diaconi, Collationes xiv. SS. Patrum, cum prologis duobus solitis. fol. 1.

Collat. 1. est Chæremonis abbatis.

Consentiunt, cum opp. edit. Lips. 1733, pp. 395—629.

2. Vita Malchi monachi, auctore Hieronymo; cum prologo. fol. 167.

Exstat apud Rosweyd. de vitis SS. part. 1. p. 93.

3. Smaragdi, abbatis S. Michaelis, liber, qui dicitur, Diadema monachorum, ex Patribus collectum, cum prologo et capitulis præmissis. fol. 171.

Prodiit Antverp. 1540.

Tit. "Liber Abbatis Smaragdi diversarum virtutum, eique nomen Diadema monachorum imposuit, quia sicut diadema gemmis ita et hic liber fulget virtutibus."

Fini subjecit manus recentior,

a. "Bernardus de septem columnis domus conscientiæ erigendis." fol. 244 b.

b. "Nota doctrinam notabilem Baxilii ad acquirendum et habendum cito Dominum." fol. 246 b.

Inc. "Qui vult ad veritatis cognitionem brevi et recto."

c. "Hieronymi ad Theodosium et cæteros anachoritas intrinsecus commorantes." fol. 247.

In calce codicis,

"Nulla fides Renni sociis, omnisque potestas
Impaciens consortis erit."

88.

Membranaceus, in 4to, ff. 253, sec. xi.

1. Hieronymi ad fratres Sunniam et Fretelam epistola de variantibus lectionibus Græcis et Latinis in Davidis psalterio. fol. 1.

Exstat inter opera, tom. ii. col. 626.

2. Kalendarium, monostichis penitus instructum. fol. 22 b.

Monost. 1.

"Jani prima dies et septima fine timetur."

3. Psalterium Davidis, Bedæ in titulos expositione instructum. fol. 46.

Præmittuntur,

a. "Origo prophetiæ Davidis regis." fol. 31.

b. "Dicta Augustini de virtutibus psalmorum." fol. 31 b.

c. "Prologus S. Hieronymi presbyteri." fol. 33.

d. "ORIGENIS dicta." fol. 34.

e. "AUGUSTINI dicta de propria eloquentia psalmorum." fol. 34.

f. "Ejusdem, Quid psalterium, vel Psalmi quare dicuntur." fol. 35.

g. "S. HIERONYMI, de psalterio vel litteris, quæ personarum capita cognoscuntur." fol. 36.

h. "YSIDORUS," de psalterio. fol. 36 b.

i. "Epistola DAMASI Papæ ad Hieronimum presbyterum." fol. 38 b.

k. "Versus DAMASI sancti Papæ ad Hieronimum presbyterum." fol. 39.

l. "Epistola HIERONIMI presbyteri ad Damasum papam." fol. 39 b.

m. "Ejusdem" ad Sofronium epistola. fol. 40.

n. "Qui et quod psalmi quando psalli vel legere possint, Hieronimus scripsit" ad Marcellam. fol. 44.

In fine est psalmus cli., ut fertur idiographus post Goliam victum.

4. Cantica sacra et hymni, symbola tria, Oratio Dominica, Litaniæ et Orationes. fol. 222 b.

89.

Codex chartaceus, in 4to, ff. 184, sec. xv.; binis columnis exaratus.

Anonymi in evangelia et epistolas per anni circulum Homiliæ.

Inc. 1. "Hora est jam vos de somno surgere, etc. Ro. xiii. Videns gloriosus apostolus instare tempus nativitatis Dominice."

In fine est hymnus in S. Augustini honorem.

Inc.
"Augustine lux doctorum. ex fulgente lumine."

90.

Chartaceus, in 4to, ff. 93, sec. xv.

1. Homilia in 2 Cor. xvi. 1. "Scio hominem in Christo." fol. 1.

Inc. "Venerandi in Christo patres et dilectissimi in cathedrali collegio fratres; Paulus apostolus, sol mundi, vas electionis."

2. Anonymi cujusdam in Pauli epist. ad Romanos, capp. i.—v., præviis summa de vita Pauli et summa in epistolam ad Romanos. fol. 2 b.

Inc. vita, "Paulus ex tribu Benjamin natus in oppido Gestali Judææ."

Inc. summ. "Rome fideles erant multi Judei simul atque gentiles."

Inc. comment. "Paulus servus Christi," etc. "Prohemium oratorum more narrationi preponit."

Desinit comment. in cap. v. 12, "voluntarie obnoxieque censentur."

In initio et fine codicis inclusit bibliopegus membranas duas, ex cod. vet., sec. xii. scilicet exarato, desumptas, in quibus describuntur fragmenta vitarum SS. Naboris et Felicis, S. Alexii, et S. Apollinaris.

Exstant impress. apud Surium, ad mens. Jul. dies xii. xvii. xxiii.

91.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 104, sec. xv.

DIONYSII Areopagitæ opera, AMBROSIO Camaldulensi interprete; scilicet,

1. Liber de cœlesti hierarchia. fol. 1.
2. De ecclesiastica hierarchia liber. fol. 21.
3. De divinis nominibus. fol. 50.
4. De mystica Theologia. fol. 89 b.

In fine, "Absolvi Ambrosius peccator Dionysii opuscula in monasterio Fontis Boni xv. kal. April. anno dominice incarnationis m.°cccc.°xxxvi.° indictione xv. emendavi et cum Græco contuli in heremo iii. idus Aprilis; Laus Deo sit semper."

Sequuntur ejusdem DIONYSII epistolæ decem, ut in catal. Bandin. tom. i. col. 345.

Exstant omnia supra memorata, edit. Paris. 1498.

In fine codicis, "Meminit se scripsisse" et reliqua, ut inveniuntur in catal. Bandin. ad loc. cit.

Præmittitur, *manu secunda*, registrum capitulorum omnium in codice tractatuum.

92.

Membranaceus, in 4to, ff. 67, sec. xv.

1. Anonymi cujusdam Carthusiensis, [potius BONAVENTURÆ,] liber, qui dicitur, "Theosophia mistica, sapientia imitiva," cum prologo. fol. 1.

Inc. prol. "Vie Syon lugent eo quod non sit qui vadat ad solennitatem."

Inc. cap. 1. "De tribus viis, que ducunt animam ad timorem Dei. Igitur relicta humana curiositate scientie."

In calce, "Explicit mistica theologia composita per quendam magistrum sacre theologie Cartusiensis ordinis. Deo gratias."

Consentit quoad init. cum tract. intit. "Triplex via Syon," in cod. Arundel. 259, fol. 5.

Exstat inter Bonaventuræ opera, tom. vii. p. 699.

2. "Itinerarium mentis in Deum, secundum Bonaventuram, Ord. Min. fratrem," abbreviatum. fol. 53 b.

Inc. "Ad illuminationem Creatoris nemo intrat etc. Si quis vero per hostium intraverit, ingredietur."

Cf. opp. Bonaventuræ, tom. vii. p. 135, D. 1.

3. Quædam de anima peccatrice a carne soluta, ex Petro Damiano. fol. 54 b.

Inc. "Pensandum est cum jam peccatrix anima a vinculis incipit carnis absolvi."

4. Tractatulus de gradibus munditiæ cordis, in modum dialogi inter senem et discipulum. fol. 56.

Inc. "Dum sederem sub umbra mali punici ac diutius de fructu."

In fine, "Explicit tractatus de gradibus munditie cordis."

5. De regula perfectionis vitæ humanæ dialogus inter senem et discipulum. fol. 57 b.

Inc. "Nunc quæstio in medium proponitur, quam sancti patres longo tempore."

6. Hugonis de S. Victore de arrha animæ libellus. fol. 61 b.

Exstat inter opera, tom. ii. fol. 104 b.

93.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 213, sec. xiv.; binis columnis exaratus.

Liber homiliarum in evangelia per anni circulum.

Inc. 1. "Cum appropinquasset; etc. Dominus ac redemptor noster, fratres karissimi, qui semper est equalis Deo."

94.

Membranaceus, in 4to, ff. 69, sec. xv.; binis columnis exaratus.

1. Bernardi, abbatis Clarævallensis, de consideratione libri quinque ad Eugenium Papam III. cum prologo. fol. 1.

Exstant inter opera, ed. Bened. 1690, tom. i. col. 407.

2. Sermones tres, forsan ex eodem. fol. 37 b.

Inc. i. "Venite ascendamus ad montem," etc., Intentiones, cogitationes, voluntates, affectiones."

Inc. ii. "Magna res est amor quo anima per semetipsum fiducialiter."

Inc. iii. "In pace in idipsum dormiam et requiescam. Pax inquit illa per quam et in qua."

3. Ejusdem Bernardi de gratia et libero arbitrio liber ad Theodericum abbatem. fol. 54 b.

Exstat, inter opera, tom. i. col. 603.

95.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 54, sec. xv. ineuntis; binis columnis exaratus.

1. Liber qui dicitur, Invitatorium ad humilitatem. fol. 1.

Inc. "Rationabilis anima calida persecutione antiqui hostis ab arce virtutum."

In fine, "Explicit de humilitate, Deo gratias, Amen."

2. Bernardi, ut fertur, commentum in Cantica Canticorum. fol. 20.

Tit. "Commentum beati Bernardi super Cantica Canticorum."

Inc. "Osculetur, etc. Salomon inspiratus divino Spiritu composuit hunc libellum."

In fine, "Explicit liber Cantici Canticorum."

96.

Membranaceus, in folio minori, ff. 110, sec. xv.; partim manu Danielis Victurii exaratus; olim Petri Victi? postea "Cartusie Venetiarum."

1. Eusebii Chronicon, Hieronymo interprete, cum ejusdem Hieronymi continuatione, necnon epistola ad Vincentium et Gallienum et præfatione præmissis. fol.

Exstat inter chronica Latina Vett. ed. Roncallio, part. i. col. 1.

2. Marcellini comitis Chronicon, cum præfatione. fol. 24 b.

Ibid. part. ii. col. 265.

In fine, "Explicit cronica temporum Eusebii Ieronimi et Marcellini."

3. Bedæ, venerabilis doctoris, Chronica de Temporibus. fol. 34.

Inter opera, ed. Basil. 1563, tom. ii. p. 174.

In fine, "Explicit cronica venerabilis Bede."

4. Nicolai de Lyra libellus contra Judæorum perfidiam. fol. 59.

Exstat, in 4to minori, sine an. et loc.

In fine, "Nicolai de Lira in Judeos questio explicit."

5. "Epistola quam misit Rabi Samuel Israelita oriundus de civitate regis Morochorum ad Rabi

Ysaac magistrum Sinagoge, quæ est in Sublimeta in regno prædicto in anno Domini millesimo. Translata de Hebraico in Latinum per fratrem Alfonsum don Joannis, ordinis prædicatorem, quam translationem fecit anno Domini 1330, tempore pontificatus domini Benedicti Papæ XII." fol. 76.

Inc. "Considero, domine mi, certificari per te de testimoniis legis."

In fine, "Explicit epistola Rabbi Samuelis missa Rabbi Ysaach magistro Sinagoge, in civitate Regis Morachorum, que est in Sublimeta regni prædicti."

"Daniel Victurius scripsit."

---

6. "Alique de multis et infinitis abominationes in dicto et iniquissimo volumine Talmuth contente." fol 90.

Inc. "Quia gloriosa misericordia divina influens est super omnem ejus creaturam."

Deficiunt a verbis, "non sunt Christi bonus odor Domini——"

In fine est fragmentum Psalterii, tonis instructi.

   b. Sacerdotis cujusdam [ad Papam?] petitio de Venetiarum dominatione conquerentis. Dat. 18 Jul. 1447.

209.

Membranaceus, in folio, ff. 135, sec. xiii., binis columnis exaratus; olim "liber S. Mariæ de Columba."

S. Ambrosii, archiepiscopi Mediolanensis, opera varia, scilicet,

1. Hexaemeron, 'id est tractatus operum sex dierum.' fol. 1.

   Exstat inter opera, ed. Benedict. tom. i. col. 1.

2. Ejusdem de Paradiso libri duo. fol. 83 b.

   Exstant ibid. tom. i. col. 146.

   In cod. impress. distinguitur liber secundus in duos sub tit. 'De Cain et Abel libri duo.'

3. Ejusdem de Sacramentis libri sex. fol. 123 b.

   Ibid. tom. ii. col. 349.

210.

Membranaceus, in folio, ff. 88, sec. xiii., binis columnis exaratus; utrimque mutilus.

S. Ambrosii Mediolanensis epistolæ septuaginta una, quorum prima, quæ exstat in codice integra, adnumeratur xviii. et ultima lxxxvii.

Incipit ep. xvii. a verbis, "advenit factus ex muliere" in edit. Bened. tom. ii. col. 1085, B. 8, quo inscripta est ad Clementianum.

Deficit ep. lxxxvii., Theodosio inscript., a verbis, 'Postremo prius constare—' in edit. cit. tom. ii. col. 816, B. 9.

Epistola, cujus numerus est lxxxv. et inscriptio, ad Impp. Gratianum, Valentinianum, et Theodosium, nondum fuit, ut videtur, edita; quæ incip. 'Et hoc gloriæ vestræ clementissimi Principes pietatisque est illustre documentum' et desin. "tormenta abhorreat religio sacerdotis." Reliquæ omnes exstant in editione citata impressæ, haud tamen eodem ordine ac in codice dispositæ.

211.

Codex membranaceus, in folio, ff. 121, sec. xv.; nitide exaratus.

1. S. Ephraem Diaconi Sermones sedecim, interprete Ambrosio Traversario, Camaldulensi, prævia ejusdem Ambrosii ad Cosmum Medicum epistola. fol. 1.

   Exstant impress. in 8vo, 1585, sub numeris, 1, 2, 5—8, 10—19.

2. Ejusdem Sermo de resurrectione et judicio, de regno cœlorum et munditia animæ 'juxta veterem translationem.' fol. 65.

   Exstat in Zacagnii Collect. Monum. p. 106.

3. Ejusdem Sermo de Beatitudine. fol. 68.

   Incip. "Beatus, qui odio habuerit."

   Prodiit ex nova interpretatione per Vossium edit. Colon. 1603, tom. i. p. 183.

4. Ejusdem Sermo de pœnitentia. fol. 70 b.

   Incip. "Dominus noster Jesus Christus, qui descendit."

   Exstat ex nov. interpret. ibid. tom. i. p. 152.

5. Ejusdem de agone Sermo. fol. 73.

   Exstat per Zacagnium editus, p. 114.

6. Ejusdem Sermo de judicio et compunctione. fol. 76.

   Incip. "Venite dilectissimi fratres, exhortationem meam."

   Prodiit ex nov. interpret. per Vossium edit. tom. i. p. 248.

7. Ejusdem Monita ad monachos. fol. 77.

   Incip. "Dolor me compellit."

   Exstant ex nov. interpret. ibid. tom. iii. p. 34.

8. Ejusdem Sermo de judicio et compunctione. fol. 90.

   Incip. "Sana me, Domine, et sanabor."

   Exstat ibid. tom. i. p. 266.

9. Ejusdem Sermo de transfiguratione Domini. fol. 97.

   Incip. "De regionibus messis."

   Exstat ibid. ex nov. interpret. tom. iii. p. 186.

   In calce, "Finis Sermonum sancti Efrem diaconi numero xxiiii°."

10. Fratris Baptistæ Finariensis [de Judicibus sive de Giudici] Serapion, seu dialogus de contemptu mundi, prævia ad Thomam de Leuco, generalem Vicarium Cisalpinum, ord. Prædicatorum præfatione, necnon argumento instructus. fol. 101.

Incip. præf. " Scio quosdam, reverende pater, mihi per jocum."

Incip. argum. " Adolescentes tris nobilissimosque."

Incip. opus. " Thomas. Quam preciare, o Serapion, hodie locutus est vir ille."

Desin. " cum suis illecebris perpetuo jam valere sinatis. Finis."

In calce, " Serapion de contemptu mundi fratris Baptistæ de Finario ad fratrem Thomam de Leuco, generalem Vicarium Cisalpinum vitæ regularis ordinis prædicatorum fœliciter explicit: Deo Adjutori gratias: Amen."

212.

Codex membranaceus, in folio, ff. 177, sec. xiii.; binis columnis exaratus; olim abbatiæ Sanctæ Mariæ de Morimundo.

1. S. Ambrosii, archiepiscopi Mediolanensis, in S. Lucæ Evangelium Expositionum libri decem, cum præfatione præmissa. fol. 1.

Exstant in edit. Benedict. tom. i. col. 1261.

In calce, " Explicit tractatus sancti Ambrosii super Lucam."

2. Ejusdem Liber de incarnationis Dominicæ sacramento. fol. 164.

Exstat ibid. tom. ii. col. 703.

In fine, " Explicit liber de incarnatione Domini."

213.

Membranaceus, in folio, ff. 191, sec. xiii.; olim Sanctæ Mariæ de Columba.

S. Ambrosii, archiepiscopi Mediolanensis, in Psalmum cxviii. expositio, præmisso prologo.

Exstat impress. inter opera, tom. i. col. 971.

In fine, " Explicit expositio beati Ambrosii archiepiscopi super psalmum centesimum octavum decimum, id est Beati immaculati."

214.

Membranaceus, in folio, ff. 163, sec. xii., binis columnis nitide exaratus et servatus; olim peculium Sanctæ Mariæ de Morimundo.

1. S. Ambrosii, archiep. Mediolanensis, in Psalmos duodecim Davidicos enarrationes, prologis instructæ. fol. 2.

Exstant in edit. Bened. tom. i. col. 737.

2. Ejusdem libellus, qui dicitur, Apologia David. fol. 146 b.

Exstat ibid. tom. i. col. 675.

Subjecit manus recentior fabulam de viti et ulmo, versibus leoninis scriptam.

Tituli hodie pæne deleti quod adhuc restat, est, "......... archiepiscopi Mediolanensis."

Incip.

" Fabula narratur . quod si bene prospiciatur
Rem gestam fatur . nec fabula jure vocatur."

215.

Codex membranaceus, in folio, ff. 105, sec. xiv., binis columnis exaratus; olim fratris Petri Matthæi, seu de Sancta Mariana, de Venetiis, ord. Prædicatorum.

Johannis Cassiani, monachi Massiliensis, Abbatum Collationes decem priores cum præfatione in primo Collationum volumine, et capitulis unicuique præmissis. fol. 3.

Exstant inter opera, Lipsiæ 1733, p. 215.

Præmittuntur, inter titulos collationum et præfationem inserti, sermones duo, scilicet,

a. In istud, " Judea et Jerusalem nolite timere, cras egrediemini."

Incip. " Verba ista tracta et compacta ex testimoniis et auctoritatibus Scripturarum."

b. " Sermo moralis de duobus gaudiis, in istud, ' Gaudete in Domino semper,' etc.

Incip. " Hic loquitur vas eleccionis, vas aureum."

216.

Chartaceus, in folio, ff. 247, sec. xv. ineuntis; binis columnis scriptus.

Flavii Josephi Antiquitatum Judaicarum libri viginti, [interprete Ruffino Aquileiensi presbytero], notulis instructi marginalibus.

In calce, " Explicit liber xx[us] Flavii Josephi disertissimi historiographi Judaice Antiquitatis: Laus Deo, m.[c]cccxv. Deo gratias: Amen."

217.

Membranaceus, in folio, ff. 189, sec. xiii. exeuntis; binis columnis exaratus.

Postillæ, sive Catena, in Davidis Psalterium ex Hieronymo, Augustino, Remigio, Cassiodorio aliisque concinnata, prohemio instructæ.

Tit. procem. "Incipit liber hymnorum vel soliloquiorum prophete de Christo."

Incip. "Cum omnes prophetas Sancti Spiritus revelatione constet esse locutos, David prophetarum eximius."

Desin. "ac si dicat, Primus homo infelix, qui abiit stetit, sedit, sed secundus est."

Incip. postil. "Beatus vir;" &c. Beatus, cui omnia optata succedunt; vir scilicet, cui prospera et adversa firmus;" *ut in gloss. ordin.*

Desin. "Misericordiam et juditium cantabo tibi, Domine; vite eterne vox est, omnis spiritus laudet Dominum."

In calce,

"Finito Christus . rex libro sit benedictus."

In initio scripsit manus recentior tabulam, cui titulus "Isti sunt salmi tocius salterii ordinati per modum repertorii infra per folias."

218.

Codex membranaceus, in folio, ff. 350, sec. xiv.; binis columnis exaratus.

S. Augustini, episcopi Hipponensis, de Civitate Dei libri viginti duo, notulis marginalibus hic illic instructi, præmissa sententia ex libro Retractationum.

In fine, Tabula in libros supradictos perampla ordine alphabetico digesta, prævio monito.

219.

Membranaceus, in folio, ff. 61, sec. xiv.; binis columnis exaratus.

S. Ambrosii, archiepiscopi Mediolanensis, in S. Lucæ evangelium expositionum libri decem, præviis capitulis uniuscujusque libri et prologo.

In fine, "Explicit expositio beati Ambrosii, Mediolanensis archiepiscopi, in Evangelium secundum Lucam."

220.

Chartaceus, in folio, ff. 294, anno 1463, mense Junio descriptus; in initio mutilus, foliis carens xix prioribus.

S. Hieronymi presbyteri epistolæ plures et alia opuscula, quæ inveniuntur secundum ordinem sequentem; scilicet,

1. Epistola ad Asellam de amicis fictis. fol. 1.

Exstat in edit. Vallars. Veron. 1734, tom. i. ep. xlv. col. 193.

2. Ad virgines Æmonenses. fol. 1 b.
Ibid. tom. i. ep. xi.

3. Ad Demetriadem. fol. 1 b.
Ibid. tom. i. ep. cxxx.

4. Ad Lætam. fol. 5 b.
Ibid. tom. i. ep. cvii.

5. Ad Fabiolam de veste sacerdotali. fol. 7 b.
Ibid. tom. i. ep. lxiv.

6. Ad Paulam de morte Blesillæ. fol. 10 b.
Ibid. tom. i. ep. xxxix.

7. Ad Hedibiam de quæstionibus duodecim prævia præfatione. fol. 12 b.
Ibid. tom. i. ep. cxx.

8. Ad Algasiam de quæstionibus undecim, præviis capitulis et præfaiione. fol. 19.
Ibid. tom. i. ep. cxxi.

9. Ejusdem ad Marcellam epistolæ tredecim. fol. 27.

Exstant ibid. sub numeris, lix. xl. xxvi. xxv. xli. xlii. xxvii. xliv. xliii. xxix. xxxiv. xxxii. xxx.

Notandum est quod epistola xliii. in codice longior est quam in editione, de qua consulas adnotationem in tom. cit. col. 192 *not.* C.

10. Ad Rusticum monachum. fol. 33 b.
Ibid. tom. i. ep. cxxvi.

11. Ad Nepotianum presbyterum. fol. 36 b.
Ibid. tom. i. ep. lii.

12. Ad Paulinum presbyterum. fol. 40.
Ibid. tom. i. ep. lviii.

13. Ad Oceanum de vita clericorum. fol. 41 b.
Ibid. tom. xi. col. 270.

14. Ad Superantium, scil. Exuperantium. fol. 42 b.
Ibid. tom. i. ep. cxlv.

15. Ad Rusticum de pœnitentia. fol. 43.
Ibid. tom. i. ep. cxxii.

16. De tribus virtutibus. fol. 45.
Ibid. tom. xi. col. 87.

17. Ad Lucinum Bœticum. fol. 46 b.
Ibid. tom. i. ep. lxxi.

18. Ad Abigaum Hispanum. fol. 47 b.
Ibid. tom. i. ep. lxxvi.

19. S. Hieronymi epistola ad Sabinianum lapsum. fol. 48.
Exstat in edit. Vallars. tom. i. ep. cxlvii.

20. Ad Marcellam de laudibus Asellæ. fol. 50.
Ibid. tom. i. ep. xxiv.

21. Ad Innocentium de septies percussa. fol. 50 b.
Ibid. tom. i. ep. i.

22. Ad Principiam Virginem. fol. 52.
Ibid. tom. i. ep. cxxvii.

23. "Ad Prisianum diaconum exhortatoria." fol. 54.
Ibid., Præsidio inscripta, tom. xi. col. 154.

24. 'Ad Mauricii filiam de excellentia virginitatis.' fol. 56.
Ibid. tom. xi. col. 127.

25. Ad Celantiam de modo recte vivendi. fol. 59.
Exstat in edit. cit. tom. i. ep. cxlviii.

26. Ad Desiderium. fol. 63 b.
Ibid. tom. i. ep. xlvii.

27. Ad Florentium duæ. fol. 63 b.
Ibid. tom. i. epp. iv. v.

28. Ad Julianum diaconum. fol. 64.
Ibid. tom. i. ep. vi.

29. Ad Nicæam hypodiaconum. fol. 64 b.
Ibid. tom. i. ep. viii.

30. Ad Eustochium. fol. 64 b.
Ibid. tom. i. ep. xxxi.

31. Ad Theodoram Hispanam. fol. 65.
Ibid. tom. i. ep. lxxv.

32. Ad Pammachium. fol. 65.
Ibid. tom. i. ep. lxvi.

33. Epitaphium Nepotiani ad Heliodorum. fol. 70.
Ibid. tom. i. ep. lx.

34. Ad Eustochiam virginem de morte Paulæ matris. fol. 71 b.
Ibid. tom. i. ep. cviii.
Deficit a verbis, "Christo te sociant, præsens—" in edit. col. 718, C. 4.

35. Damasi Papæ ad Hieronymum epistola cum ejusdem Hieronymi rescripto. fol. 80.
Ibid. tom. i. ep. xxxv. *seqq.*

36. "Translatio de tractatu Origenis in epithalamicis," sive homiliarum duarum super Canticis, cum præfatione ad Damasum. fol. 83.
Ibid. tom. iii. p. 499.

37. Hieronymi epistola ad Tranquillinum, quomodo Origenem legere debeat. fol. 90 b.
Ibid. tom. i. ep. lxii.

38. S. Hieronymi ad Damasum epistolæ tres. fol. 90 b.
Exstant in edit. Vallars. tom. i. epp. xx. xv. xvi.

39. Ad Damasum 'de Seraphin et Calculo.' fol. 92 b.
Est pars postrema epistolæ sequentis, incip. a verbis, "Septuaginta. Et missus est," in edit. cit. tom. i. col. 57. § 17.

40. Ad Damasum de morte Oziæ regis et Seraphin et calculo. fol. 93 b.
Ibid. tom. i. ep. xviii.
Desin. a col. 57. §. 16.

41. Augustini et Hieronymi epistolæ tres mutuæ. fol. 96 b.
Ibid. tom. i. epp. ci—ciii.

42. Augustini ad Præsidium epistola. fol. 97 b.
Ibid. tom. i. ep. cxi.

43. Ejusdem ad Hieronymum excusantis et calumniam propellentis. fol. 97 b.
Ibid. tom. i. ep. cx. incip. a col. 724, D. 11.

44. Ejusdem et Hieronymi epistolæ aliæ quinque mutuæ. fol. 98 b.
Sunt in edit. cit. epp. lvi., cv., lxvii., civ., cxii.

45. Hieronymi ad Marcellinum et Anapsichiam epistola. fol. 107.
Ibid. tom. i. ep. cxxvi.

46. Augustini ad Hieronymum liber de origine animæ. fol. 107 b.
Ibid. tom. i. ep. cxxxi.

47. Ejusdem ad eundem liber de sententia Jacobi. fol. 112.
Ibid. tom. i. ep. cxxxii.

48. Hieronymi ad Augustinum epistolæ tres. fol. 115.
Ibid. tom. i. epp. cxxxiv. cxli. cxlii.

49. Ad Alypium et Augustinum. fol. 115 b.
Ibid. tom. i. ep. cxliii.

50. Expositio fidei 'ad Alypium et Augustinum' missa. fol. 115 b.
Ibid. Damaso inscripta, tom. xi. col. 146.

51. Ad Heliodorum. fol. 116 b.
Ibid. tom. i. ep. xiv.

52. Ad Amandum. fol. 118 b.
Ibid. tom. i. ep. lv.

53. Ad Pammachium de optimo genere interpretandi. fol. 120.
Ibid. tom. i. ep. lvii.

54. EPIPHANII epistola ad Johannem episc. Hierosol. ab Hieronymo translata. fol. 122 b.
Exstat in edit. Vallars. tom. i. ep. li.

55. PAMMACHII et OCEANI ad Hieronymum epistola, cum HIERONYMI rescripto. fol. 125.
Ibid. tom. i. epp. lxxxiii. *seqq.*

56. HIERONYMI ad Oceanum epistola. fol. 128.
Ibid. tom. i. ep. lxix.

57. Ad Paulinum de studio Scripturarum. fol. 131 b.
Ibid. tom. i. ep. liii.

58. Ad Damasum de duobus filiis. fol. 134.
Ibid. tom. i. ep. xxi.

59. Dialogus sub nomine HIERONYMI et AUGUSTINI de ratione animæ, ex utriusque scriptis collectus. fol. 139.
Ibid. tom. xi. col. 246.

60. EPIPHANII ad Johannem epistola alia, ab Hieronymo traducta. fol. 143.
Ibid. tom. i. ep. li. Aliud exemplar est supra, art. 54.

61. HIERONYMI ad Evangelum epistola, qualiter presbyter et diaconus differant. fol. 146.
Ibid. tom. i. ep. cxlvi.

62. Ad eundem de Melchisedech. fol. 146 b.
Ibid. tom. i. ep. lxxiii.

63. Ad Marcum presbyterum. fol. 148.
Ibid. tom. i. ep. xvii.

64. Ad Desiderium. fol. 148 b.
Ibid. tom. i. ep. xlvii.

65. Ad Dardanum. fol. 149.
Ibid. tom. i. ep. cxxix.

66. Ad Helvidium de B. Mariæ virginitate liber. fol. 151.
Ibid. tom. ii. col. 205.

67. Ad Vigilantium. fol. 156 b.
Ibid. tom. i. ep. lxi.

68. Ad Riparium presbyterum. fol. 157 b.
Ibid. tom. i. ep. cix.

69. Liber contra Vigilantium de erroribus suis. fol. 158 b.
Ibid. tom. ii. col. 387.

70. Ad Magnum Oratorem urbis Romæ. fol. 161 b.
Ibid. tom. i. ep. lxx.

71. Ad Ruffinum presbyterum. fol. 163.
Ibid. tom. i. ep. lxxiv.

72. Ad Vitalem presbyterum. fol. 163 b.
Ibid. tom. i. ep. lxxii.

73. S. HIERONYMI epistola ad Castrutium. fol. 164 b.
Exstat in edit. Vallars. tom. i. ep. lxviii.

74. Ad Paulum senem Concordiæ. fol. 165.
Ibid. tom. i. ep. x.

75. Ad Chromatium, Jovinum et Eusebium. fol. 165 b.
Ibid. tom. i. ep. vii.

76. Ad Chrysogonum. fol. 166 b.
Ibid. tom. i. ep. ix.

77. Ad Antonium monachum. fol. 166 b.
Ibid. tom. i. ep. xii.

78. Ad Theodosium et cæteros anachoritas. fol. 166 b.
Ibid. tom. i. ep. ii.

79. Ad Minervium et Alexandrum monachos. fol. 167.
Ibid. tom. i. ep. cxix.

80. Ad Cyprianum. fol. 171.
Incipit a "quia si scribatur extrema litera" in ed. cit. ep. cxl. col. 1056, B. 5.

81. Ad Pammachium. fol. 171 b.
Ibid. tom. i. ep. xlviii.
In fine, "Liber apologeticus beati Jeronimi presbiteri ad Pammachium explicit feliciter."

82. Libri duo adversus Jovinianum. fol. 176.
Deficit ult. a verbis, "qui semper possit induci" in edit. cit. tom. ii. col. 380. C. 4.

83. Epistolæ ad Domnionem fragmentum. fol. 208.
Incip. a "et si aplosisset pedem," ep. l. in edit. cit. col. 235, D. 4.

84. Ad Augustinum cum AUGUSTINI rescripto. fol. 208 b.
Ibid. tom. i. epp. cxv. *seqq.*

85. GUIGONIS, Prioris Carthusiensis, ad Durobernenses fratres super epistolas beati Hieronymi. fol. 213 b.
Ibid. tom. xi. col. 303.

86. HIERONYMI epistola ad Eudropium consulem. fol. 214.
Incip. "Nuper quidem sed nunc præcipue."
Des. "participes effici mereamur, per gratiam;" etc.

87. Ad Dardanum de generibus musicorum. fol. 215 b.
Ibid. tom. xi. col. 202.

88. HIERONYMI præfatio in librum Psalmorum. fol. 217.
Incip. "Proxime cum Origenis."
Des. "in persona propheta."

89. Epistola Consolatoria [ad Oceanum] fol. 217 b.
Inter opera, tom. xi., col. 264.

90. Chromatii et Heliodori episcoporum ad Hieronymum epistola de opere martyrologii colligendo cum Hieronymi rescripto. fol. 219 b.
Inter Hieronymi opera, tom. xi. col. 473.

91. Hieronymi epistola ad Cyprianum de psalmo xcix. fol. 219 b.
Ibid. tom. i. ep. cxl.

92. "Ad Abigallum Amgaium," scil. ad Abigaum. fol. 223.
Est pars ep. lxxvi. in ed. cit. tom. i. col. 452, ab "illum te oculum" C. 4, ad 'corruant civitates' col. 453, B. 4.

93. Hieronymi et Theophili Papæ epistolæ quinque mutuæ. fol. 223 b.
In edit. cit. tom. i. epp. lxiii., lxxxvi.—lxxxix.

94. Epiphanii ad Hieronymum epistola. fol. 224.
Ibid. tom. i. ep. xci.

95. Theophili ad Epiphanium epistola. fol. 224.
Ibid. tom. i. ep. xc.

96. Hieronymi ad Damasum de septem gradibus ecclesiæ epistola. fol. 224 b.
Ibid. tom. xi. col. 114.

97. "Simbolum de fide Vicenii concilii" sive explanatio fidei ad Cyrillum. fol. 229 b.
Ibid. tom. xi. col. 149.

98. Ad Ctesiphontem epistola. fol. 231.
Ibid. tom. i. ep. cxxxiii.

99. Ad filiam Mauricii Imperatoris. fol. 235.
Ibid. sub tit. 'Virginitatis laus' tom. xi. col. 127.

100. Ad eum, qui se dicit penitentem et in seculo conversatur. fol. 239 b.
Ibid. tom. xi. col. 230.

101. Didymi Alexandrini de Spiritu Sancto liber ab Hieronymo Latine versus, prævia Hieronymi [ad Paullinianum] præfatione. fol. 240 b.
Ibid. tom. ii. col. 106.

102. Hieronymi ad Marcellam epistola, ut adversa toleret. fol. 254 b.
Ibid. tom. xi. col. 31.

103. Ejusdem Sermones quinque de natali Domini; etc. fol. 255 b.
Ibid. tom. xi. coll. 208—215.

104. "Epistola Jeronimi ad Sebastianum," potius Paulini, Nolani, et Therasiæ ad eundem. fol. 258 b.
Exstat inter Paulini opera 1737, col. 166.

105. Hieronymi in Psalmum cxvii. explanatio. fol. 259.
Inter opera, tom. xi. col. 200.

106. Ad Marcellam de Blesillæ ægrotatione. fol. 259 b.
Ibid. tom. i. ep. xxxviii.

107. Ad eandem de Diapsalmate. fol. 260.
Ibid. tom. i. ep. xxviii.

108. Ad Tyrasium super morte filiæ. 260 b.
Ibid. tom. xi. col. 261.

109. Ad Julianum. fol. 262.
Ibid. tom. i. ep. cxviii.

110. Ad Oceanum de morte Fabiolæ. fol. 263 b.
Ibid. tom. i. ep. lxxvii.

111. Ad Marcellam de exitu Leæ. fol. 265 b.
Ibid. tom. i. ep. xxiii.

112. Ad Principiam Virginem. fol. 266.
Ibid. tom. i. ep. lxv.

113. De honorandis parentibus. fol. 270 b.
Ibid. tom. xi. col. 112.

114. Præfatio Ruffini in Origenis libros Periarchon. fol. 271 b.
Ibid. tom. i. ep. lxxx.

115. Ejusdem ad Anastasium epistola apologetica. fol. 272.
Ibid. tom. ii. col. 573.

116. Hieronymi ad Ruffinum epistola. fol. 272 b.
Ibid. tom. i. ep. lxxxi.

117. Adversus Ruffinum libri tres apologetici. fol. 273.
Ibid. tom. ii. col. 531.

118. [Ad Avitum] de Origenis erroribus. fol. 283.
Ibid. tom. i. ep. cxxiv.

119. Ad Paulam et Eustochium de assumtione B.V. Mariæ sermo. fol. 286.
Ibid. tom. xi. col. 92.

In fine, "Anno Domini 1463 Junii."

Sequitur tabula contentorum codicis.

In fine manus altera subjunxit notitiam de inveniendo corpore S. Prosperi in civitate Rhegii, ex Instrumento quodam a Fr. Parisetto an. 1487 descripto.

221.

Codex chartaceus, in 4to, ff. 421, sec. xv.

S. Hieronymi Epistolæ plurimæ et alia opuscula; ordo est iste,

1. Epistola ad Principiam de vita Marcellæ. fol. 3.
In edit. Vallars. tom. i. ep. cxxvii.

2. Ad Theophilum. fol. 5 b.
Ibid. tom. i. ep. lxiii.

3. Theophili et Hieronymi epistolæ tres mutuæ. fol. 5 b.
Ibid. tom. i. ep. lxxxvii. *seqq.*

4. Ejusdem Theophili ad Epiphanium epistola. fol. 6.
Ibid. tom. i. ep. xc.

5. Hieronymi ad Marcellam epistola. fol. 6 b.
Ibid. tom. i. ep. xxxviii.

6. Ad Abigaum. fol. 7.
Cf. cod. 220. art. 92.

7. Ad diversos epistolæ octodecim. fol. 7 b.
Ibid. tom. i. epp. xlv. xv. lxxxv. cxx. lxxv. ii. ix. xii. liv. cxxx. lxviii. lxxix. cxlviii. cxviii. lx. lxvi. xxxix. xiii.

8. Sermo de Quadragesima. fol. 41 b.
Ibid. tom. xi. col. 210.

9. Ad Oceanum epistola consolatoria. fol. 42.
Ibid. tom. xi. col. 264.

10. Epistolæ tres ad Marcellam. fol. 44 b.
Ibid. tom. i. epp. xliii. xxvii. xxiv.

11. Laus Virginitatis. fol. 46 b.
Ibid. tom. xi. col. 127.

12. [Ad Eustochium] de exitu S. Paulæ epistola. fol. 50 b.
Ibid. tom. i. ep. cviii.

13. Ad Marcellam, ut adversa toleret. fol. 59 b.
Ibid. tom. xi. col. 31.

14. Ad Ruffinum. fol. 61 b.
Ibid. tom. i. ep. iii.

15. Ad Sunniam et Fretelam. fol. 62 b.
Ibid. tom. i. ep. cvi. ad " auctoritate discordet," in edit. cit. tom. i. col. 637, B. 11.

16. Ad Oceanum de morte Fabiolæ. fol. 63.
Ibid. tom. i. ep. lxxvii.

17. Epistola Epiphanii ad Hieronymum. fol. 65 b.
Ibid. tom. i. ep. xci.

18. S. Hieronymi ad Fabiolam epistolæ fragmentum " ad Pontificum" inscriptæ. fol. 66.
Exstat in edit. cit. tom. i. col. 355, a verbis " Pontifex autem" B. 3, ad ' Sentiat judicantis' col. 356, D. 11.

19. Ad Magnum Oratorem. fol. 66 b.
Ibid. tom. i. ep. lxx.

20. Ad Vitalem presbyterum. fol. 68.
Ibid. tom. i. ep. lxxii. a verbis, " Inter cætera deprecaris" col. 34, B.3.

21. Plura de legis operibus, in Rom. vii. 7. fol. 68 b.
Invenienda sunt in quæst. viii. ep. ad Algasiam, ed. cit. cxxi.

22. " De apparitione Domini post resurrectionem." fol. 70 b.
Est pars epist. ad Hedibiam, in edit. cit. cxx. scil. a verbis, " Quomodo juxta Matheum" col. 819, C. 11. ad ' ruperit feminarum,' col. 821, A. 10.

23. " Quare appellatur Jerusalem civitas sancta post Domini mortem et ejus destructionem." fol. 71.
Incip. " Multa Sanctorum corpora" etc. " Sanctam civitatem Jerusalem debemus."

24. " Quomodo fuit Paulo apostolo consolatio et requies in præsentia Titi." fol. 71.
Incip. " Narrat Apostolus Corinthiis, que fecerint."

25. Pammachii et Oceani ad Hieronymum epistola. fol. 71 b.
Ibid in ed. cit. tom. i. ep. lxxxiii.

26. Augustini ad Hieronymum epistola. fol. 71 b.
Ibid. tom i. ep. ci.

27. " Ad Sebastianum" Paulini et Therasiæ epistola. fol. 72.
Inter opera Paulini, 1737, col. 166.

28. Hieronymus ad Lætam de institutione Paulæ. fol. 72 b.
Incip. a verbis, " Propositum mihi est" in edit. cit. ep. cvii. col. 673, C. 4.

29. Augustini ad Hieronymum epistola. fol. 75.
Ibid. tom. i. ep. cx. a verbis, " Cur itaque conor," col. 724, D. 11.

30. " Ejusdem epistolaris responsio ad quem supra." fol. 77.
Incip. " Propositio tua fuit de eadem epistola." Est pars postrema ep. ad Amandum, in edit. cit. tom. i. ep. lv. col. 297, § 5.

31. S. Hieronymi epistola ad Pammachium et Oceanum. fol. 77.
In edit. Vallars. tom. xi. col. 227.

32. Augustini ad Dardanum epistola de præsentia Dei. fol. 78 b.
Inter opera, ed. Bened. tom. ii. col. 678.

33. Ejusdem epistola ad Marcellinum. fol. 84 b.
Ibid. tom. ii. col. 463.

34. [Ejusdem sex quæstiones contra Paganos expositæ, ad Deogratias]. fol. 87.
Ibid. tom. ii. col. 274, B. 2.
Sequitur tabula epistolarum in codice, cum initiis.

35. Hieronymi epistolæ tres ad diversos. fol. 105.
In edit. Vallars. tom. i. epp. lxxi. xlvii. cxlv.

36. Hieronymi et Damasi Papæ epistolæ quinque mutuæ. fol. 107.
Ibid. tom. i. epp. xix. xx. xxxv. xxxvi. xxi.

37. Translatio duarum Origenis homiliarum super Canticis, cum præfatione ad Damasum. fol. 118 b.
Ibid. tom. iii. col. 499.

38. Hieronymus ad Damasum de Seraphin et Calculo. fol. 127 b.
A verbis, " Septuaginta. Et missum est," ibid. tom. i. col. 57 § 17.

39. Ad eundem de morte Oziæ. fol. 128 b.
Ibid. tom. i. ep. xviii.

40. Ad Riparium adversus Vigilantium. fol. 132 b.
Ibid. tom. i. ep. cix.

41. Liber adversus Vigilantium. fol. 134.
Ibid. tom. ii. col. 387.

42. Epistolæ sex ad varios. fol. 138.
Ibid. tom. i. epp. lxx. lxxiv. lxix. lxxiii. xvii. cxxii.

43. Homilia de tribus virtutibus. fol. 150 b.
Ibid. tom. xi. col. 87.

44. Epistola ad Dardanum de terra promissionis. fol. 153.
Ibid. tom. i. ep. cxxix.

45. Ad Cyprianum de psalmo lxxxix. fol. 155 b.
Est pars postrema ep. in ed. cit. cxl. a ' Si scribatur' col. 1056, B. 6.

46. Ad Minervium et Alexandrum. fol. 156 b.
In edit. cit. ep. cxix.

47. Adversus Jovinianum libri duo. fol. 161 b.
Ibid. tom. ii. col. 237.

48. [Augustini] ad Dardanum liber de Dei præsentia. fol. 206.
Inter Augustini opera edit. cit. tom. ii. col. 678.

49. [Ejusdem contra Felicianum Arianum dialogus de unitate Trinitatis.] fol. 209 b.
Ibid. tom. viii. app. col. 39.

50. [Ejusdem] ad Volusianum epistola. fol. 219.
Ibid. tom. ii. col. 401.

51. Anonymi, forsan ejusdem Augustini, epistola de diebus Sanctorum celebrandis. fol. 222.
Incip. " Questionem a tua dilectione michi propositam."
Desin. " verbosior forsitan extiti."

52. Hieronymi Epistolæ septem ad diversos. fol. 223 b.
In edit. cit. tom. i. epp. lii. lv. lxii. lxxxiii. lxxxiv. xv. xvi.

53. Ejusdem et Augustini epistolæ viginti. fol. 234.
In edit. cit. ci.—ciii. cxi. cx. lvi. cv. lxvii. civ. cxi. cxxvi. cxv. *seq.* cxxxi. *seq.* cxxxiv. cxli. *seq.*

54. Epiphanii ad Johannem Chrysostomum epistola, ab Hieronymo translata. fol. 265 b.
Ibid. tom. i. ep. 21.

55. Epistolæ tres ad varios. fol. 269.
Ibid. tom. i. epp. xiv. lvii. cxxiv.

56. Ad Oceanum de vita clericorum. fol. 279 b.
Ibid. tom. xi. col. 270.

57. Ad Evangelum. fol. 281.
Ibid. tom. i. ep. cxlvi.

58. Paulæ et Eustochii epistola ad Marcellam. fol. 282.
Ibid. tom. i. ep. xlvi.

59. Explanatio fidei ad Cyrillum. fol. 285.
Ibid. tom. xi. col. 149.

60. Ad Pammachium apologia. fol. 287.
Ibid. tom. i. ep. xlviii.

61. Ad Eustochium de custodia Virginitatis. fol. 294.
Ibid. tom. i. col. 87.

62. Liber ad Helvidium de perpetua virginitate Mariæ. fol. 294 b.*
Ibid. tom. ii. ep. 205.

63. Libri adversus Jovinianum. fol. 301.
Incip. a verbis, " Dicit virgines viduas," tom. ii. col. 241 A, 3. ad " baptisma peccatorum. Et Jovi." col. 321, D. 3.

64. Epistolæ ad diversos viginti duæ. fol. 324.
Sunt in edit. cit. tom. i. epp. cxvii. lviii. lxi. lxxii. iv. *seq.* lxxvi. lxviii. cxlvii. vi. viii. cxxv. x. vii. cxl. (sed pars tantum, ut supra ad art. 45.) xlix. xcvii. l. ix. cvii. lxiv. cxxiii.

65. Epistolæ quatuordecim ad Marcellam. fol. 358.
Ibid. tom. i. epp. lix. xl. xxvi. xxv. xli. *seq.* xliv. xxix. xxxiv. xxxii. xxx. xxviii. xxiii. *seq.*

66. Ad Tyrasiam de morte filiæ. fol. 366 b.
Ibid. tom. xi. col. 261.

67. Ad Innocentium de sæpies percussa. fol. 368.
Ibid. tom. i. ep. i.

68. De honorandis parentibus. fol. 369 b.
Ibid. tom. xi. col. 112.

69. Epistolæ quinque ad diversos. fol. 370 b.
Ibid. tom. i. epp. xxxi. lxxxi. cxxxiii. lxv. lxxx.

70. Ruffini apologia ad Anastasium Papam. fol. 381 b.
Ibid. tom. ii. col. 573.

71. Hieronymi adversus Ruffinum ultima responsio. fol. 382 b.
Ibid. tom. ii. col. 531.

72. Symboli explanatio ad Damasum. fol. 394 b.
Ibid. tom. xi. col. 146.

73. Epistola ad Augustinum de hæreticis. fol. 395 b.
Ibid. tom. i. ep. cxlii.

74. Ad Paulinum presbyterum. fol. 395 b.
Ibid. tom. i. ep. liii.

75. S. Augustini liber de Sancta Virginitate. fol. 403.
Exstat inter opp. tom. vi. col. 341.

76. Ejusdem " Omelia xl. de misericordia in pauperes facienda." fol. 414.
Ibid. tom. v. app. col. 523.

77. Ejusdem " Omelia xxxix sermo de amore hominis in hominem et de perfecta caritate retinenda." fol. 415.
Ibid. tom. v. col. 1487.
Sequitur tabula contentorum tribus voluminis.

222.

Codex membranaceus, in folio, ff. 112, sec. forsan xi. ineuntis; bene exaratus et servatus.

1. Venerabilis Bedæ in Actus Apostolorum expositio, cum præfatione præmissa. fol. 1.

Titulo præfigitur, " Sancte Luca Evangelista, medicus [*sic*] corporum atque animarum, adjuva me."

Tit. " Incipit expositio Bedae presbyteri in actus apostolorum; rogante Accane episcopo."

Desin. cum verbis, " ludos scenicos contemplaretur;" in edit. Colon. 1612, tom. v. col. 672, l. 30.

In fine, " Explicit in Actus apostolorum expositio Baedani famuli Christi," *et manu aliquantulum recentiori*, " heresint Waltherius."

2. " Versus Bedae praesbyteri" viginti duo elegiaci; literis majusculis, alternatim rubeis, scripti. fol. 51 b.

Incip.

" Exul ab umano dum pellitur orbe Iohannes,
Et vetitus choici est cernere regna soli."

3. Ejusdem in S. Johannis Apocalypsin expositio, prævio prologo. fol. 52.

Tit. " Incipit tractatus Bedae presbyteri super Apocalypsin."

Exstat in edit. cit. tom. v. col. 761.

In fine, " Explicato tandem tanto tamque periculoso labore suppliciter obnixeque deprecor, ut, si qui nostrum hoc opusculum lectione vel transcriptione dignum duxerint, auctorem quoque operis Domino commendare meminerint, ut qui non soli mihi sed et illis laboraverim illorum vicissim, qui meo sudore fruantur votis precibusque remunerer, lignique vitæ cujus eos aliquatenus odore famaque aspersi suis me meritis faciant visu fructuque potiri: Amen."

Sequitur, " Explicit, Domino juvante, expositio in Apocalypsin sancti Johannis libri iii. Bedae famuli Christi: Amen."

4. " Epitafium VValfredi abbatis," versibus xiv. elegiacis. fol. 111 b.

Incip.

" Dum moreris quem hic claudit humus, dilecte Ualafrid,
Maxima lux nobis interit atque decus."

5. " Item aliud," octastichon. fol. 111 b.

Incip.

" Huc veniens petiturus oro subsiste viator,
Pulveris exaudi verba magis quam hominis."

Sequitur expositio vocum quarundam, incip.
" ...lius pertinax, inde Elia dicitur."

223

Codex chartaceus, in 4to majori, ff. 312, sec. xv. exeuntis, anno scilicet 1489 manu Johannis, monachi Tuibingensis, plerumque exaratus,

1. Petri Blesensis in libri Job duo priora capita explanatio, prævia ad Henricum II., regis Angliæ, præfatione. fol. 1.

   Exstat inter opera, Paris., 1667, p. 407.

   In fine, "1489."

2. Plutarchi de remediis iræ libellus, Coluccio Pierio Salutato interprete, cum ejusdem Coluccii epistola ad Petrum de Torsinis, Florentinum, ep. Portuensem, præmissa. fol. 20.

   Incip. epist. "Misit michi benignitas tua libellum Plutarchi de remediis ire, quem olim de Greco transtulit in Latinum jussione tua vir multe veneracionis Symon, archiepiscopus Thebanus."

   Incip. translatio, prævia capitulorum elencho, "Prudenter faciunt, O Fundane, pictores."

   In fine, "Explicit feliciter tractatus Plutharchi viri insignis atque philosophi de medicina et remediis ire, scriptus per me Johannem de Castro Novo, civem Vincentinum, et ad præsens domini pretoris Tarvisii Cancellarium anno currente Domini 1490."

3. S. Augustini in Psalmos enarrationes. fol. 30.

   Exstant inter Augustini opera, in edit. Bened. tom. iv. col. i.

   In codicede sunt ab 'hoc est, sunt reliquiæ,' in edit. cit. col. 291 C. 7 ad enarrat. in Ps. cii. col. iiii. D. 3.; et desinunt cum verbis in enarrat. in Ps. cviii., 'vicerant, illudebant' col. 1217, E. 8.

   In fine, "1489 Johannes de Suevia, civitate Tuibingen."

4. Laudini, equitis Hierosolymitani, ad Francinum Beltrandum liber de vita beati Hieronymi, prævia epistola dedicatoria. fol. 266.

   Incip. epist. "Quum tuo sepe hortatu, Francine, Hieronymi vitam."

   Incip. lib. "Heronymo pater fuit Eusebius, qui nobili genere."

   Desin. "ac meliora deinceps aferamus."

5. S. Bernardi, abbatis Clarævallensis, Speculum de honestate vitæ. fol. 275.

   Exstat inter opera edit. Paris. 1690, vol. ii. col. 794.

6. Ejusdem Bernardi octo puncta perfectionis assequendæ. fol. 277.

   Ibid. vol. ii. col. 803.

7. Sententiæ de rusticorum arrogantia, etc. ex Hieronymo. fol. 280.

8. "Institutio quomodo psallere debeamus;" ex Bernardo. fol. 280 b.

9. In S. Petri ad Vincula distichon. fol. 280 b.

   Inc.

   "Illesas olim servant hec tecta chathenas."

10. Notitia de S. Hieronymi obitu. fol. 280 b.

11. De campana versus tres. fol. 280 b.

   Inc.

   "Laudo Deum verum . plebem voco, congrego clerum."

12. Versus de pace, auctore Bartholomæo Monte-Politiano. fol. 280 b.

   Incip.

   "Cernite quem fructum parimus sobolemque superbam."

13. "Rome, in basilica sancte crucis, in Hierusalem" versus. fol. 281.

   Incip.

   "Aspice, serve Dei, sic me posuere Judei."

14. "Super altare beati Hieronymi" tetrastichon. fol. 281.

   Incip.

   "Ad sacrum persepe jacens humileque sepulcrum."

15. "In porticu SS. Johannis et Pauli" tetrastichon. fol. 281.

   Incip.

   "Presbiter ecclesie Romane rite Johannes."

16. "Super imaginem beati Gregorii papæ, Rome," distichon. fol. 281 b.

   Incip.

   "Christi potens Domine nostri largitor honoris."

17. "In sancta Praxede," hexastichon. fol. 281 b.

   Incip.

   "Emicat aula pie variis decorata metallis."

18. "In basilica SS. Cosme et Damiani" hexastichon. fol. 281 b.

   Incip.

   "Aula Dei claris radiat speciosa metallis."

19. In laudem S. Hieronymi versus. fol. 281 b.

   Incip.

   "Hieronymus velis secat equora salsa secundis."

20. Excerptum "ex libro ij Macrobii Teodosii viri illustrissimi de Saturnalibus." fol. 282.

   Incip. "Sed quia paulo ante Aurelius."

21. "Damasi Papæ versus ad honorem sancti Felicis pape de falsi criminis purgatione et de salute sibi restituta, in basilica ejusdem Felicis musio purifico descripti." fol. 283 b.

   Exstant inter opera, Rom. 1638, p. 81.

22. In eundem Felicem versus decem heroici. fol. 283 b.
Incip.
"Parvus erat locus sacris angustus agendis."

23. Damasi in S. Paulum carmen. fol. 283 b.
Exstat in edit. cit. p. 77.

24. Hieronymi epistola ad Damasum de gestis Pontificum cum rescripto. fol. 284.
Exstant inter opera Hieronymi, tom. xi. col. 275.

25. Excerpta ex Hieronymi in Scripturas expositionibus variis. fol. 284 b.

26. Ejusdem Hieronymi præfatio [in librum Hebraicarum quæstionum in Genesim]. fol. 288.
Inter opera, tom. iii. col. 301.

27. Artaxerxis ad Hystanem epistola de Hippocrate. fol. 289.
Exstat inter Epistolarum Lacon. farrag. ed. Cognato, Basil. 1554, p. 68.

28. Hystanis ad Hippocratem epistola cum rescripto. fol. 289.
Ibid. p. 69.

29. Hippocratis ad Abderitarum senatum epistola. fol. 289 b.
Exstat, alio interprete, ibid. p. 77.

30. Excerpta ex Hippocratis aphorismis. fol. 290.

31. De Diocletiano Imperatore. fol. 290.

32. Dionis Syracusani ad Dionysium tyrannum epistola, Leonardo Bruno Aretino interprete. fol. 290 b.
Cf. cl. Mehus præf. ad Leonardi epp. p. lxxiv.

33. Excerpta ex Plutarcho, A. Gellio, Macrobio et Solino. fol. 291.

34. Epistola Lentuli ad Senatum Romanum de Christo. fol. 292 b.

35. [Martialis] Epigramma in Trajanum invictum. fol. 294 b.
Est lib. xii. ep. ix.

36. Pythagoræ ad Hieronem epistola. fol. 294 b.
Exstat in edit. Cognati, alio, scilicet Cognato, interprete, p. 414.

37. Epistola ad Nicolaum de genere Masnovich, sic inscripta, "Eloquentia laudibus aliquali tamen submersa raucedine: Nicolao, de genere Masnovich, de terra Huhn medico atque cancellario domini Regis Bosne." fol. 295.
Incip. "Cum quidam gente garustillans gurfutavit timens."
Dat. "In rupibus altis, ubi aurora circumflat in saxo Dee Proserpine."

38. Nicolai Cancani ad Georgium Begnae epistola, cum rescripto. fol. 295.
Incip. primus, "Vidi pridem ex tabellula tua, quam Laurencio direxisti."
Desin. alter, "tuas salutes jocundo animo excepit. Ex Veneciis xj. kal. Quintil. 1430."

39. Johannis Tinti Fabrianensis ad eundem Georgium epistolæ tres; datt. ex Anchona et Fabriano. fol. 296.
Incip. i., "Audivi ex Phacio Anconitano, familiari amico nostro."
Desin. ult. "animi cupiditatem et affectionem tepere."

40. "Epigramma Lazari Alcotti ex ordine fratrum Rodorum a Thomate Arietensi editum." fol. 297 b.
Incip.
"Lazarus in magno Venetorum culmine natus."

41. Virgilii ad Mæcenatem epistola. fol. 297 b.

42. Ejusdem in Balistam Latronem distichon. fol. 297 b.

43. Excerpta ex Hieronymo. fol. 297 b.
Incip. "Scio hec modesta esse lectori sed de Hebraicis disputantem."

44. "Carmen de beato Paulo a Thomate Ariethensi ex inproviso editum." fol. 298 b.
Incip,
"Magnanimum Paulum orthodoxe legis alumnum."

45. Hymni in visitatione B. Mariæ; etc. fol. 299.
Incip.
"De sacro tabernaculo
Virtutum flos egreditur;
In montis diverticulo
Odor Marie spargitur."

46. Bruti ad Atticum epistola, 'Scribis michi mirari.' fol. 299.

47. Ejusdem ad Ciceronem epistola, "Particulam litterarum tuarum." fol. 300.

48. Ciceronis ad Octavium epistola, "Si per tuas legiones." fol. 302.

49. Quædam de M. Antonio. fol. 302 b.
Incip. "Vir animi maximi, utinam etiam sapientis consilii."

50. Versus sex ex Ovidii epp. de Ponto I. iii. 17. fol. 304.

51. Quam male adierit Tullius nisi lacessitus injuria. fol. 304.
Incip. "O quam simplicem veramque sententiam duorum verborum."

52. "Tres esse affectus, (sc. iram, cupiditatem et libidinem,) qui homines agunt præcipites." fol. 305 b.
Incip. "Tres igitur affectus sunt, qui homines in omnia facinora præcipites agunt."

53. "De varia oculorum varietate, quam philosophi recte substulerunt." fol. 306 b.
Incip. "Voluptas oculorum varia est."

54. "Quod non licet publica homicidia spectare, cum hominem occidere sit semper nephas. fol. 306 b.
Incip. "Queritur nunc, an possint pii et justi."

55. "Quare non liceat ire ad scenas." fol. 307 b.
Incip. "In scenicis quoque nescio an sit."

56. Leonardi Bruni Aretini ad Nicolaum Strogam epistola. fol. 307 b.
Exstant, inter epistolas, ed. Mehus, tom. ii. p. 48.

57. Ejusdem Bruni ad Demetrium epistola. fol. 308 b.
Ibid. tom. i. p. 137.

58. Guarini Veronensis ad Hieronymum filium Hypothesia, prævia præfatione. fol. 310.
Incip. præf. "Tamen tuas accepi litteras."
Incip. opus, "Igitur ne longius evager."
Cf. Bandin. Catal. Cod. Latt. tom. iii. col. 633, iv.
In calce, "Scripsi Padue idibus Quintil. 1485, Peregus dd et ff., bene valeas qui legis. Et ego Jadre 1489 Joh. Tuibingin. monachus."

224.

Codex membranaceus, in folio, ff. 2 et 384, sec. xv. ineuntis; duabus columnis manu Rogerii Cataldo anno 1420 completus.

S. Hieronymi Presbyteri, Epistolæ plurimæ aliaque opuscula, scilicet,

1. Epistola ad Matrem et filiam in Gallia commorantes, cum præfatione. fol. 1.
Exstat impress. in edit. Vallars. tom. i. ep. cxvii.

2. Ad Castorinam materteram. fol. 4.
Ibid. tom. i. ep. xiii.

3. Ad Salvinam de servanda viduitate. fol. 4 b.
Ibid. tom. i. ep. lxxix.

4. Ad Ageruchiam de monogamia. fol. 8 b.
Ibid. tom. i. ep. cxxiii.

5. De duodecim quæstionibus ad Heldibiam. fol. 14.
Ibid. tom. i. ep. cxx.

6. S. Hieronymi ad Galasiam (Algasiam) epistola de quæstionibus undecim. fol. 26.
Inter opera, tom. i. ep. cxxi.

7. De quinque quæstionibus ad Marcellam. fol. 41.
Ibid. tom. i. ep. lix.

8. Ad eandem epistolæ tredecim. fol. 42 b.
In edit. cit. sunt epp. xl. xxvi. xxv. xli. *seq.* xxvii. xliv. xliii. (cui adjuncta est 'epistola de eadem,' quæ invenienda sit, in edit. cit. col. 205, §§ x. xi.) xxxviii. xxix. xxxiv. xxxii. xxviii.

9. Consolatio ad Paulinam. fol. 53 b.
Ibid. tom. i. ep. xxxix.

10. Consolatio ad Tyrasium de morte filiæ. fol. 57.
Ibid. tom. xi. col. 261.

11. Consolatio ad Julianum. fol. 58 b.
Ibid. tom. i. ep. cxviii.

12. Epitaphium Nepotiani. fol. 60.
Ibid. tom. i. ep. lx.

13. Epitaphium S. Paulæ. fol. 65.
Ibid. tom. i. ep. cviii.

14. Ad Theodoram de morte Lucini. fol. 77.
Ibid. tom. i. ep. lxxv.

15. Epitaphium Fabiolæ ad Oceanum. fol. 78.
Ibid. tom. i. ep. lxxvii.

16. Ad Marcellam de exitu Leæ. fol. 81 b.
Ibid. tom. i. ep. xxiii.

17. Ad eandem de laudibus Asellæ. fol. 82.
Ibid. tom. i. ep. xxiv.

18. Epistolæ septem ad diversos. fol. 83.
Ibid. tom. i. epp. i., cxxvii. cxxv. cxlvii. lxvi. iii. liv.

19. Epistola generalis. fol. 106 b.
Ibid. tom. xi. col. 195.

20. Epistola ad Eustochium de servanda virginitate. fol. 108.
Ibid. tom. i. ep. xxii.

21. Epistolæ octo ad diversos. fol. 121 b.
In edit. cit. epp. lxxvi. xiv. lii. cxxii. (sed in codice abbreviata) lxxiii. xlvi. lxi. cix.

22. Liber contra Vigilantium. fol. 132 b.—134 b.
Incip. a verbis, "Dicis in libello tuo" edit. tom. ii. col. 392, § 7.

23. Epistola ad Damasum de prodigo. fol. 134 b.
Ibid. tom. i. ep. xxi.

24. S. Hieronymi liber adversus Helvidium de perpetua virginitate. fol. 136 b.
Inter opera, tom. ii. col. 205.

25. Symboli explanatio ad Damasum. fol. 140.
Ibid. tom. xi. col. 146.

26. Epistolæ duæ, ad Avitum et ad Lucinium. fol. 141 b.
Ibid. tom. i. epp. cxxiv. lxxi.

27. Epistola ad Magnum Oratorem. fol. 143.
Est pars modo, scilicet, in edit. cit. tom. i. col. 424 § 2, a 'Quæris in calce' ad 'ventres pigri;' C. 10.

28. Ad Vitalem de Salomone et Achaz. fol. 143.
Ibid. tom. i. col. 434, A 11, 'Secundam rescribo.'

29. Epistolæ quinque ad diversos. fol. 144.
Ibid. tom. i. epp. lxviii. iv.—vi. ix.

30. Epistola ad Fabiolam de pontificalibus indumentis. fol. 146 b.
Confecta est ex epist. tom. i. lxiv., incip. a 'Super patre suo' col. 355, § 4.

31. Ad Marcellam. fol. 147.
Ibid. Paulæ inscripta, tom. i. ep. xxx.

32. Ad Paulam consolatio de morte Blesillæ. fol. 147 b.
Ibid. a 'Consideremus' ep. xxxix. col. 177 B. 1 ad 'excepi;' col. 183, E. 1.

33. Virginitatis laus. fol. 148 b.
Ibid. tom. xi. col. 127.

34. Ignatii ad S. Johannem epistola. fol. 156.
Exstat inter Patres apostolicos Cotelerii, tom. ii. p. 941.

35. Ejusdem ad B. Mariam Virginem epistola. fol. 156.
Ibid. tom. ii. p. 941, col. ii.

36. B. Mariæ Virginis ad Ignatium epistola. fol. 156.
Exstat in Fabric. Cod. apocr. Nov. Test. tom. i. p. 843.

37. Epistola ad Cyprianum. fol. 156 b.
Ibid. tom. i. ep. cxl. a verbis, "Scito prænoscens quia si scribatur" col. 1056, B. 5.

38. Augustini ad Hieronymum epistola. fol. 157 b.
Ibid. tom. i. ep. cxvi.

39. Hieronymi ad Alypium et Augustinum. fol. 166.
Ibid. tom. i. ep. cxliii.

40. Disputatio de ratione animæ inter Augustinum et Hieronymum. fol. 166 b.
Ibid. tom. xi. col. 246.

41. S. Hieronymi epistolæ quinque ad diversos. fol. 171 b.
In edit. cit. epp. xlix. xcvii. l. xlv. cvii.

42. Epistola de honorandis parentibus. fol. 179 b.
Ibid. tom. xi. col. 112.

43. Ad Eustochium de munusculis. fol. 180 b.
Ibid. tom. i. ep. xxxi.

44. Origenis super Cantica Canticorum homiliæ duæ ab Hieronymo translatæ, cum præfatione. fol. 181.
Ibid. tom. iii. col. 499.

45. Origenis planctus sive Lamentatio ab Hieronymo traducta. fol. 191 b.
Incip. "In afflictione et dolore animi incipio."

46. Epistola Hieronymi ad Avitum. fol. 194.
Ibid. tom. i. ep. cxxiv.

47. Explanatio fidei ad Cyrillum. fol. 197 b.
Ibid. tom. xi. col. 149

48. Epistola ad Desiderium. fol. 200.
Ibid. tom. i. ep. xlvii.

49. Libellus ad Fabiolam de mansionibus filiorum Israel. fol. 200 b.
Ibid. tom. i. ep. lxxviii.

50. Epistola ad Vigilantium. fol. 210.
Ibid. tom. i. ep. lxii. a verbis, 'Scilicet et gloriari,' col. 347, C. 1.

51. Libri adversus Vigilantium pars prior. fol. 210 b.
Desin. a verbis, 'non poterunt,' tom. ii. col. 392, D. 8.; cf. supr. ad art. 22.

52. Epistolæ sex ad diversos. fol. 212.
Ibid. tom. i. epp. cxix. lxxiv. xii. xi. vii. viii.

53. Epistola de monacho captivo. fol. 221.
Incip. "Qui navali prælio dimicaturi sunt."

54. Epistolæ tres ad diversos. fol. 223 b.
Ibid. epp. lxv. cxxx. cvii.

55. Præfatio Ruffini super libros Periarchon per Hieronymum translata. fol. 241 b.
Ibid. tom. i. ep. lxxx.

56. Ejusdem Apologia ad Anastasium papam. fol. 242 b.
Ibid. tom. ii. p. 573.

57. Hieronymi adversus Ruffinum ultima responsio. fol. 243 b.
Ibid. tom. ii. col. 531.

58. Ruffini ad Apronianum Invectivarum libri duo. fol. 259 b.
Inter Hieronymi opera, tom. ii. col. 583.
In tituli secundi libri fine legitur, 'die 25 Januarii hora quinta noctis millesimo ccccxviiij.'

59. Hieronymi Epistola ad Ruffinum. fol. 296 b.
Ibid. tom. i. ep. lxxxi.

60. Hieronymi adversus Ruffinum Libri duo apologetici ad Pammachium et Marcellam. fol. 297.
Ibid. tom. ii. col. 457.
Titulo libri i. subjungitur, "Hunc librum incepi die xv. Februarii hora xviij. millesimo cccc°. xviiij.;" et titulo lib. ii.; 'Hunc secundum librum incepi die xvj. Aprilis hora vespertina, millesimo cccc°.xx.'

61. Epistola ad Ctesiphontem contra Pelagianos. fol. 328 b.
Ibid. tom. i. ep. cxxxiii.
Præmittitur titulo subjunctum, "Librum incepi die xxj. Maii hora xviiij. m°.cccc°.xx°."

62. Dialogus contra Pelagianos, cum præfatione. fol. 335.
Ibid. tom. ii. col. 679.
In codice dividitur dialogus in tres partes; Primæ tit. subjungitur, 'quem librum incepi die xxiiij. Maii hora xxiij. 1420:' secundæ, 'quem incepi die xiij Junii 1420 hora tertiarum;" tertiæ, 'quem incepi die 14 Julii 1420, hora 23[a]" et in calce, "Beati Jeronimi doctoris eximii ultimus liber contra Pellagionos hereticos sub nomine Attici et Critoboli in modum dialogi feliciter explicit. Hunc librum complevi die xxij. Julii ego Rogerius Cataldo minimus et indignus sacerdos, dum essem presbiter ecclesiæ sancti Moysi de Venetiis millesimo cccc.xx. die supradicto hora xv. Deo autem sint gratiæ infinitæ, qui sua ineffabili misericordia et gratia dedit michi tale opus complere. Amen."

63. Epistola Anastasii ad Johannem Hierosolymitanum, sub nomine Ruffini. fol. 380 b.
Ibid. tom. ii. col. 577.

64. "Notabilis epistola beati Basilii episcopi ad Gregorium Nazianzenum, anonymo interprete sed forsan Petro Balbo." fol. 381.
Exstat in edit. Paris. apud Jo. Bapt. Coignard, 1730, tom. iii. p. 70.

225.

Codex chartaceus, in 4to, ff. 182, sec. xv.; olim fratris Nicolai Abructini.

1. "Liber Suppotationum sive meditationum beatissimi patris nostri Aurelii Augustini." fol. 1.
Exstat inter opera, tom. vi. app. col. 107.
In calce "Oratio quam ipse fecit in obsitione civitatis Yponensis."

2. Ejusdem 'Liber catholice fidei, qui vocatur Speculum vel Manuale.' fol. 34 b.
Ibid. tom. vi. app. col. 145.
In fine, "Explicit liber speculi Beati Augustini; Deo gratias."

3. "Expositio Bernardi [potius Bonaventuræ] super Ave Maria, quæ appellatur Speculum Virginis." fol. 53 b.
Exstat impress. inter Bonaventuræ opera, ed. Rom. 1596, tom. vi. p. 450.
In fine, "Explicit expositio beati Bernardi super Ave Maria, quæ appellatur Speculum Virginis; Deo gratias Amen."
Sequitur oratio ad Deum, "Domine Deus Pater omnipotens, qui ad principium hujus dici nos pervenire;" etc.

4. "Liber soliloquiorum [de arrha Animæ] Hugonis de Sancto Victore." fol. 117.
Exstat inter opera, Venet. 1588, tom. ii. fol. 104 b.

5. "Ex tribus testibus evangeliorum; epistola Ieronimi contra Elvidium." fol. 129 b.
Cf. Hieron. Opp. tom. ii. col. 217.
Sequitur oratio ad Christum, quæ "est in sepulcro domini nostri Yhesu Christi; et ad supplicationem Philippi regis Francie, dominus Bonifatius papa sextus dedit omni dicenti eam pro qualibet vice indulgentiam duo milium annorum, si dicat quando corpus Christi elevatur vel Agnus Dei dicitur."
Postea oratio rhythmica, cui inscriptio, "Oratio subscripta habet centum dies indulgencie."
Incip.
"O regina Paradisi, mater Christi domina."

6. "Liber Soliloquiorum Augustini anime ad Deum de ineffabili dulcedine Dei." fol. 131.
Exstat inter opera, tom. vi. App. col. 85.
In fine, 'Ad corpus Christi oratio.'

7. Isidori Hispalensis Synonymorum sive Soliloquiorum libri duo, prævia præfatione, cum argumento. fol. 159.
Exstant inter opera, Colon. 1617, p. 216.

8. S. Anselmi, Cantuariensis archiepiscopi, Meditatio humanæ redemptionis. fol. 173.
Exstat inter opera, Venet. 1744, tom. i. p. 312, medit. xi.

9. Origenis presbyteri Sermo de Maria Magdalena; interprete forsan Ruffino. fol. 176 b.

Exstat inter opera, ed. Genebrardo, 1604, part. ii. p. 291.

In calce, " Iste liber est mei fratris Nicolai Abructini de civitate Theatina, quem emi, a quodam revenditore Venetiis pro pretio ducatorum duorum cum dimidio, 23 mensis Abrilis 1466."

226.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 256, sec. xv., binis columnis nitide exaratus.

S. Augustini de Civitate Dei pars secunda, sive libri duodecim posteriores, cum capitulis uniuscujusque libri posthabitis.

Exstant inter opera, tom. vii. col. 271.

In calce, " Finitus est liber iste: Benedicamus in laude Jhesu, qui sue matri Marie benedixit in etternum; Domino sit laus Deo."

227.

Membranaceus, in folio maximo, ff. 56, sec. xii.; binis columnis exaratus.

Homiliarum per anni circulum e diversis Patribus collectionis fragmentum.

Patres, quorum nomina hodie exstant, sunt, Augustinus, Ambrosius, Gregorius, Leo, Remigius.

228.

Membranaceus, in folio, ff. 24, sec. xv.; binis columnis exaratus.

Codicis fragmentum sermones habens de Sanctis secundum anni cursum ecclesiasticum.

Sermo primus integer tractat de Sancto Sixto, et incipit, " Sixtus papa Atheniensis natione primo philosophus."

Præmittitur sermoni de resurrectione Domini nostri Jhesu Christi, prologus sequens, " Dicto de festivitatibus, que occurrunt intra tempus deviationis quod incipit ab Adam usque ad Moysen, quod tempus repræsentat ecclesiaa septuagesima usque ad Pasca, sequitur videre de festivitatibus, quæ occurrunt infra tempus reconciliationis, quod tempus representat ecclesia a Pascha usque ad octavam Penthecostes."

229.

Volumen membranaceum, in folio, ff. 73, variis constans fragmentis, sec. xiv.; duabus columnis præcipue exaratum.

1. S. Thomæ Aquinatis Quæstionum Quodlibetalium libri undecim priores, cum tabula capitulorum posthabita. fol. 1.

Consentiunt cum edit. Venet. 1786, tom. xvii. pp. 215—438.

2. Fragmentum libri ecclesiastici, olim ad monasterium S. Justinæ de Padua pertinentis; continet hymnorum fragmenta notis musicalibus instructorum; *Lat.* et *Ital.* fol. 53.

3. Operum S. Ambrosii fragmenta, scilicet,

a. Epistola ad Eugenium Imperatorem. fol. 58.

b. Epistola ad sororem suam. fol. 59.

c. Liber de incarnatione Domini contra Apollinaritas. fol. 62 b.

d. Epistolæ ad Irenæum octo. fol. 66.

Incip. a " Sed frustra non sperant," in edit. 1690, ii. col. 911. C. 3.

230.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 142, sec. xv.; binis columnis exaratus.

1. Francisci de Platea de Bononia tractatus contractuum usurarum; cum tabula subjuncta. fol. 1.

Exstat impress. ed. Venet. 1477.

2. Ejusdem Francisci Tractatus Restitutionum, cum tabula posthabita. fol. 34 b.

Exstat impress. ed. Venet. 1477.

3. Tractatus de ornatu mulierum et alii ex Summa Antonini Florentini. fol. 88.

4. Gratiæ per Eugenium papam IV. Francisco de Bononia et Jacobo de Primadiciis de Bononia anno 1440 Florentia concessæ. fol. 102.

5. Copia consiliorum trium de variis per Alexandrum de Imola. fol. 103.

.6 Tractatus Excommunicationum per fratrem Franciscum de Platea de Bononia. fol. 108.

Exstat impress. inter Tract. Univ. Jur. vol. xiv. p. 347.

231.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 24, sec. forsan x. exeuntis.

Officium Missæ; in fine mutilatum.

Codex chartaceus, in 4to majori, ff. 232, sec. xv. exeuntis.

ALEXANDRI DE VILLA DEI Doctrinale puerorum, commentario perpetuo illustratum, prævio prologo.

Tit. "Doctrinale magistri Alexandri glosatum."

Incip. prol. "His omnibus premissis commentator ad librum accessurus."

Incip. comment. "Testus clarus est nec oportet ponere, quot modis dicatur."

Desin. comment. "Secundum Trologos et sic Catolice fidei conformet."

Cf. Leyser. Hist. Poett. p. 767.

Subjunguntur,

a. "De filiabus Pieri olim mutatis in picas, nunc vero in cignctas, ulucos, babazanos, dugos aliaque genera noctuarum;" versus viginti octo. fol. 230 b.

Incip.

"Lurida barbaries olim que infecerat orbem."

b. Epistola ad fratrem T. fol. 231.

Incip. "Memor esto frater T. Illius episcopi Desiderii, quem summus pontifex Gregorius."

c. "De vulpe et gallo rubeo" versus viginti octo elegiaci. fol. 231 b.

Incip.

"Jejunam cruciant famis ocia vespere vulpem,
Gallus erat rubeus anxia querit eum."

In fine, "Deo gratias, Amen."

50.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 87, sec. xv.; binis columnis exaratus.

[Gasparini Barzizii Bergomatis de orthographia liber,] in partes duas distinctus, quarum altera de dictionum regulis tractat et est in ordine alphabetico disposita; initio mancus.

Incip. cum verbis, "vero pulchra appellamus nisi omnia inter se membra."

Incip. pars altera, "Aalma per duplex a, est enim, velut placet Hieronymo, idem quod virgo."

Desin. "Zoticus, per simplex t, et sine aspiratione, idem quod vitalis. Deo gratias, Amen."

51.

Membranaceus, in folio minori, ff. 88, sec. xv.

Gerardi Cremonensis tabularum liber Astronomicarum, posthabitis ejusdem Gerardi canonibus, figuris illustratus.

Tit. can. "Canones magistri Gerardi Cremonensis in motibus celestium corporum; et primo de diversarum gentium diversis horis."

In fine, "Expliciunt canones magistri Gerardi Cremonensis."

52.

Chartaceus, in 4to majori, ff. 121, sec. xv.; binis columnis scriptus.

Thesaurus pauperum, sive in artem medicam universam tractatus varii, receptæ et secreta; partim *Latine* partim *Italice* conscriptus.

Cf. librum, eundem habentem titulum, auctore Petro Hispano sæpius impressum; quo cum opere, quoad initium, codex noster consentit.

53.

Membranaceus, in 4to, ff. 82, sec. xiv.; binis columnis bene exaratus.

Gervasii Tilberiensis Otia Imperialia ad Ottonem IV. Imperatorem dicata, præviis præfatione et capitulis, cum tabula capitulorum posthabita.

Exstant impress. inter Scriptt. rerum Brunsvicensium, edente Leibnitio, tom. i. p. 881.

In fine, "Explicit liber de mirabilibus mundi, qui alias Imperatoris Solacium nominatur; Deo gracias."

In calce codicis, "Super hoc libro respondi et solvi quiete Thocardi et Johanni Donceti tavernariis Carteruni[?] curie temporalis Ammon. ego Jacobus de Briende no .... dictus pro .... Baltasari de Cortonio habitus .... triginta grossis et viij de die xxiij. mensis Decembris anno a nativitate Domini m.iiij^{c}.xl septimo. Deinde recuperavi a quodam Claudio Payron, incarcerato die Nativ. Domini, sex grossos. Briende."

54.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 32, sec. xv.

Vita, martyrium et translatio S. Johannis martyris, antea dicti 'Neanias,' auctore anonymo.

Tit. "Passio sancti Johannis martiris."

Incip. "Dioclicianus olim Imperator et præcipuus ydolorum cultor; qui ex dignitate imperii."

Desin. "unde a Latinis celebrius veneratur, ad laudem et gloriam omnipotentis Dei, qui vivit et regnat per infinita secula. Amen."

Passus est iste martyr in urbe Cæsariensium, ut in codice legitur, die xiii. Maii, anno cclxxxix, et corpus Venetias clam deportatum tertio die mensis Julii.

55.

Chartaceus, in 4to, ff. 70, sec. xv.; olim Jo. F. Marini, ord. Minorum.

Anonymi cujusdam Veneti? sive Anonymorum plurium Orationes quadraginta octo, scilicet,

1. In laudes unius comitatis. fol. 1.
   Incip. "Quo jure quove pacto hoc laudacionis officium."
2. In laudem unius comitatis, "scilicet, Civitatensis." fol. 2.
   Incip. "Cum ineffabilis sapientia."
3. Pro Signeto. fol. 3 b.
   Incip. "Plenas humanitatis officii."
4. In die Aulæ. fol. 4 b.
   Incip. "Et michi et mee pristine vite."
5. In principio cujusdam disputationis. fol. 6.
   Incip. "Cum multa sint studia, Patres."
6. Graciarum actiones pro eodem. fol. 7.
   Incip. "Cum autem ad novissimum hujus."
7. Oratio in funere domini Roberti de Malatestis. fol. 7 b.
   Incip. "Video, patres clarissimi, in me."
8. Oratio responsiva ambassiatoribus domini R. de Malatestis pro eodem. fol. 10.
   Incip. "Video id nobis faciundum."

9. Responsiva ad legatos domini Gul. Forli (viensis ?) super eodem. fol. 10 b.
Incip. " Humanitatis et benevolencie officia."

10. Oratio de Spiritu Sancto. fol. 11.
Incip. " Si cum de Spiritu Sancto, Patres veneratissimi."

11. De Sancto Johanne Baptista. fol. 13.
Incip. " In hoc maxime, Patres sanctissimi, intellige summam."

12. Oratio in capitulo generali. fol. 15.
Incip. " Neminem puto ex vobis, patres sanctissimi."

13. Oratio in cœna Domini. fol. 23.
Incip. " Mihi sic existimo viri Patresque religiosissimi."

14. Oratio unde supra. fol. 25.
Incip. " Si invitus hoc officium sumpsi."

15. In annunciatione dominica. fol. 27 b.
Incip. " Illud in primis occurrit."

16. In ascensione Domini. fol. 29 b.
Incip. " Est in primis dignum, Patres optimi."

17. De Spiritu Sancto. fol. 31.
Incip. " Crederer fortasse, Patres sanctissimi hujus sancte festivitatis."

18. Oratio alia ut supra. fol. 32.
Incip. " Et certe erubescendum mihi."

19. In funere domini Baptistæ de Bentivoliis. fol. 34.
Incip. " Utar profecto vel hoc munere."

20. In funere D. Florii doctoris legum. fol. 36 b.
Incip. " Mihi quidem, viri clarissimi, nihil."

21. Commendativa trium studentium. fol. 37.
Incip. " Nihil sane, Patres religiosissimi."

22. Oratio alia ut supra. fol. 37 b.
Incip. " Majora sane crediderim."

23. In vesperiis cujusdam. fol. 38 b.
Incip. " Quod dum quidem ego, karissime frater, A."

24. In impositione Vireti. fol. 40.
Incip. " Cum omnia humanitas officia."

25. Oratio in cœna Domini. fol. 40 b.
Incip. " Ego, circumspectissimi patres vosque viri clarissimi."

26. In festo Sancti Augustini. fol. 44 b.
Incip. " Nihil ego hoc loco, viri sanctissimi."

27. In funere egregii viri, scil. Serpaxii. fol. 47 b.
Incip. " Quem sermonem de Serpaxio."

28. Epistola de commendatione philosophorum. fol. 48.
Incip. " Sic sane apud me es, frater amantissime."

29. Oratio responsiva ambassiatoribus domini Ravennatis. fol. 49.
Incip. " Nequeo nostrarum rerum initium."

30. Responsiva in quadam disputatione. fol. 49 b.
Incip. " Etsi mihi nihil optatius."

31. Responsiva in alia disputatione. fol. 50.
Incip. " Subiit autem humanissime doctor."

32. In visitatione magistri D. de Roma. fol. 50.
Incip. " Nescio, reverendissime pater et doctor eximie."

33. Sermo in funere cujusdam juvenis. fol. 51 b.
Incip. " Exploratum jam robur animi."

34. Oratio in visitatione Cardinalis de Ursinis. fol. 52 b.
Incip. " Neminem video, qui a tuis laudibus."

35. Sermo in convivio in capitulo provinciali. fol. 53 b.
Incip. " Si rerum claritas gestare."

36. Oratio in visitatione Imperatoris. fol. 55.
Incip. " Cum multa divinitus, humanissime Cesar."

37. Gratiarum actiones in convivio in die S. Ursulæ. fol. 55 b.
Incip. " Medius fidius, patres ornatissimi."

38. De ineffabili dominicæ Nativitatis sacratissimo mysterio. fol. 56.
Incip. " Magis ac magis nostra interest."

39. Gratiarum actiones in convivio Sancti Petri martyris. fol. 57.
Incip. " Si quis mihi Deus, patres clarissimi."

40. Gratiarum actiones in nova missa. fol. 58.
Incip. " Magnos et illustres viros."

41. Oratio in principio cujusdam disputationis. fol. 58.
Incip. " Quid sane existimem, viri clarissimi."

42. Oratio de clare gestis ' domine Guaspare de Cesena.' fol. 59 b.
Incip. " Quam invida claris hominibus."

43. In circumcisione Domini Jhesu Christi." fol. 60 b.
Incip. " Diligentissime, patres optimi."

44. Gratiarum actiones in convivio in die S. Ursulæ. fol. 62.

Incip. "Ego cum ceteri vestra beneficia."

45. Gratiarum actiones in convivio facto in die S. Petri martyris. fol. 63.

Incip. "O pretiosiora, illa et majora."

46. De integritate vitæ et morum nobilis dominæ dominæ Verzinæ de Agusellis. fol. 64.

Incip. "Id ipsum apud vos efficere."

47. In exequiis domini Jacobi de Camplo, episcopi Carpentoracensis." fol. 65.

Incip. "Video vos omnes, patres optimi."

48. De præclarissimis laudibus vitæ et religionis Sancti Dominici. fol. 67.

Incip. "Eciamsi de parvis rebus dicendum esset."

Sequitur Orationum elenchus supra dictarum.

56.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 48, sec. xv. exeuntis; olim peculium M. S. cujusdam, qui, ut in fronte codicis videtur, portabat scutum argenteum cum baltheo cæruleo.

1. Historia de Herculis duodecim laboribus 'et eorum moralitate;' prævia præfatione. fol. 1.

Incip. præf. "Notandum est ad intelligentiam infrascriptæ historiæ, quod Boetius volens ostendere."

Incip. tract. "Primus labor ponitur de Hercule, quod vicit et superavit Centauros."

Desin. ult. "cælum precium et pro precio ultimi laboris."

In fine, "Explicit historia de 12 laboribus Herculis et eorum moralitate."

2. "Schacorum liber, qui intitulatur, de moribus hominum et officiis nobilium;" seu de ludo Scaccorum opus, prævio prologo, [auctore Jacobo de Cessolis, Ord. Præd.] fol. 5 b.

Incip. prol. "Multorum fratrum ordinis nostri."

Incip. lib. Tit. cap. i. "Sub quo rege hic ludus inventus est. Inter omnia mala signa in homine."

Exstat impress. Mediolan. 1479, et *Anglice* vers. per Caxton Londin. 1474.

In fine, "Schacorum libellus, qui intitulatur de moribus hominum et officiis nobilium super ludo Schacorum, explicit fœliciter."

57.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 212, sec. xiv. exeuntis; binis columnis exaratus.

[Bartholomæi, sive Bartholini, de S. Concordio, Pisani,] Summa casuum Conscientiæ secundum Alphabeti ordinem, prævia tabula super summam: initio manca.

Exstat impressa Paris. 1470 et alibi.

58.

Membranaceus, in folio, ff. 59, sec. xiv.; binis columnis nitide exaratus.

Johannis Boccacii de Certaldo de mulieribus liber, cum capitulorum elencho et præfatione ad Andream de Acciarolis Altæ Villæ Comitissam præmissis.

In fine, "Johannis Boccacii de Certaldo de Mulieribus claris liber explicit."

Sequitur, "De Maria Puteolana ex epistolis celeberrimi viri Francisci Petrarce, poete Florentini, libro quinto rerum familiarium, epistola quarta ad Johannem de Columpna." Dat. Baias in X. Kal. Decembr.

59.

Membranaceus, in 4to, ff. 289, sec. xv. exeuntis.

Bartholomæi de S. Concordio Summa de casibus Conscientiæ, ordine alphabetico, cum tabulis posthabitis.

In fine Summæ, "Explicit summa de casibus, quæ communi nomine Magistrucia dicitur."

In calce tabulæ abbreviationum, "Explicit totus liber cum tabulis suis super summam de casibus consciencie compilatam et consummatam per fratrem Bertholomeum de Sancto Concordio, qui dicitur Magistrucia, de Pisis ordinis Prædicatorum, anno Domini m.ccc. xxxviii. de mense Septembris, tempore Pape Benedicti xii. D. Kint."

60.

Chartaceus, in 4to, ff. 117, sec. xvii.

Anonymi cujusdam de Astronomia tractatus in libros duo distinctus, in quo agitur de hypothesibus Kepleri, Sethi Ward, etc., figuris illustratus; prævia præfatione.

Incip. præf. "Astronomiæ nomen, per quam apte quadrat scientiæ siderali."

Incip. lib. 1. "De doctrina sphærica. Doctrinam sphæricam duabus partibus absolvemus."

Desin. alter, "ob angustias anni academici, cujus hic ultimus dies nos ultra progredi vetat."

61.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 136, sec. xv.

1. "Opus Astrolabii secundum Mescallath" prævia præfatione; cum figuris. fol. 1 b.

Incip. præf. "Scito quod astrolabium sit nomen Græcum, cujus interpretatio est acceptio stellarum."

Incip. opus, "Cum volueris facere astrolabium ad latitudinem cujusque regionis, unum enim est."

Desin. "Tabule sideris voluerit."

In fine, "Explicit opus Astrolabii secundum Messcallath."

Præmittitur, "Tabula stellarum fixarum quæ ponuntur in astrolabio cum longitudine sua in circulo signorum et latitudine sua ab equinoctiali, et dicitur hic longitudo stelle gradus cum quo celum mediatur."

2. "Opus Armillarum." fol. 9.

Incip. "Queruntur primo 2 armille convenientis mensure orbicularis ambe similes et equales per omnia."

3. "Opus instrumenti declinationis Solis, cum figura." fol. 9 b.

Incip. "Sume laterem ligneum vel lapideum vel eneum quadratum capitalis latitudinis."

4. "Opus instrumenti, quo latitudo lune et distancia centri lune a terra deprehenditur," cum figura. fol. 10.

Incip. "Sumantur 3 regule recte et planissime."

5. "Opus quorundam rotarum mirabilium, quibus sciuntur vera loca omnium planetarum et etiam hore dierum ac noctuum." fol. 11.

Incip. "Fiat columpna et locetur in congrua basi."

6. "Liber de officio astrolabii secundum magistrum Robertum Cestrensem" in capita triginta quinque distinctus, prævia capitum elencho. fol. 12.

Tit. cap. i. "De gradus solis per diem et diei per gradum invencione."

Incip. "Si gradum solis in singulis diebus anni per astrolabium nosse desideras, quot dies mensis."

Desin. "et cetere ceteris per diametrum, ut jam dictum est opponuntur."

In fine, "Explicit Deo gratias; Amen: Amen."

Mentionem facit de eodem opere Cl. Muratorius, tunc temporis in biblioth. Ambrosiana existente, quo Roberto Ostensi est adscriptum; Antiqq. Ital. tom. iii. col. 943.

7. Canon super Chilindrum. fol. 23.

Incip. "Accepturus horas cum chilindro."

8. "Liber Machometi filii Gebir filii Cenini, qui vocatur Albateni, in numeris stellarum et in locis motuum earum experimenti ratione conceptorum," præviis Platonis Tiburtini prologo et capitulis. fol. 24.

Exstat impress. in 4to. Bononiæ, 1645.

Differt tantum in codice caput ultimum, eundem habens titulum, quod incip. "Verum quidem occasiones originesque;" in fine mutilus.

62.

Codex chartaceus, in 4to, ff. 171, sec. xv.

1. Francisci Petrarchæ, poetæ Laureati, Africa sive de bello Punico libri novem. fol. 1.

Subjunguntur versus sex haud in editionibus inventi, a Bandinio tamen in Catal. Bibl. Laurent. tom. ii. col. 131 in lucem prolati.

In fine, "Explicit Affrica Laureati poete domini Francisci Petrarce scripta tempore."

2. Ejusdem Bucolicum carmen in Eclogas duodecim distinctum. fol. 133.

In fine, "Francisci Petrarce de Florentia, poete Laureati, Bucholicum carmen explicit; Deo gratias."

3. "Descriptio Italiæ per F. P. Laureatum poetam," ex Galliis remeantem. fol. 169 b.

Exstat inter opera, ed. Basil. 1581, p. 110.

4. Petrarchæ epitaphium, quod dicitur fecisse ipsemet. fol. 169 b.

Exstat in Bandin. Catal. tom. iii. col. 707.

---

5. Lini cujusdam poetæ Ode ad filium, nomine Flaccum, anno 1520 die Septemb. 24, ut videtur, natum. fol. 170.

Incip.

"Ibat ter decimus tunc Christo et septimus orto."

6. Francisci Manini ad Vincentium Aragonium carmen elegiacum. fol. 170 b.

Incip.

"Me tenet aprici lautissima villa Muruti."

Sequuntur, "Dies infelices seu infortunati a quibus nos custodire debemus, et specialiter in istis diebus seu in aliquo istorum caveamus facere ea, que inferius sunt annotata."

63.

Codex membranaceus, in forma oblonga, ff. 175, sec. forsan xiii. exeuntis.

Carmen Provinciale, sive in lingua Romana descriptum, in quo leguntur gesta Girardi de Rosillon, Fulconis, et Caroli, cognomento Martel, ducis Austrasiæ; idem carmen est forsan ac istud a vir cl. Le Grand d'Aussy in "Fabliaux, Contes" etc. memoratum, ad tom. i. p. 28.

Incip.

"Bone cancone rulle vos aiaduche
E des morz ac esmaz feitee estruche
Elnailes claus descaribres clei conduche
Per toz vilans viglarz lame deduche
Jaine voil qu . . . t uns la caire suche
Car un cante treis vers cote iert destruche
Le premer ansu longe cest refuche
Per oc ses luis e clare plane educhе
Astre mongrat le cante qui la refuche."

Desin.

"Ne ia meis mester orguelz ne gas
Les obres sunt enchades el camps remas
Queu nen dirai mais plus top en suilas
E se chare la tienz qui la diras
A saz en poz conquere auer edras
Tu autem, Domine, desici enauant."

64.

Membranaceus, in 4to minori, ff. 23, sec. xv. ineuntis; binis columnis exaratus, in fine mutilus.

1. Modus faciendi generalem confessionem de peccatis: etc. fol. 1.

Incip. "Quando aliquis vult confiteri de peccatis suis."

Desin. "non prodessent indulgencie concesse ab extraneo episcopo. Explicit confessio generalis; Deo gracias."

2. "Quando septem vicia principalia sint mortalia et quando venialia." fol. 7.

Incip. "Nota quod septem vicia principalia, quamvis semper sint peccata."

Desin. "flagellacio luxuriam, fellis potacio gulam; Explicit; Deo gracias: Amen."

3. Liber de conscientia et puritate cordis. fol. 13.

Incip. "Quoniam fundamentum et janua omnium virtutum."

Deficit in cap. "De periculo familiaritatum mulierum spiritualium," a verbis, "et cordis mundiciam ut hanc fugiant."

65.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 19, sec. xv.

Declaratio primæ regulæ Sanctæ Claræ a fratre Johanne de Capistrano, Ord. Min. Rev. P.V. G. quoad fratres de observantia nuncupatos in Cismontanis partibus vicario generali, prævio procemio. Dat. ex urbe Roma in S. Francisco trans Tiberim, 1445 die xxvij. mensis Januarii.

Sequuntur,

a. Quedam dubia declarata per reverendum patrem, ut supra: *Latine* et *Italice.*

b. Copia bullæ papæ Eugenii IV.; dat. Romæ non. Febr. 1446.

66.

Membranaceus, in 4to minori, ff. 75, anno 1454 in Tarvisio exaratus; olim Baptistæ de Fregona, tabellionis Tarvisini.

Leonardi Bruni Aretini de bello Punico commentariorum libri quatuor, prævio prologo.

In calce, "Finit fœliciter 1454 die secundo Novembris in Tarvisio."

Deinde, literis rubeis exarata, "Liber iste est mei Baptistæ de Fregona, tabellionis Tarvisini; Laus Deo."

67.

Chartaceus, in 4to minori, ff. 89, sec. xv.; olim Hieronymi Justiniani.

Aristotelis, ut fertur, liber, qui dicitur, Secretum Secretorum, ad Alexandrum, *Latine* versus per Philippum Clericum, prævia ejusdem Philippi ad Guidonem de Valentia epistola; etc.

In fine, "Explicit liber qui vocatur, Secreta Secretorum, qui missus fuit per excellentissimum philosophorum phylosophum Aristotelem ad summum imperatorem Alexandrum filium Phylippi regis et Olimpiadis imperatricis; Deo gratias; Amen."

68.

Membranaceus, in 4to minori, ff. 38, anno 1467 exaratus.

Anonymi cujusdam liber de ornanda viri eloquentis oratione elegantiæ, forsan ex Barzizio.

Incip. "Credimus jamdudum a plerisque viris etiam disertissimis persuasi."

Desin. "quæ indies assequere, exercitationi accommoda."

In calce, "τελως, primo Januarii 1467."

69.

Codex chartaceus, in 4to minori, ff. 77, sec. xvi.

Antelmi de Barberiis, Ord. Carthusian. professi, sermones de Evangeliis quibusdam, quæ per anni circulum leguntur, cum prologo et tabula.

Tituli Sermonum sunt, de nativitate Domini, de purificatione B. Mariæ, de S. patre nostro Brunone, de Epiphania, de resurrectione Domini, de ascensione, de nativitate S. Johannis Baptistæ, de B. Maria Magdalena, de assumptione B. Mariæ, de nativitate Ejusdem, de solemnitate SS. Angelorum, de solemnitate omnium Sanctorum, de Sancto Patre nostro Hugone, de conceptione B. Mariæ.

Incip. prol. "Humanæ labilisque vitæ decursus salubri eruditione."

Incip. serm. 1. "Populus, qui ambulabat in tenebris, etc. Exortum est in tenebris."

70.

Membranaceus, in 4to minori, ff. 124, sec. xv. ineuntis; binis columnis exaratus.

Tabula casuum alphabetica ad [Raymundi de Pennaforti?] Summæ libros quatuor spectans, cum præfatione.

Incip. præf. "Quatuor prime littere alphabeti significant quatuor libros, in quos hec summa dividitur."

Incip. liber, "Abbatis nomen est officii non ordinis."

Desin. in voc. uxor, "talis punitur quam matricida glo. v. c. R. 34, ca. 73."

71.

Membranaceus, in 4to minori, secc. xiv. et xiii.; partem quoad ultimam binis exaratus columnis.

1. Anonymi cujusdam de arte grammatica libellus, cui titulum præfixit manus recentior, 'Scala sapientis per grammaticam.' fol. 1.

Incip. "Ut ad sapientiam per grammaticam venire possimus."

Desin. "Eo quod facit aliquid esse dicendum;" *imperf.*

2. Petri de Bernia Computus de arte astronomiæ. fol. 5.

Incip. "Ad habendum scientiam de computo, quid sit compotus videamus."

3. Quædam de ponderibus, partim versibus expressa. fol. 14 b.

Incip. vers.

"Quincuplat a. centum d. centum quincuplat in quod."

4. Tabula ad inveniendum diem paschalem. fol. 15.

5. Libellus de Algorismo, [forsan ex Alexandro de Villa Dei]. fol. 17.

Incip. "Ars ista que ab inventore dicitur Algorismus."

Occurrunt ad fol. 18 b. versus totidem de xii. lapidibus pretiosis; qui incip.

"Auri crisolito calor est sintillat ut ignis."

6. Kalendarium, cum monostichis. fol. 21.

Incip. monost.

"Jani prima dies et septima fine tenetur."

7. Anonymi cujusdam de Algorismo libellus. fol. 27.

Incip. "De quadam operatione in numeris, quæ Algorismus dicta est."

Cf. Jo. de Sacrobosco tractat. inter Rara Mathematica ed. Halliwell, p. 1.

8. Tractatus de compoto. fol. 31 b.

Incip. "Compotus est scientia considerans tempora distincta secundum motus solis et lune."

Desin. "unde Boetius, qui tempus ab evo ire jubes."

In fine, "Explicit conpotus."

9. Tractatus astronomicus de Zodiaci signis, cum tabulis. fol. 41.

Incip. "Sciendum quod Zodiacus in 12 partes equales."

10. Prognostica, secundum Planetam sive Signum, sub quo aliquis natus fuerit. fol. 46.

11. [Alexandri de Villa Dei], sive cujuscunque sit, Massa compoti, poema versibus heroicis expressum, cum figuris. fol. 47.

Incip.

"Tempore dante Deo mea scribere curat arundo."

12. [Ejusdem] de Algorismo carmen. fol. 55.

Exstat impress. inter Rara Mathem. ed. Halliwell, p. 73.

Caret editio cit. versibus sex ultimis, qui sunt,

"Si sit continua progressio terminus impar,
Per majus medium totalem multiplicato
Par si per medium tunc multiplicato sequentem,
Sed si continua non sit progressio finis
Impar tunc majus medium tunc multiplicatur,
Si par per medium tunc multiplicato frequentem."

In fine, "Explicit Algorismus."

13. Commenta in Evangelicam historiam, præcipue Domini nostri Jesu Christi adventum, in compendium redacta. fol. 59.

Incip. "Cum appropinquasset Jesus, etc. Notandum quod Evangelium istud: Deus vero duabus Dominicis, scilicet in Ramis Palmarum."

In fine,

"Qui scrisit scribat semper cum Domino vivat,
Vivat in celis semper cum Domino felix,
Hic liber est iscritus, qui scrisit sit benedictus,
Laus tibi Christe, quum liber explicit iste.
Bibit ille, bibit illa. bibit servus cum ancilla
In taberna trinco solus. ubi non est fraus neque dolus."

Sequitur S. Katerinæ effigies calamo delineata, et in calce codicis, "1375 mensis Februarii die decimo septimo fuit locus placabilis et duravit per dies octo." Deinde, "Ego Marchus de . . . . dolo de Venetiis de confratribus Sancti Geminiani;" et postea, "Questo libero sie de . . pre . . Beneto da Santa . onal preve de la grecia."

72.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 409, sec. xv.; binis columnis exaratus; in initio mutilus.

Nicolai de Auximo, sive Auximani, Piceni, ad Summam Pisanellam Supplementum, capitulorum tabula alphabetica posthabita.

Exstat impressum, Mediol. 1484.

73.

Membranaceus, in 4to minori, ff. 184, sec. xv. ineuntis; binis columnis exaratus.

Collationum liber, sive tractatus morales ad instructionem vitæ Christianæ, in sectiones circiter quadraginta distinctus, unamquamque in se collationes plures continentem.

Titulus primus est, De Confessione, cum brevi introductione, quæ incip. "De confessione ante Sacramentum tria sunt videnda."

Incip. collat. i. "Primo namque dico quod confessio peccatorum ad hoc quod sit utilis."

Desin. collatio ultima et duodecima de mortuis, "in secula seculorum laudabunt te, ait propheta. Et in hoc est finis premisse collationis; Rogemus etc."

In fine, "Expliciunt collationes, Deo gratias; Amen."

74.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 138, sec. xiv. ineuntis.

Sanctorum vitæ et alia, lingua Provinciali rhythmice scripta, scilicet,

1. "Vita beati Allexis." fol. 1.

Incip.

"Plaist vos aescolteir don saint homme la geste
La cui uie fut tant et saintesme et oneste."

Desin.

"Et adorent del cuer Jhesum lo salueor
Kissi lor at meneie en ioie lor tristor."

2. Carmen de vanitate humanæ vitæ in distinctiones tres divisum, quarum capitula præmittuntur. fol. 19.

Tit. cap. i. "Vaine est la ioie de cest siecle et qe mult est digne chose de la sainte arme."

Incip. distinct. i.

"Ki cest secle trop siut ne vait pas droite uoie
Quar ioie di cest secle cest uns uenz nest pas ioie."

Desin.

"Deus doinst kensi aiez la parole escolteie
Kalcune male teche puist de vos estre osteie."

Incip. distinct. ii.

"Com uos dist alcun bien volentiers lentendez
Keilz hom qil onkes soit ace qil dist pensez."

Desinit distinct. ii.

"Teilz use vin et pain et chiere uesteure
Plus laimet Deus ke teil ki boit de laiwe pur."

Haud in codice invenitur distinctio tertia, sed protinus sequitur,

3. S. Julianæ vita. fol. 62.

Tit. "Ci comence la uie sainte Juliane."

Incip.

"Or escolteiz bon Crestoien, ki or orat si ferat bin;
Et ki uoldrat ad vn penser. desduiz li ert aescolter."

Desin.

"Ci de finist la sainte uie
Juliane la Deu amie.

4. S. Euphrosynæ vita. fol. 87.

Incip.

"Noue chancon uos dunes de bele antiquitee
Ystore bone et dulce plaine de veritee."

Desin.

"Et tu sainte pucele franque rien dulce fior
Enctant moi meris mentente et me labor. Amen."

5. S. Mariæ Ægyptiacæ vita. fol. 109.
Incip.
"Oiez Sagnor une cancon .vilnenat seuertet non;
Tote est faite deueiteit . niat un mot defalseteit."
Desin.
"Qui nos perdoist toz nos pechiez . toz les nouiaz et toz les mez:
Qe li puissons faire present . de noz armes al iugement.
Amen, Amen, Amen, Amen."

6. "La uie saint Andrier lapostle." fol. 120.
Incip.
"Une raison dire uos uulh
Tot simplement et senz orguilh."
Desin.
"Ne nos metet pas en oblit
Mais proiet nos adun mercit."

7. "Li uer del ivise." fol. 131.
Incip.
"Samor oiez raison gloriose et saintisme,
Del ciel en est lauoir de paradis la uie."
Desin.
"Ka leir puissons od lui a la ioie senz fin,
A la dextre partie auoc la sainte companie:
A M E N."

75.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 105, sec. xiv. exeuntis.

1. Liber Constitutionum ordinis Fratrum Minorum per Bonaventuram, Benedictum Papam XII., in capitulo Caturcino anno 1337, per S. Antonium, necnon in capitulis diversis editarum, posthabita tabula capitulorum. fol. 1.

2. Constitutiones Benedicti papæ XII. per fratrem Geraldum Ord. Min. confirmatæ; dat. Caturchi 21 Jun. 1337. fol. 73.

3. Statutorum generalium ordinis Minorum compilatio Nova in capitula duodecim distincta, prævia præfatione. fol. 91.

Incip. præf. "Quia generalium statutorum ordinis Minorum quædam sunt in effectu."

In fine, "Expliciunt constitutiones generales ordinis Minorum."

Sequitur dierum tabula, quibus celebrantur SS. Ord. Minor. variorum obitus.

76.

Membranaceus, in 4to minori, ff. 58, sec. xiv. exeuntis; olim Marci Antonii de Michaelibus.

Directorium Sacerdotum, sive ut titulus est, Summa in foro pœnitentiali, cum capitulorum tabula posthabita.

Tit. "Incipit summa in foro pœnitentiali, brevis et utilis et valde necessaria maxime sacerdotibus super hoc notitiam non habentibus."

Incip. "Inprimis debet sacerdos interrogare penitentem, utrum sciat Pater noster, Credo in Deum et Ave Maria."

Desin. cap. ult., quod inscribitur, 'De quatuor angelis, qui in figura quatuor animalium describuntur;' "sicut Moises Amelech non armis sed orationibus expungnavit; Deo gracias Amen."

In fine, "Explicit opus breve et multum utile, etc."

In calce tabulæ, "Iste liber est Marci Antonii de Michaelibus."

77.

Codex chartaceus, in 4to minori, ff. 115, sec. xv.

1. Cantalycii [Baptistæ, episcopi Pinnensis et Adriensis?] de arte metrica Canones ad Cornelium, canonicum Spoletinum, cum epistola dedicatoria. fol. 1.

Incip. epist. "De arte metrica et veteres et novi, mi Corneli, scripsere quamplurimi."

2. Ejusdem forsan Collectanea mythologica et grammaticalia. fol. 13.

Tit. i. "De novem Musis."

Incip. "Musa nomen est Græcum dicta, ut scribit Herodianus."

3. Vocum quarundam interpretatio. fol. 90.

4. Excerpta ex Columella, de Gallinariis constituendis. fol. 91 b.

5. Quædam de elephanto, de Nina urbe, de Druidibus, etc. fol. 100.

78.

Membranaceus, in 4to minori, ff. 306, sec. xiv. exeuntis, binis columnis exaratus.

[Bartholomæi de Glanvilla, Anglici,] de proprietatibus rerum libri novendecim, prævio prologo; notulis marginalibus hic illic instructi.

Impress. exstant sæpius sec. xv. declinante.

An recte ferat auctor noster nomen de Glanvilla, consulat lector Quetif. Hist. Ord. Præd. tom. i. p. 486.

79.

Membranaceus, in 4to minori, ff. 76, anno 1488 manu Johannis Mileti de Francia, supprioris conventus Venetiarum, exaratus.

Constitutiones fratrum ordinis beatissimæ Dei genitricis Mariæ de monte Carmeli, in partes quinque distinctæ, cum tabulis præmissis.

Sequuntur,

a. "Regula fratrum beate Marie de monte Carmeli per Innocentium papam quartum correcta, qui dedit anno Domini 1243." fol. 64.

In fine, "Scripta sunt hec per me fratrem Johannem Mileti de Francia, ordinis Carmelitarum, die quinta decima Marci, scilicet in die Ramis Palmarum anno Domini m°.cccc°. lxxviii°. in civitate Tridentina, etc."

b. Regula mitigata fratrum Carmelitarum. fol. 66 b.

c. De divino officio et modo pulsandi. fol. 67 b.

d. Modus procedendi in capitulo. fol. 70 b.

e. "La regula de le sorelle del ordine de la gloriosa vergine Maria del monte Carmelo, la quale regula se partisse in dece sette capituli." fol. 71 b.

f. Capitulum de receptione sororum nostrarum. fol. 74.

In fine, "Omnia supra scripta scripta sunt per me fratrem Johannem Mileti de Francia ad instantiam reverendissimi patris nostri magistri Jacobi Qualea de Mantoa provinciali provincie Venetiarum ac Romandiole, dignissimi ordinis fratrum beate Marie de Monte Carmeli, etc. In civitate Tridentina die Mercurii Septimane Sancte, hoc est die tercia mensis Aprilis 1488, existente me in libertate mea et extra ordinem cum licencia in scriptis ejusdem reverendissimi Domini nostri provincialis, etc.

Ego frater Johannes Mileti supprior conventus Venetiarum lig . . . . præsentes constitutiones reverendissimo domino provinciali sanctissimo(?) die 23 Augusti 1488 in prædicto conventu Venetiarum; etc. Laus Deo."

80.

Codex chartaceus, in 4to minimo, ff. 35, sec. xvii.

1. Marcelli Palingenii poematis, Zodiacus Vitæ, librorum xii. synopsis, prævia ad Lectorem præfatione. fol. 1.

Incip. præf. "Reperiuntur lector honorate, quæ poeta."

2. Quæstiones, Utrum ideæ possint esse formaliter factæ. fol. 8.

Incip. "Propositio; Nulla idea potest esse difformis."

3. Quæstiones aliæ, Utrum tota corporis extensio in trina extensione sita sit. fol. 21.

Incip. "Res quarum diversas claras et distinctas ideas habemus."

81.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 235, sec. xv.; initio mancus.

1. Opus Alchemicum, quod dicitur, Lilium Benedictum inter spinas. fol. 1.

Incip. cum verbis, "dedit eis intellectum."

Desin. "bonos salubres tribuat pacem in presenti et vitam eternam in futuro, Amen."

In calce, "Explicit lilium benedictum inter spinas feliciter."

Sequuntur versiculi, qui incip.

"Tres concipit luces decoquitur terrena."

2. Alberti Magni, Ord. Prædic. liber qui dicitur, "Semita recta de arte alchymiæ, cum prologis et adjuratione præmissis." fol. 25.

Incip. prol. i. "In nomine Domini Dei Patris omnipotentis incipiam scribere secreta secretorum."

Incip. opus, "Alchimia est ars artium scientia scientiarum, domina et regina vivorum et mortuorum."

In fine, "Explicit liber, qui dicitur Semita recta metallice phylosophie aditus, a fratre Alberto ordinis Predicatorum, feliciter."

Sequitur, manu altera, Tabula capitum.

3. Anonymi cujusdam opus alchemicum ex Ortholano præcipue confectum. fol. 87.

Incip. "Et pater noster Hermogenes triplex in philosophya philosophando dixit."

4. Anonymi cujusdam 'Liber alchimicus, id est, Alterquinus, cum præfatione.' fol. 122.

Incip. præf. "Inter omnes philosophorum codices nullus eorum melior reperitur."

Incip. liber, "De bitumine quo vasa clauduntur. Bitumen est quedam confectio."

5. "Sinonyma Alterquini libri," ordine alphabetico. fol. 211 b.

Incip. "Armoniacum, id est, res pinguis."

In fine, "Finiunt synonima libri, qui incipit, Inter omnes philosophorum codices nullus eorum melior."

Sequitur tabula ejusdem libri alphabetica.

6. Fixio cinabri perfecta. fol. 225.

7. "Liber beati Thome de Aquino super tractatu lapidis phylosophorum." fol. 226.

Incip. "Aristotiles primo methaphysice ait."

In calce, "Explicit liber Sancti Thome de Aquino, ordinis fratrum Predicatorum."

82.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 43, sec. xv.

Bartholomæi de Montagnana, Senioris, Patavini, Antidotarium.

In calce, "Et hic finit utile Antidotarium experimentorum verisimorum monarce suo tempore Bartholamei de Montagnana utriusque artis doctoris pereximii. Finis etc. de (*sic*) gratias; Amen."

83.

Membranaceus, in 4to minori, ff. 99, sec. xv. ineuntis; binis columnis exaratus.

Burcardi [Johannis Burchardi sive Brocardi ?] Teutonici summa de pœnitentia, cum tabula capitulorum annexa.

Tit. "Summa de pœnitentia fratris Bucardi."

Incip. "Simonia dicitur heresis non quod ipse actus sit hereticus."

Desin. "Est adhuc aliud genus donationis quod vocatur Arre de quibus dictum est supra de mermeriis."

In calce, "Explicit summa de pœnitentia fratris Brurcardi Teothonici, de ordine fratrum Prædicatorum."

84.

Membranaceus, in 4to minori, ff. 204, sec. xv.; mutilus.

Homiliarum liber super evangelia, quæ in ecclesia legi solent a dominica prima de adventu usque ad dominicam post Pentecosten vigesimam quartam.

Incip. homil. i. in istud, 'Benedictus qui venit in nomine Domini;' "Verba hec exponuntur de adventu Christi, in quibus tria notantur."

Desin. ult. (in istud, 'Cum videritis abhominationem desolationis,' etc.) "Venite, benedicti, percipite regnum quod nobis præparare dignetur, qui vivit," etc.

Sequuntur homiliæ in diebus festis SS. Andreæ Apostoli, Nicolai Confessoris, Luciæ Virginis, et Thomæ Apostoli. fol. 183 b.

Incip. i. in istud, 'Extendam palmas meas ad Dominum,' etc. "Hoc verbum Moysy competit beato Andree."

85.

Chartaceus, in 4to minori, ff. 335, sec. xvi.

A

1. Anonymi cujusdam de septem Sacramentis ecclesiæ tractatus moralis, prævia introductione. fol. 1.

Incip. introd. "Quero primo quenam sint illa, quæ tractantur in tota doctrina de casibus conscientiæ."

Incip. opus, "De sacramentis in communi: Primo, quot modis sumitur nomen Sacramenti? Respondetur, tribus præcipue."

B

Desin. "quomodo sint intelligendi et habeant locum, et sit laus Deo, Trino et Uno atque virgini Deiparæ."

2. Tractatus de contractibus in genere, prævio prologo. fol. 188.

Incip. prol. "De contractibus agunt theologi in 4, id est, Gerson in tractatu de contractibus."

Incip. liber, "Dubitatio prima, Quid sit contractus. Contractus est ultro citroque obligatio."

C

Desin. "Hæc dicta sint de contractu emptionis et venditionis, ex quibus cetera de his contractibus intelligi poterunt."

Sequitur capitulum, "De Symonia, et quando accidat."

Incip. "Accipere aliquid pecunia."

86.

D

Codex chartaceus, in 4to minori, ff. 31, sec. xv.

Leonardi Bruni Aretini rerum Græcarum commentarius ad Angelum Accarolum equitem; prævia præfatione.

Exstat impress. in Thesaur. Antiq. Græc. ed. Gronovio, tom. vi. p. 3392.

87.

E

Membranaceus, in 4to minori, ff. 80, sec. xv.; olim, ut ex insignibus gentilitiis patet præmissis, cujusdam e familia Offenheimerorum, postea, anno 1697, Jac. Riccii Polentoni.

1. Petri Pauli Vergerii Justinopolitani ad Ubertinum Carrariensem liber de ingenuis moribus. fol. 1.

Impress. exstat, in 4to. Venetiis, 1497.

F

In calce, "Finis feliciter. Laus et gratias Deo Jesu Christo omnipotenti, qui semper nos custodiat a mallo, Amen."

2. Plutarchi opusculum de educatione liberorum, interprete Guarino Veronensi, prævia ejusdem Guarini epistola ad Angelum nuncupatoria. fol. 39 b.

Exstat inter Plutarchi opuscula moralia, Lugd. 1549, tom. i. p. 241.

3. Basilii Magni oratio ad Juvenes, quibus studiis danda sit opera, interprete Leonardo Aretino, prævia ejusdem Leonardi ad Coluccium Salutatum præfatione. fol. 64.

Exstat sæpius impressa.

88.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 39, sec. xv.; palimpsestus.

A. M. Severini Boethii, sive cujuscumque sit, liber de disciplina Scholastica; cum glossis interlinearibus marginalibusque.

Tit. " Liber Boetii de disciplina Scolarium."

Exstat inter Boethii opera, Basil. 1570, p. 1277.

In fine, " Explicit liber de scolastica disciplina Anicii Boetii Severini, exconsularis Patritii, Deo gratias; Amen."

Sequitur notitiæ hodie fere pæne deletæ pars ultima " . . . . . optima fide, pietatis studio, proque salute adscripsit atque donavit, quem quisque legens proficiat primum, deinde sit gratus, m°.cccc°.lxxviij°."

89.

Membranaceus, in 4to minori, ff. 235, sec. xv.; binis columnis nitide exaratus.

Bartholomæi de S. Concordio Pisanella, sive summa de casibus ad conscientiam pertinentibus, præviis de abbreviaturis declarationibus, cum tabula subjuncta.

90.

Membranaceus, in 4to minori, ff. 63, sec. xv.; binis columnis exaratus.

1. Officium haberi solitum in benedicendo cereos. fol. 1.

2. Dies triginta duo periculosissimi secundum Gregorium. fol. 3 b.

3. " Planctus B. Mariæ Virginis de passione Christi, filii sui." fol. 4.

Incip. " Quis dabit capiti meo aquam et oculis meis imbrem lacrimarum, ut possim flere per diem et noctem."

Desin. " qui cum Deo Patre et cum sancto flamine vivit et regnat Deus benedictus in secula seculorum. Amen."

4. Auctoritates de caritate ex SS. Patribus collectæ. fol. 10.

Incip. " De karitate, Majorem karitatem enim habet, etc. Petrus Apostolus; Ante omnia mutuam in vobismetipsis."

5. [S. Bernardi abbatis de cognitione humanæ conditionis liber.] fol. 14.

Exstat impress. inter opera, ed. Paris. 1690, vol. ii. col. 319.

6. [Ejusdem Bernardi] de duodecim superbiæ gradibus, cum retractatione in tractatum de gradibus humilitatis et præfatione ad fratrem G[odefridum] dedicatoria præmissis. fol. 30 b.

Exstant impress. ibid. vol. i. coll. 557, 559, 571.

7. [Ejusdem de sex hydriis spiritualibus, et de hydriis mysticis implendis triplici timore, sermones duo.] fol. 41.

Exstant ibid. vol. i. col. 1187.

8. Quædam de baptismo et de peccato in Spiritum Sanctum [ex eodem ?]. fol. 42 b.

Incip. " Magister vero Radulfus dicit, quod quamvis fit fictus ille qui baptismum suscipit."

9. Sermones breves. fol. 44.

Incip. " Fratruelis meus mihi in medio uberum meorum comorabitur in principali cordis."

10. Sententiæ morales; partim *Gallice*. fol. 61.

11. Hymnus in honorem S. Catharinæ. fol. 63 b.

Incip.

" He Catherine virginis festum veneretur."

91.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 120, sec. xiv. ineuntis; binis columnis exaratus.

Opus, quod dicitur, Compendium theologicæ veritatis, in libros septem distinctum, [auctore Alberto Magno], prævia capitulorum tabula.

In fine, " Explicit compendium theologice veritatis."

Exstat sæpius impressum.

In calce, *manu secunda*, scriptus est sermo in istud, " Ascende montem Abarim" etc. qui incip. " Dixit Dominus ad Moysen, ut dicit."

92.

Membranaceus, in 4to minori, ff. 14, sec. xiv.; anno 1722 peculium L. Gallicioli.

Officium sepulturæ fratrum, notulis musicalibus instructum.

Præmisit manus L. Gallicioli, " La Sepoltura de Frati dura solo mezza hora, cosi ha durato quella del 8 Lettor Gallicioli, 21 Febraro 1722."

93.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 131, sec. xiv. exeuntis, binis columnis; olim conventus observantiæ Perpiniani.

Raymundi de Pennaforti Summæ theologiæ moralis libri quatuor, præviis prologo et tabula.

Tit. capp. " Incipiunt capitula libri primi in summa de casibus composita a magistro Raymundo, fratre Prædicatorum."

Exstant impress. textu sacrorum canonum quos laudat aucti et locupletati, Paris. 1720.

94.

Membranaceus, in 4to minori, ff. 361, sec. xiv. exeuntis; duabus columnis nitide exaratus.

Bartholomæi de S. Concordio, Pisani, Summa de casibus ad conscientiam pertinentibus, ordine alphabetico disposita cum prologo, annexa tabula capitum.

Exstat impress. Paris. 1470 et alibi.

95.

Membranaceus, in 4to minori, ff. 175, secc. xiii. et xiv.; olim peculium monasterii P. Leonardi de Monte . . . . . prope Veronam.

1. Anonymi cujusdam auctoris liber de intellectu Sacrarum Scripturarum. fol. 1.

   Incip. " Expositio Sacra Scripture fit per significationem vocis vel rei."

2. [Ejusdem ?] liber " de significationibus dictionum artificialibus et naturalibus, secundum ordinem litterarum in alphabeto." fol. 29 b.

   Incip. præf. " De significationibus est dicendum secundum ordinem litterarum in alfabeto, hoc præmisso, quod quicquid significat ecclesia allegorice."

   Incip. opus, " Altare quandoque significat crucem, et hoc duplici de causa."

   Desin. pars secunda de naturalibus, " Animarum medici nascuntur, pro urtica crescit mirtus, arbor odorifera."

3. Hildeberti Cenomannensis de Sacramento missæ versus elegiaci. fol. 81.

   Tit. " Versus Raldeberti Cyllomanensis episcopi de sacramento missæ."

   Incip.

   " Scribere disposui, quæ mistica sacra priorum
   Missa repræsentet, quidve minister agat."

   Desin.

   " Nam quid spernit [*sic*] prius in vervece sacerdos,
   In capro populus in vituloque duces."

4. Quædam de genere humano, de mulieribus, de terra, de circumcisione, et alia. fol. 88.

   Incip. de circumcisione, " Quia Apostolus multipliciter sermocinatus est de circumcisione, dicendum est, quare circumcisio data fuit Habrae primitus."

5. Quæstiones variæ morales cum solutionibus. fol. 90.

   Incip. " Queritur utrum peccata redeant, id est utrum aliquis vere penitens si iterum peccet."

6. Auctoritates paganorum et Christianorum de Deo. fol. 92 b.

   Incip. " Genitorem universitatis tam difficile est invenire quam inventum posse digne profari. Item, Hoc unum scio de Deo."

7. Hymni ad Salvatorem fragmentum. fol. 94.

   Desin.

   " Splendor Patris coeterne
   Nos hinc transfer ad superne
   Claritatis gaudia."

8. Versus contra pastores pravos leonini. fol. 94.

   Incip.

   " Væ vobis ypocrite filii meroris,
   Qualis quisque lateat jam apparet foris,
   Qui lux esse debuit vite melioris,
   Per exemplum factus est laqueus tortoris."

9. Hymnus ad Virginem. fol. 95 b.

   Incip.

   " Ave virgo stella maris,
   Mundi partus salutaris,
   Singularis gloria."

10. De Romæ avaritia carmen. fol. 96 b.

    Incip.

    " Propter Syon non tacebo
    Sed ruinam Rome flebo,
    Quousque justicia."

    Exstat impress. inter Poemata de corrupto statu ecclesiæ, ed. Flacio, p. 408.

11. Hymnus ad Virginem. fol. 98.

    Incip.

    " Ave mater Salvatoris,
    Vas electum, Vas honoris,
    Vas celestis gratie."

12. Hymnus alter ad eandem. fol. 98 b.

    Incip.

    " Ave virgo singularis,
    Mater nostri salutaris,
    Que vocaris stella maris,
    Stella non erratica."

13. Quæstio cur " in epistola omnium SS. non fit mentio de tribu Dan," cum solutione. fol. 100 b.

14. Alani [de Insulis] tractatus contra hæreticos. fol. 101.

Incip. "Quoniam temporibus istis Manicheorum heresis pullulat recidiva."

Desin. "in qua etiam fide videmus viros religiosos vitam finire."

In calce, "Expliciunt oppositiones contra hæreticos Albigenses, quos magister Alanus contra illos epilogavit."

Cf. edit. Paris. 1612, p. 5.

15. Ejusdem Alani epistola, quod missa non est celebranda bis in die. fol. 113.

Incip. "Venerabili amico P. magister Alanus, sic militare in stadio ut triumphet in bravio. Cum vestre obviare peticioni."

16. Quæstiones de Eucharistia, de angelis, de proprietatibus animæ, etc. cum solutionibus. fol. 115.

Incip. "Si per negligenciam evenerit, ut pro lecto canone et peracta consecratione."

17. Gulielmi cujusdam Poema, qui dicitur, Antidotum sive "Fuge te ipsum," cum præfatione. fol. 120 b.

Tit. "Antidotum magistri Guillelmi, cujus nomen est, Fuge te ipsum."

Incip. præf. "Antidotum quod valet omnibus egris, neutris et sanis."

Incip. versus,

"Vos qui voluptatibus vos involutatis,
Primo scire volumus, quod in Ade natis
Fit voluptas ulcio prime voluptatis."

Desin.

"Obicis cur igitur quidam exierunt,
Lucifer et Scarioth quare recesserunt,
Firmiores facti sunt hii qui remanserunt;
Et utinam his associemus; Amen."

18. Versus de Salomonis templo mystico. fol. 127 b.

Incip.

"Rex Salomon fecit templum,
Quorum instar et exemplum,
Christus et ecclesia."

19. Versus alii rhythmici morales. fol. 128.

Incip.

"Est precium in precio
Et viciata premio
Victus est victa vicio."

Desin.

"Patris mater meta vatum,
Ora patrem, jube natum,
Nos ut ducat ad optatum,
Plenum pace et gloria.
Quo referti visu Dei, cantemus Alleluia,
Amen."

20. De officiis animæ diversis. fol. 130 b.

Incip. "Aestima secundum officium suum operis."

21. Opinio magistrorum de inferno. fol. 130 b.

Incip. "Quidam dicunt quod infernus."

22. De diversis statibus bonorum et malorum. fol. 131 b.

Incip. "Quidam sunt summopere boni."

23. "De diversis penis inferni." fol. 132.

Incip. "Prima pena inferni erit cecitas."

24. "De multiplici honore beatorum." fol. 133 b.

Incip. "Primus honor electorum erit."

25. Versus in Pascha, etc. fol. 135.

Incip.

"Pascha novum celebretur
Novo genere carminum."

26. Hymnus ad S. Trinitatem et B. V. Mariam. fol. 136 b.

Incip.

"Summe summi tu patris unice,
Mundi faber et rector fabrice,
Pietatis respectu deice,
Peccatores afflictos respice
Pie pater."

27. Quædam ex Senecæ operibus. fol. 137 b.

Incip. "Semper lugens, semper gemens, semper suspiria cordis emittens."

28. Johannis Lotharii, postea Innocentii Papæ III. de miseria humanæ conditionis libri tres, prævia ad Petrum, Portuensem episcopum, præfatione. fol. 139.

Exstant impressi inter opera, Colon. 1575, tom. i. p. 421.

29. Capita theologica, 'Quot modis sanguis accipitur,' 'Quare Christus dicitur primogenitus mortuorum.' fol. 174 b.

96.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 165, sec. xv.

1. Johannis cujusdam, ut videtur ex rubrica hodie pæne deleta, tractatus theologicus in capita nonaginta novem distinctus, in quo agitur de S. Trinitate, de casu hominis, de nativitate Christi, de clericorum statu in Lazaro figurato, de sacerdotibus, de passione Christi, de lamentatione Virginis, (inserta ejusdem ad crucem lamentatione, 'O crux dura, quid fecisti,') de collocutione devota beatorum spirituum in ascensione, (*metrice*), et de oratione Dominica. fol. 1 b.

Incip. cap. 3. "Quibus nominibus vocetur secunda persona in Trinitate. Quia vero emanatio per modum."

Desin. cap. ult. "hanc itaque formam dominus discipulis suis ad spem salutis humane orandi constituit."

Sequitur tabula capitulorum.

2. [Summula librorum quatuor Boethii de consolatione philosophiæ.] fol. 50.

3. De septem mortalibus peccatis, quando mortalia sint et quando veniales. fol. 52.

Incip. "Nota quod unumquodque peccatum sit quandoque mortale."

4. Anonymi epistola ad Petrum Hierosolymam perrecturum. fol. 55.

Incip. "Epistolam fili Petre tue caritatis accepi, in qua te significasti velle Jerosolimam."

5. [S. Bonaventuræ] liber, qui dicitur Centiloquium, præviis præfatione et tabula sectionum. fol. 63.

Exstat impress. inter opera, tom. vi. p. 58.

6. "Epistola in libro duodecim questionum, qui scribitur ad Hebidiam per beatum Hieronymum." fol. 81.

Exstat impress. inter opera, ed. Vallars. tom. i. col. 812.

7. Ejusdem ad Nepotianum epistola de modo bene vivendi. fol. 88 b.

Exstat ibid. tom. i. col. 252.

8. Ejusdem Testamentum, prævia Eusebii epistola ad Damasum et Theodorum, in capitula viginti sex distinctum. fol. 92.

Exstat ibid. in Eusebii de morte Hieronymi tractatu, ibid. tom. xi. coll. 292. D. i.—293. B. 4, C. 5—312, F. 1.

In fine, "Explicit Testamentum beatissimi Hyeronymi, doctoris eximii."

9. "Flores gloriosissimi doctoris Hyeronimi excerpti ex diversis operibus ejusdem," capitibus triginta, præviis capitulorum rubricis et procemio. fol. 100.

Incip. procem. "In sermone de die Pasce. Fratres carissimi non queo quem mente concepi."

Incip. cap. 1. "De obedientia. Accipe ergo, fili, doctrinam nostram ea simplicitate."

10. Tractatus notabilis de virtutibus et earum oppositis, ornatus testimonio legum et juris canonici, editus a juris utriusque doctore domino Gabrio Zamoreo Parmensi, viro clarissimo, prævia præfatione. fol. 116.

Incip. præf. "Etiam atque etiam mecum tacitus ipse considerans plerumque cogitavi."

Incip. opus, "De justitia. Nam quidem esse omnium perfectissimam virtutem."

Deficit a verbis, "contristat fortius et augmentat."

11. Declaratio regulæ fratrum minorum per venerabilem patrem magistrum Bartholomæum de Pisis, ejusdem ordinis, extracta ex ejus libro conformitatum, et est secunda pars noni fructus et conformitatis. fol. 149.

Incip. "Viso qualiter Summus Dominus et Salvator;" in edit. Bonon. 1590, fol. 109 b.

Desin. cum expositione duodecim capituli regulæ, in edit. cit. fol. 127 b.

In fine, "Explicit declaratio regule fratrum minorum per magistrum fratrem Bartholomeum de Pisis, ordinis Minorum."

97.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 84, sec. xv. ineuntis.

1. Sententiarum de diversis moralium liber, subjectis miraculorum exemplis ex scriptoribus ecclesiasticis, chronicis, aliisque excerptis. fol. 1.

Incip. "Notandum quod in sacra pagina vocatur infernus vel inferus, quia inferius propter suam profunditatem," etc. "Legitur in vita patrum quod abbas Macharius ambulans per heremum invenit caput hominis."

Desin. "quibus responsum est, quod nondum venerant ad mensuram."

2. Sermones de jejunio, de pœnitentia, necnon in feriis quibusdam et dominicis; in fine mutil. fol. 41.

Incip. i. "In capite jejunii. Cum jejunatis nollite fieri sicut ypocrite, tristes: In tota serie hujus evangelii inducit nos Dominus ad tria."

Incip. homil. ult. "Feria secunda. Cum venerit filius hominis in majestate sua, etc. Quia tempus est tempus penitentie."

Deficit a verbis, "sui ipsius sicut videmus."

98.

Volumen partim chartaceum et partim membranaceum, ff. 217, sec. xv.; pluribus constans codicibus.

1. Pauli Pergulensis ad artem Logicam introductio. fol. 1.

Exstat impress. in 4to, Venetiis, per Petrum de Quarengiis. 1498.

In fine, "Explicit loycheta eximii doctoris magistri Pauly Pergulensis scripta per me fratrem Franciscum de civitate ducaly ordinis minorum, anno Domini millesimo cccc.xlv. die iij. mensis Februarii hora secunda diey."

2. Ejusdem Pauli tractatus de sensu composito et diviso. fol. 67.

Exstat ibid. sign. f. 2.

In fine, "Explicit tractatus utilissimus de sensu composito et diviso confectus per artium monarcham magistrum Paulum Pergulensem scriptus 1445, die xviij. mensis Februarii hora tertia noctis ad laudem Dey et sue matris; Amen."

3. Summa confessionis, præcipue ut videtur ex Antonino Florentino, desumpta; mutil. nec ex eodem codice confecta. fol. 74.

Incip. cap. 1. "Utrum mercari semper liceat. Utrum mercatio semper sit licita."

Ad fol. 197 inserta est, manu Prosperi Zinelli Rhegiensis *Italice* scripta, ode "in octava rima ."

Incip.

"Immaculat idio superno et degno."

In fine, "Scripta die xij. mensis vij^is^. 1533, die Veneris, hora 18°, per me d. Prosperum Zinellum civem Regiensem. Τελος."

4. Arbor consanguinitatis et affinitatis, cum expositione. fol. 200.

5. Basilii de liberis educandis libellus, per Leonardum Aretinum *Latine* versus, cum ejusdem ad Coluccium Salutatum præfatione. fol. 202.

Impress. exstat Parisiis, 1543, et alibi.

In fine, "Magni Basilii liber explicit feliciter."

99.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 32, sec. xv., anno scilicet 1471 exaratus.

Ordo recipiendi mulierem ad ordinem beati Augustini, doctoris eximii.

Incip. rubric. "Primo mulier, que debet ingredi monasterium conveniat ad ecclesiam induta tamquam sponsa vestimentis laneis."

Incip. offic. "Accipe soror carissima crucem Domini nostri Yesu Christi tanquam vexillum."

In fine, "1471 die 26 Octubris hora 17."

100.

Volumen, partim chartaceum et partim membranaceum, in 4to minori, ff. 115, sec. xv.

1. [Antonini, archiepiscopi Florentini,] Summa Confessionalis. fol. 1.

2. [Ejusdem Antonini] de restitutionibus tractatus. fol. 83.

Titulus est, "Incipit tractatus de restitutionibus editus a reverendissimo D. archiepiscopo Florentino ex ordine preclari ordinis Prædicatorum."

3. Quædam de virtutibus et vitiis septem. fol. 103 b.

Incip. "Honestum est, quod sua vi nos attrahit et sua dignitate nos allicit."

4. De iis, quæ scire oportet Christianum. fol. 106.

Incip. "Quilibet Cristianus debet primo scire Pater noster, ut possit orrare."

5. Tabula ad religionis Christianæ disciplinam spectans. fol. 109.

Incip. "Hec sunt, que quilibet fidelis scire debet."

6. Hymnus ad Virginem. fol. 114 b.

Incip.

"Ave virgo generosa,
Barbaraque graciosa,
Paradisi vivens rosa,
Castitatis lilium."

101.

Codex chartaceus, in 4to minori, ff. 260, sec. xv.

1. Francisci Petrarchæ, Florentini, epistolarum metricarum libri tres; [initio mutil.] fol. 1.

Incip. epist. i. cum versu,

"Cogimur archanas calamo nec pauca scilendi;" in edit. Basil. 1581, tom. iii. p. 76, col. 2.

In fine, "Francisci Petrarce, poete Laureati, epistolarum ad Barbatum Sulmonensem liber tercius explicit feliciter."

Sequuntur versus isti,

"Cellorum regina potens, quem stelliger ingens
Nobilitate comes per negligit oraque vibrans
Prolis Agenoride fruitur, proh forsitan ira,
Mavortis virtute nitens, lac ab ubere fossor
Pallados insignis series lauranda, Petrarce,
Atria quero tui, rogitans si tabiter adsum
Scriptorem gaudere mei veniaque pudescat,
Lector utroque tamen poterit celerique paratu
Crimen abesse reor festinum sordet ut omne;"

Deinde,

"Finibus Euganeis residens Anthonius erga
Muxonem Baratella manu celerante peregit
Hoc opus, evitenens ortus de virgine sacra
Mille capit centumque quater quos additur annos
Undenus, mergebat aquis et aquarius udens
Sex vicibusque satum Latone tramite facto.

Deo gratias; Amen.

2. M. T. Ciceronis ad diversos epistolæ viginti duæ familiares. fol. 114.

3. Francisci Petrarchæ de vita solitaria libri duo, prævia præfatione. fol. 120.
   Exstant inter opera, edit. Basil. tom. i. p. 224.
   In fine, "Epithaphium Francisci Petrarce suprascriptum opus componentis."
   Incip.
   "Frigida Francisci lapis hic tenet ossa Petrarce."

4. Gasparini [Barzizii] Pergamensis ad Nicolaum filium epistola; dat. Patav. v. id. Feb. fol. 254 b.
   Incip. "Quod omnia perfeceris de quibus."

5. Ejusdem Gasparini ad Ludovicum Bonifacium comitem Veronæ epistola; dat. Patav. xvi. kal. Sept. fol. 254 b.
   Incip. "Posteaquam ad te scripsi, neque tempus."

6. Ejusdem ad eundem epistola. fol. 255.
   Incip. "Scis quantum meos amo; nemo enim fere."

7. Ejusdem ad eundem epistola; dat. Patav. 4. Oct. fol. 255.
   Incip. "Binas jam percepi a te litteras."

8. Francisci Petrarchæ et Roberti, comitis de Batifolle, epistolæ quatuor amœbææ. fol. 255 b.
   Exstant Petrarc. epp. inter Senil. epp. vi. et vii.; et Roberti in Bandin. catal. tom. iii. col. 704.

9. Gasparini Barzizii ad Ludovicum Bonifacium epistola; dat. Patav. id. Jun. fol. 257.
   Incip. "Si comentarii, quos petis mitti."

10. Ejusdem ad eundem epistola; dat. Patav. viii. kal. Jan. 1413. fol. 257 b.

11. Antonii de Romagno Feltrensis ad Luscum Antonium Vicentinum epistola; dat. 5 id. Jul. fol. 258 b.
   Incip. "Fabella, optime Lusce, ante dies."

12. Epistola anepigrapha. fol. 258 b.
   Incip. "Amici tui somnium."
   Adfixa est margini notitia ista, "Sacelarius quidam cujus nomen ignoro."

13. Gasparini Barzizii ad Stephanum Teutonicum; dat. Patav. id. Jun. 1413. fol. 259.
   Incip. "Lodovicus noster discessit."

14. Pauli Piçopassi Bononiensis ad Stephanum de Todeschis epistola; dat. Venet. prid. non. Mart. fol. 259.

15. Sententiæ ex Terentio, Cicerone et Plauto excerptæ. fol. 259 b.

102.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 60, sec. xv.; anno 1668 peculium Francisci de Zeno.

1. Guarini Veronensis Regulæ grammaticæ. fol. 1.
   Tit. "Incipiunt regulæ Guarini Veronensis."
   Incip. "Gramatica est scientia recte loquendi."
   In fine est "Epithafium Hermafroditi," incip.
   "Dum mea me genitrix gravido gestaret in alvo."
   Sequuntur possessorum nomina, "Hieronymus Marini, Ego Antonius Marino quondam domini Johannis."

2. Regulæ aliæ grammaticæ, partim *metrice* expressæ; [initio mutil.] fol. 37.
   Desin.
   "Insidias, furtum, stuprum die atque rapinam,
   Est hara porcorum, venerabilis ara Deorum,
   Prima brevis petit h. longa est sine h. secunda."
   Sequuntur, "Ista regula est mea, Jonanes Antonius, de Venecianis." "Ista regula est mei Johannis Petri editi Veneciarum, et cetera."

103.

Membranaceus, in 4to minori, ff. 62, sec. xiii. exeuntis.

Liber, qui dicitur, "Candelabrum, sive, Summa perfecte dictandi a doctore, qui Bonum dicitur ordinata," in partes octo distinctus et prologo epilogoque instructus.
   Incip. prol. "Presens opus Candelabrum nominatur, quia populo dudum in tenebris ignorancie ambulanti, lucidissimam dictandi."
   Incip. opus, "Quid sit dictamen et unde dicatur. Dictamen est ad unamquamque rem congrua et decora."
   Desin. "lumen prorsus relegat oratio finitiva opus dilucidans, quod precessit."
   Incip. epilogus, in quo fatetur se auctor natu Florentinum, educatione tamen Bononiensem, "Opus inchoatum jam ad finem desideratum perduximus."
   Desin. epil. "in octo partes distinguimus, ut cercius quisque possit quod desiderat invenire."
   Sequuntur,
   a. Tabula partium operis supradicti.
   b. Notitia ista, "Accedant igitur omnes, qui actenus in tenebris extiterunt ad hujus divini operis claritatem, ut ab errore quorundam interscientium penitus resipiscant, scientes quod

si hoc acceptaverint aliud opus in proximo de cartis et privilegiis, ut jura volunt, excelentissimus [*sic*] faciemus."

c. Versus ad libellum,

" Devotos vere . te queso libelle docere
Insidioque fere . comoda digna gere
Laus decollatis . tibi sit pie fons bonitatis
Nondum tuta satis . jam callo vela sciatis
Quare debes plurimum prudens exultare,
Quia te desiderat divus honorare,
Quicquid tibi placeat tibi gaudens dare,
Ut possis præ omnibus summe radiare."

In calce, " Explicit summa beatissimi ac excellentissimi doctoris, qui Bene dicitur sive Bonum."

104.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 105, sec. xiv. ineuntis.

Tabulæ astronomicæ ex Alphonso aliisque, ut videntur, compilatæ, cursuum scilicet æquationumque solis et planetarum, etc.

Tabula prima est inscripta, " Tabula notarum annorum Arabum."

Ultima est, " Tabula equationis domorum 12 ad civitatem Toleti."

Sequuntur, *manu recentiori*, tabulæ conjunctionum solis et lunæ ad meridiem Lombardiæ, eclipsium, etc. per annos 1371—1386.

105.

Membranaceus, in 4to minori, ff. 77, secc. xiii. et xv.; olim Johannis Thom...... ord. Prædicatorum.

1. [Johannis de Sacro-Bosco] tractatus de Sphæra. fol. 1.

Tit. " Incipit tractatus de spera magni astrologi Ptolomæi."

Exstat sæpius impressus.

2. Anonymi cujusdam de sphæra tractatus. fol. 11.

Incip. " Sic queram primo, utrum spere celestes sint novem et videtur, quod non, quia per speram non possunt deprehendi."

In fine, " Explicit tractatus spere."

3. " Scriptum spere," [sive commentarius in Joh. de Sacro-bosci tractatum,] cum figuris. fol. 14.

Incip. " Aliquando modus sicut spera speram appetitus appetit, ita scribit philosophus tertio de anima Boetius."

Desin. " sicut dictum est; sic est in proposito, quare, etc."

In fine, " Explicit adscriptum spere."

4. " Incipit scriptum super Spera." fol. 38.

Incip. " Seneca dicit in quadam epistola ad Lucillum, Projice omnia."

Desin. " vel Deus nature patitur, sicut fuit verum an machina mundi tota dissolvetur et corrumpetur. Explicit."

In fine, " Explicit scriptum spere."

Huic subjiciuntur tabulæ aliquot astronomicæ, cum explicationibus.

5. Tractatus astronomicus de Lunæ ducatu et mansionibus. fol. 64.

Incip. " Universa astronomie juditia, prout Indorum asseverat antiquitas, a luna in ducatu potissimum manare creduntur."

6. [Johannis de Sacro-bosco de arte numerandi tractatus.] fol. 70.

Deficit a verbis, " ita quod digitus in digitum;" inter Rara Mathematica, ed. Halliwell, p. 13, l. 6.

106.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 199, sec. xv.; olim, ut videtur, ex insignibus præmissis, cujusdam e familia Hosemanniorum, postea Quinti Coriolani Cipici.

Pompeii Festi, sive Sexti Pompeii Festi, de verborum veterum significatione libri novendecim.

Tit. " Festus Pompeius de vocabulorum expositione."

Exstant impressi in calce Cornucopiæ Nic. Perotti edit. 1521, col. 1125.

107.

Membranaceus, in 4to minori, ff. 133, sec. xv., binis columnis exaratus.

1. Sermones plures in Sanctorum dies et festos varios. fol. 1.

Incip. i. " Sermo in consecratione ecclesie. Terribilis est locus iste, etc. Nota quod ecclesia consecratur; ut tantum divinis usibus mancipetur."

Tit. et init. ult. " Sancti Francisci Confessoris. Surrexit Helyas propheta quasi ignis, Eccl. xlviii. In verbis istis commendatur beatus Franciscus."

Desin. " et sic patet totum. Rogitemus Dominum; etc."

2. Sermo pœnitentialis, in istud, ' Quare moriemini, domus Israel.' fol. 22.

Incip. " Vox divine misericordie in hiis verbis intonat, interrogat, pulsat, vocat, exitat et invitat."

3. "Sermo Ystorialis," in istud, 'Israel diligebat Joseph,' etc. fol. 24.

Incip. "Auditus verbi Divini tria commoda ingerit."

4. Sermones alii in diebus Dominicis et festis. fol. 26 b.

Tit. i. "Dominica prima de Adventu."

Incip. "Hora est jam nos de sompno etc." "Clamat præco vigilantissimus et zelator præcipuus."

Desin. ult. in festo Omnium Sanctorum, "laudis et magnum edificationis exemplum. Laudamus igitur."

---

5. Anonymi cujusdam in S. Johannis evangelium distinctiones plurimæ, sive commentarii breves. fol. 58.

Incip. "In principio erat verbum, etc. Moraliter in istis verbis duo tanguntur."

Desin. "in adventu Salvatoris, scilicet, salus visibilis et visio salutaris."

Sequuntur,

a. Tabula capitulorum prædicti operis initia ostendens. fol. 129.

b. Sermo in istud, 'Pascha nostrum immolatus Christus' [ex S. Gregorio.] fol. 130 b.

Cf. opera, tom. i. col. 1533.

c. Sermo in istud 'Armavit me Dominus et adduxit in tenebris.' fol. 132.

d. "De quinque panibus et duobus piscibus," etc. fol. 132 b.

108.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 107, sec. xv., binis columnis exaratus; olim Francisci de Sancto Georgio.

Bartholomæi de Caymis sive de Chaymis, Mediolanensis, Confessionale, sive Interrogatorium, in partes quatuor distinctum, notulis marginalibus hic illic instructum.

Tit. "Incipit Confessionale sive interrogatorium per venerabilem patrem fratrem Bertholameum de Cayamis, de Mediolano, ord. Minorum compositum et distinctum in quatuor partes principales."

Exstat impress. in 4to minori, Mogunt. 1478, et alibi.

109.

Chartaceus, in 4to minori, ff. 201, sec. xvi.

1. Logistica seu arithmetica astrologica. fol. 1.

Tit. cap. i. "Ratio mutandi fractionem vulgarem in scrupula astronomica et contra."

Incip. "Vulgaris fractio mutatur."

2. De ascensionibus et descensionibus signorum Zodiaci. fol. 9.

Incip. "Ascensio recta est, quæ ex tabulis."

3. Ratio inveniendi quantitatem diei et noctis cujuslibet artificialis. fol. 16 b.

Incip. i. "Habeas latitudinem seu elevationem polarem."

4. De horarum discrimine. fol. 23.

Incip. "Horæ duplices sunt."

5. "Horam ortus atque occasus solis item planetarum invenire." fol. 26.

Incip. i. "Arium diurnum per quatuor multiplicatum.

6. Doctrina de erigendis cæli figuris secundum modum Regiomontanum. fol. 29.

Incip. "Tres sunt partes; i. præparat tempus."

In calce, "Finis tractatus de erigendi cæli figuris ad modum rationalem Regiomontani."

7. Ratio erigendi thema ad modum æqualem. fol. 45.

Incip. "In rationali modo æquator."

8. Veræ præcessiones æquinoctiorum verni supputatæ ad annos centum. fol. 49.

Incip. "Exemplum: Natus est N. anno 1559."

9. Ratio inveniendi latitudinem lunæ, cæterorumque Planetarum. fol. 58.

Incip. "Subtrahe motum ☊ a vero motu ☽."

10. De aspectibus in dextra ephemeridum facie. fol. 63.

Incip. "Aspectuum species et definitiones."

11. De domino geniture. fol. 67.

Incip. "Eum, qui plures dignitates."

12. De judiciis nativitatum. fol. 70.

Incip. "προλεγομένων loco necessario."

13. Ex aphorismis Ludovici de Rhegiis. fol. 87 b.

Incip. "Dominus horæ in omnibus formis."

14. De nativitatibus Johannis Schöneri. fol. 96.

Incip. "Quæ ante judicium nativitatis."

15. Abrahami Aben-Ezræ liber quæstionum. fol. 110.

Incip. "Sapientum astronomorum diversa sententia est."

In fine inserta sunt plura, "de domorum cæli significationibus" ex ejusdem Abrahami libro Principii Sapientiæ collecta.

16. Ejusdem ABRAHAMI liber, qui dicitur Luminarium. fol. 144.
Incip. " Luminaria duo vis majoris sunt."

17. Ejusdem ABRAHAMI liber Electionum. fol. 160.
Incip. " Priusquam loquar de electionibus."

18. " Ex centum dictis Hermetis." fol. 181.
Incip. " 9. non diffinias vel eligas aliquis."

19. De erectione Thematis. fol. 187.
Incip. " Cum cælestia duplici motu moveantur."

110.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 184, sec. xv. ineuntis.

1. ALANI DE INSULIS, Parisiensis, Anticlaudianus, sive de viro optimo et in omni virtute perfecto libri novem, versibus hexametris, præmissis præfatione et prologo oratione scriptis ligata. fol. 6.
Incip. præf. " Cum fulminis impetus vires suas."
Incip. prol. " Quia in hoc opere agitur de quatuor artificibus."
Exstat poema sæpius impressum.
In margine, prope ad initium poematis, depicta est psittaci imago in rostro schedulam tenentis inscriptam, " Qe ne done qe ayme, ne prent qe delire."
In fine, " Explicit Anticlaudianus magistri Allani de homine divino; Amen, etc."

2. Ejusdem ALANI de planctu naturæ liber contra Sodomiæ vitium, oratione partim soluta et partim ligata. fol. 82.
Incip. cum versu,
" Spiritus exiret ad basia deditus ori;"
apud Leyserum in Hist. Poet. Med.-Æv. p. 1046 l. ult.
In fine, post ' dereliquit aspectus;' sequuntur, " Natura vero ad supernum stellantis mundi palacium Himeneus et genius ad secreta suarum penetralia mansionum cetereque virtutes nature familiariter assistentes ad sue regionis incolatum gressus maturaverant gloriosum."

3. MARCIANI MINEI FELICIS CAPELLÆ de nuptiis Philologiæ et Mercurii libri duo, oratione tam soluta quam ligata scripti. fol. 123.
Tit. " Incipit liber de nuptiis Mercurii et philologie inter Deum eloquencie et Deum sapiencie."
Exstant impress. in calce Isidori Originum, ed. 1577.
In fine, " Explicit Marcianus Felix Mineus Capella de nupciis Mercurii et philologie."

4. [BERNARDI SYLVESTRIS liber, partim prosaice partim metrice scriptus, in duas partes distinctus, quarum prior Megacosmus, altera Microcosmus intitulatur;] cum titulis rubricatis margini adpositis. fol. 150.
Incip. præf. " Terrico veris scientiarum titulis doctori famosissimo."
Incip. pars i.,
" Congeries informis adhuc cum silva teneret."
Desin. pars ii.
" Ductoresque pedes omnificasque manus."
Istius operis alia duo exemplaria habet bibliotheca nostra, in codd. scilicet Laud. 515 et Digb. 157, ambo sec. xiii. exarata et glossis instructa marginalibus.

111.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 49, annum circ. 1400 exaratus; " donato dat. sig. conte Pirro de Capitanii."

1. Liber de regimine ulceris vesicæ et renum, [auctore JOHANNE DE CAPITANEIS?] fol. 1.
Incip. " Quoniam non semper omne contrarium suo contrario curatur, sed multociens sufficit multa regiminis bonitas."
Desin. " in aqua distemperetur ℥ 15, casie fistule munde succi liquoritie recentis mane recentis ant. ℥ 5, miss. etc."

2. JOHANNIS DE CAPITANEIS consilium super urinæ ardorem. fol. 38.
Incip. " In cura hujus dispositionis, scilicet, ardoris urine, que dispositio non est parvipendenda."
Desin. " in vino vermigio, ut de aliis potibus dictum est, et de tempore et de quantitate."
In calce, " Explicit consilium super ardorem urine editum a magistro Johanne de Capitaneis de Vite-dono anno Domini 1397, die Lune Februarii."

112.

Chartaceus, in 4to minori, ff. 8 et 75, sec. xvi.

Præscriptorum liber alchemicorum ad philosophorum lapidem præcipue spectantium.
Tituli duo præmissi sunt, quorum unus, " Secreti chimici," alter " Filosofia e medicina."
Tit. i. " Ad faciendum sublimatum de argento vivo, vel sublimatio ☿ "
Incip. " Recipe argentum vivum quantumvis et tantundem salis communis, tere simul in mortario."
Desin. " in parte humida di cavara l' oglio."

Sequitur contentorum tabula alphabetica.

Præmittuntur,

a. Canones aliquot alchemici, numero centum quinquaginta sex. fol. 1*.

b. "Fragmenta" de eadem arte. fol. 7* b.

113.

Codex chartaceus, in 4to, ff. 12 et 139, sec. xv. exeuntis; anno scilicet, ut videtur, 1475 exaratus.

Liber de morbis variis et eorundem curis, in capitula quingenta triginta septem distinctus, auctore JULIANO sive TATIANO DE NIGRIS.

Incip. "De denigratione capillorum. Recipe cineris ceri solidi."

In fine, "Deo gratie meo infinite existant de hujus operis complemento."

Deinde, "Ego Tutianus de Nigris de Venetiis, doctor medicine, complevi hunc librum in 1475 die 19 mensis Decembris in civitate Venetiarum."

Præmittitur tabula capitulorum.

114.

Chartaceus, in 4to minori, ff. 58, sec. xv.; anno 1530 peculium Francisci de Priulis "da S. Jac°."

Dictionarium medicum, sive expositiones vocum in arte medicinali usitatarum, ordine alphabetico [ex Mondino collectæ,] cum præfatione, *Italice* et *Latine*.

Incip. præf. "Al noma sia de culuy el qual sofri morte e passion par la umana natura."

Incip. dict. "Arthemixia, id est, matus herbarum, vel canaparia."

Deind. "Zeractis alcaripsi, id est, se. apii. Amen."

115.

Chartaceus, in 4to minori, ff. 70, sec. xvi.

1. GABRIELIS FALLOPPII, Mutinensis medici, de luxationibus tractatus. fol. 1.

   Exstat impress. inter opera, edit. Francof. 1600, tom. ii. p. 60.

2. Ejusdem GABRIELIS de fracturis tractatus. fol. 54.

   Exstat ibid. tom. ii. p. 88.

   In codice nostro contracti sunt in libellum eundem tractatus duo supradicti, in lectiones viginti distincti, sub titulo, "Excellentissimi domini Gabrielis Falloppii de fracturis ossium atque luxationibus."

116.

Codex chartaceus, in 4to, ff. 8 et 284, sec. xv.; manu Francisci de Eniaxio, artium doctoris, anno 1463 plerumque scriptus.

Præmittuntur tabulæ librorum, necnon librorum rubricarum, qui in codice continentur.

1. ÆGIDII [Corboliensis] de pulsibus Carmen, cum [GENTILIS DE FULGINEIS?] commentario. fol. 1.

   Tit. "Carmina Egidii de pulsibus cum comento."

   Incip. comment. "Quatuor sunt membra principalia."

   Habemus commentarios fere eosdem in bibl. nostra, in cod. Laud. Lat. 106, sign. cxvi.

2. Ejusdem ÆGIDII de urinis Carmen cum ejusdem [GENTILIS?] commentariis. fol. 35.

   Tit. "Carmina Egidii Romani de urinis cum commento ejusdem."

   Incip. comment. "Iste liber nove institutionis."

   Exstant comment. in MS. eodem, sign. cviii. b.

3. Tractatulus de modo judicandi urinas. fol. 84 b.

   Tit. "Modus judicandi urinas feliciter incipit."

   Incip. "Iste est modus judicandi urinas, unde sic est procedendum, primo de colore."

4. De Zodiaci signis, scilicet de temporibus faustis et infaustis secundum eorundem dominia, versus triginta sex heroici. fol. 86 b.

   Tit. "Signa supercelestia in hec inferiora influunt, quod istis carminibus declaratur.

   Incip. "Aries igneus:

   "Nil capiti facias aries cum luna refulget."

   Desin.

   "Ambris contemptus epilencus essit ab illo: et sic est finis."

5. Anonymi cujusdam de medicinis simplicibus et compositis liber. fol. 87.

   Incip. "Virtus medicine est ponenda naturalis, quia ipsa medicina corpori humano interius vel exterius applicata."

   Desin. "non super locum unde exit, sed circa locum: Deo laudes: Amen."

6. "Tractatus super Nono Almansoris antiquioris BARTHOLOMÆI DE SANCTA SOPHIA." fol. 113.

   Incip. "In nomine Dei misericordis, cujus nutu sermo recipit gratiam et doctrina perfectionem. Demum ordinem Rasis viiij° Almansoris in sequendo."

   Desin. "et similes medicine; et hec sufficiant ad laudem omnipotentis Dei ejusque virginis matris Marie;" etc.

In calce, "Laus tibi sit Christe. quoniam liber explicit iste. Compilatus per eximium artium et medicine doctorem d. M. Bartholomæum antiquiorem de Sancta Sophia et scriptus ac et complectus per me Franciscum de Eneaxio, Patavum, artium doctorem et medicine, scolarem excellentissimi artium et medicine doctoris d. M. Bartholomæi junioris de Sancta Sophia, anno 1463, die xij. Setembris hora xxij. Amen."

7. Ejusdem Bartholomæi de febribus tractatus. fol. 213.

Tit. "Tractatus de febribus antiquioris Bartholamei de Sancta Sophia."

Incip. "Humane nature dignoscitur gloriosum, cum se scire sit, que alta sunt."

Desin. "et sic sit finis cure febrium putridarum communiter occurrentium, secundum mei modici intellectus capacitatem sic scienter complectus sit ad laudem omnipotentis Dei ejusque gloriose virginis Marie anno 1412, quando rex Panonium suum in Italiam exercitum missit contra dominum nostrum Venetorum die dominico xxvij. Decembris mensis."

Sequitur, "Et ego Franciscus de Eneaxio hoc opus scripsi et nonis Maii 1463 complevi, ad laudem supradictorum et Sancti Jeronimi; Amen. Deo Maximo iterum laudes."

8. "Gentilis de Fulgineo tractatus de Vulneribus." fol. 270.

Incip. "Hoc est emplastrum sive unguentum dignum laude, quia mirabiliter operatur."

9. Averrois de venenis tractatulus. fol. 272.

Tit. "Opusculum de venenis Aueroys feliciter incipit."

Incip. "Omnes species mortiferorum."

10. "De urinis a voce Theophili" [Protospatharii]. fol. 274.

Incip. "De urinarum differentia negocium."

Cf. Bandin. catal. tom. iii. col. 53.

In calce, "Explicit liber urinarum a voce Theophili; ad laudem Dei omnipotentis et beate virginis, et sic est finis."

117.

Codex chartaceus, in 4to, ff. 140, sec. xv.

Johannis Boccaccii de Certaldo de montibus, silvis, fontibus, lacubus, stagnis seu paludibus et de nominibus maris libri.

Tit. i. "Johannis Boccaccii de Certaldo de montibus liber feliciter incipit."

In calce ult. "Johannis Boccaccii de Certaldo poetæ clarissimi de maribus liber feliciter explicit; laus Christo."

Extant sæpius impressi.

118.

Codex chartaceus, in 4to, ff. 142, sec. xv.

1. Regulæ quædam astronomicæ et astrologicæ, de diebus faustis et infaustis, etc. fol. 1.

In fine, "Anno Domini 1465."

2. Ordo reperiendi in quo die, in qua hora et in quot punctus renovatur luna cujuslibet mensis. fol. 14.

3. Kalendarium. fol. 15.

In calce, "Finis, die 20 Marcii anno 1465."

4. "Tabule Pasce;" *Italice.* fol. 21.

5. Operis cujusdam medici particulæ sive libri septem posteriores, præmissis particulæ, si tertiam excipias, unicuique capitulis; auctore, ut titulus est, Apollinari Papiensi. fol. 24.

Tit. "Opus Apolinaris Papiensis."

Incip. part. iii. "Et oculi alii duo subtiliores primo in angulis sunt positi."

Particula quarta scientiam continet virtutum et spirituum actionum, et habet capitula viginti.

Particula ultima habet capitula triginta septem, quorum primum agit, "De universali via unde intelliguntur passiones interiores," et incip. "Morbi nascentes in interioribus;" ultimum agit, 'De passionibus matricis,' et desin. "hec sunt significationes morborum præsentium que in quibus libris."

119.

Chartaceus, in 4to, ff. 157, sec. xvi.

Gabrielis Falloppii, medici Mutinensis, de aquis thermalibus Tractatus, in lectiones triginta distinctus.

Tit. "m.d.lix. Lectiones excellentissimi domini Gabrielis Falloppii Mutinensis de Balneis."

Consentit, quoad initium et finem, cum edit. impress. inter opera, Francof. 1600, p. 193.

120.

Chartaceus, in 4to minori, ff. 542, sec. xvii.

Opus chemicum, cui titulus est,

"Keslerus redivivus, hoc est, quingentæ pulcherrimæ chimiæ processiones et medicinæ partim ad intimas et extremas corporis infirmitates, partim ad emendationem minimorum mineralium et metalium valde utilium, quorum imprimis quadringenta per M. Thomam Keslerum chymicum et civem Argentinensem in lucem data et quatuor vice apposita sunt, sed jam ab uno præcipuo chymico in novo revisa et cum additione quingentesimi in formatum ordinem

et certam classem posita sunt, cum uno certo registro; Franckfurti in Manii; Joannes Beier, anno millesimo sexcentesimo quinquagesimo septimo anno."

Exstat opus supradictum impressum, sed *Germanice*, ed. Francof. Joh. Beyers, 1666.

In codice deest registrum.

A

121.

Codex chartaceus, in 4to minori, ff. 54, sec. xv.

B

1. Leonis Baptistæ Alberti, seu de Albertis, de pictura libri tres; prævia ad illustrissimum principem [Franciscum? Gonzagam] Mantuanum præfatione. fol. 1.

Exstant impress. in 8vo. edit. Basil. 1540.

Incip. præf. "Hos de pictura libros, princeps illustrissime, dono ad te deferri jussi; quod intelligebam te majorem in modum his ingenuis artibus delectari."

C

Desin. "Denique putabo tibi opus non displicuisse, ubi me tibi deditissimum voles annumerare inter familiares tuos et non in postremis commendatum habere; sis felix."

2. Ejusdem Leonis elementa picturæ ad Theodorum. fol. 47.

Incip. præf. "Cum evenire uspiam posse putas, Theodore, ut qui penitus ipse non videat nec doceat eo proficiscendi."

D

Desin. "volo autem me ames, quantum quidem facis maxime."

Incip. elementa, "Quo scribendo sim brevis atque dilucidus hac proposuisse diffinitiones."

Desin. "Peto etiam ab his, qui exscripserint opusculum hoc diligenter emendent et numeros admonitionibus adjungere non negligant: Laus Deo."

E

122.

Chartaceus, in 4to minori, pp. 285, sec. xvii.

Johannis Joachimi Becheri, M.D. Spirensis, Sacr. Cæs. Majestatis consiliarii, opera varia, scilicet,

1. Digressio specialis ad subterraneorum genesin, ubi in specie de tribus mineralium principiis agitur, quæ auctor tres diversas terras esse demonstrat; etc.: anno 1681. p. 1.

F

Tit. cap. i. "De deffinitione et natura principiorum subterraneorum."

Incip. "Principiorum definitionem, prout illa in communi datur."

2. Experimentum Chemicum novum, quo artificialis et instantanea metallorum generatio et transmutatio ad oculum transmutatur; seu supplementum primum in Physicam subterraneam: anno 1681. p. 53.

Incip. "Vetus est inter physicos controversia."

3. Centrum mundi concatenatum, seu Duum-Viratus Hermeticus, etc. pro commentario in posteriora duo capita supplementi primi physicæ suæ subterraneæ. p. 83.

Incip. "Hic commentarius licet in posteriora saltem."

4. Demonstratio philosophica, seu Theses chemicæ, etc. id est, supplementum secundum in Physicam subterraneam, ad invictissimum Romanorum imperatorum Leopoldum, cum indice subjuncto: anno 1681. p. 100.

Incip. thes. i. "Datur Deus, unde omnium rerum vita."

Exstat impress. in 8vo., Francof. 1675.

5. Experimentum novum ac curiosum de minera arenaria perpetua, loco supplementi tertii in physicam suam subterraneam, cum indice; anno 1680. p. 169.

Tit. cap. i. "Ex quibus subjectis sulphur aureum tingens copiose extrahi possit, et qua methodo in extractione ejus procedendum."

Incip. "Alchymistarum finis est aurum habere."

6. Alphabetum minerale, seu viginti quatuor theses chemicæ de mineralium, metallorum, cæterorumque subterraneorum genesi, principiis, differentiis, mixtione et solutione. Cornubiæ in Anglia inter ipsas multifarias mineras earumque examinationes, etc. cum indice; anno 1682. p. 209.

Incip. "Quodcunque in orbe est dependet a materia."

7. Methodus vera et genuina philosophice et spagirice laborandi; etc. anno 1689. p. 239.

Incip. "Ad omnes operationes philosophicas."

8. Concordantia Mercuriorum Lunæ, necnon concordantia Menstruorum. p. 255.

Præfiguntur ista, "Bibat qui potest; Lavet qui vult; Turbet qui audet; Bibite fratres et vivite. Aut hic aut nusquam est quod quærimus."

Incip. "Lustratori harum operationum duo potissimum consideranda veniunt."

In fine est "Explicatio characterum" alchemicorum.

123.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 73, sec. xvi. ineuntis.

Ars compendiosa inveniendi Veritatem, auctore SIMONIDE, in figuras quinque distributa.

Præfigitur, "Hæc compendiosa ars inveniendi veritatem dividitur in quinque figuras, quæ sunt, A. S. T. V. X, et mediantibus istis quinque potest quis invenire veritatem sub compendio et contemplando Deum virtutibus adherere et a se vitia extirpare. Hæc etiam ars docet pro solutione questiones et necessariis rationibus dubitationem solvere earundem."

Incip. prologus, "A. ponimus, quod sit Deus, cui attribuimus xvi. virtutes, non accidentales sed essentiales."

Incip. cap. i. "De cameris; Quando scilicet vult subire cameras ipsius A. tunc potest eas subire."

Desin. opus, "Quia nulla forma artificialis est ita similis forme naturali, sicut beatissima crux."

Sequuntur,

a. Alphabetum artis generalis.

b. Definitiones principiorum.

124.

Codex chartaceus, in 4to minori, ff. 196, sec. xv.; anno scilicet 1467 manu Jacobi de Suciis descriptus.

1. GULIELMI DE SALICETO, Placentini, Chirurgia, cum prologo. fol. 1.

Tit. "Cirugia edita a magistro Guliermo, qui dicebatur del Avantago, qui fuit de natione de Placentia, sed magisterio longo tempore nutritus Verone. Hic fuit magnus philosophus et expertus valde cirugicus."

Exstat impress. Venet. 1502 et alibi.

Subjecta sunt fini recepta quædam medicinalia et alia notabilia, "extracta de libro exemplari magistri Guliermi et Bruni ac Almansoris, quæ non erant in contextu dictorum librorum." fol. 171.

2. BRUNI Longobucensis chirurgia parva, cum prologo ad Lazarum. fol. 173 b.

Incip. prol. "Ut de operatione Manuali librum compositionem breviorem, id est aptiorem."

Incip. liber, "Primus canon sive regula, qui omnibus occurrunt vulneribus, est, ut sanguis reffrenetur."

In fine, "Explicit cirugia parva magistri Bruni Longucensis."

Sequuntur, a. "Ego Jacobus de Suciis scripsi hunc librum et fini die xij. que erit die Sabbati mensis Decembris 1467: Deo gratias, Amen."

b. Præscripta alia pro oleis, unguentis, etc. *Lat.* et *Ital.*

125.

Codex chartaceus, in 4to minori, ff. 136, sec. xv.; olim Jacobini de Capre . onibus.

1. AVICENNÆ libri Canonis libri quarti Fen iii. iv. et v. fol. 1.

Exstant impress. in edit. 1582, pp. 451—490.

In fine, "Explicit cirugia Avicene; Amen."

Deinde, "Iste liber Avicene est mei Jacobini de Capre . onibus de Antegnate, episcopatus Cremone."

2. Lunarium, seu computatæ tabulæ lunæ ad cognoscendum, quando luna erit nova; "et incipit ab A et finit at T et sunt litere 19, et sic finit et durat infinita secula seculorum. fol. 117.

Incip. "Item sciendum est quod in isto alphabeto cognoscitur, quando luna est nova."

126.

Chartaceus, in 4to minori, ff. 337, sec. xvi.

1. Anonymi cujusdam opus medicum in sectiones quatuordecim distinctum, in quibus tractatur de ægritudinibus cerebri, de nervorum affectionibus, de oculorum symptomatibus, de aurium passionibus etc., cum curationibus. fol. 1.

Incip. sect. i. cap. i. περὶ μνήμης ἀπολωλυίας; De memoria deperdita. Eum memoriam perdidisse dicimus, qui omnium eorum, quæ prius noverat, oblitus est."

Desin. sec. xiv. cap. ult. 'De hernia,' "in vino tundantur, in emplastrum subigantur."

In fine, "Et hæc de morbis particularibus."

Præmittitur, "Precatio D. Raymundi Lullii ante medicinarum exhibitionem."

2. Liber de febribus in sectiones tres distinctus. fol. 283 b.

Incip. cap. i. "Quid febris et quæ ejus essentia. Febris quam Hippocrates et Galenus et Græci omnes."

Desin. sect. 3. cap. ult. "epithema pro corde ex speciebus diamarg. frig. Santalis Melissa."

Sequitur, "Index morborum et capitum in libro contentorum."

127.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 67, anno 1455 exaratus.

JOHANNIS MARTINI, physici [Ferrariensis?] liber de evitandis venenis et eorum remediis, ad Ludovicum de Gonzaga, Mantuæ marchionem, in tractatus septem distinctus, prævia capitulorum tabula.

Titulus est, "Ad illustrem et excelssum principem dominum dominum Lodovicum de Gunzago, millittem ac Mantue marchionem magistri Johannis Martini physici peritissimi, ac millictis clarissimi, de evitandis venenis et eorum remediis libellus et exquixita preceptio."

Incip. præf. "Quoniam superiore anno princeps illustris ex astrorum motu ac cognitione."

Incip. opus, "Prime partis principalis duo sunt tractatus. Dipartita erit igitur hec institutio nobis; primum a quibus in genere cavendum."

Desin. "Bezar jam supra expedivi tractatum in cura cujuslibet veneni in fine; et ideo non oportet amplius recapitulare, ideo nota etc. 1455, die secundo Februarii; Amen Deo gratias."

Operis supra memorati exemplar aliud, Francisco Sphortiæ dicatum, est in Bibl. Reg. Paris. n. 6980.

128.

Chartaceus, in 4to minori, ff. 149, sec. xv.

1. Magistri BERNARDI præscriptorum de diversis libri quatuor; *Lat. et Ital.* initio manci. fol. 1.

   Tit. lib. ii. est, "Liber secundus magistri Bernardi ad faciendum specula et γυαλιὰς et temperaturas ferri et aliqua de chrystallo."

   Incip. "Plumbatio vitri ad speculum faciendum."

   Tit. lib. iii. "Liber tercius de modo faciendi saponam cum multis aliis receptis notabilibus."

   Tit. lib. iv. "Liber quartus ejusdem magistri Bernardi, in quo tractatur de collis, de maculis extrahendis et de conficiendis pellibus."

2. "Tractatus pulcherrimus ad colorandum mulieres secundum magistrum ENRICUM." *Italice.* fol. 77.

   Incip. "Sia lenida la came cum olio di tartaro."

3. Liber secundus HENRICI de componendis vino et malvasia et ad faciendum acetum. fol. 86.

   Incip. "Si vis habere uvas multas."

4. Recepta plura de diversis, inter quæ
   a. Tractatus de ligis, et primo de liga Brixiana. fol. 102.
   b. Thesaurus pauperum. fol. 107.
   c. Tractatus Musaici. fol. 110.
   d. Tractatus de Collis. fol. 112.
   e. Tractatus saponis. fol. 114.
   f. Tractatus de auferendo maculas. fol. 116.
   g. Tractatus de enchausto. fol. 119.
   h. Tractatus de temperatura dura calibis vel alterius metalli. fol. 123.
   i. Tractatus artis pictoriæ et de omnibus coloribus. fol. 125.
   k. Tractatus blancariæ. fol. 131.
   l. Tractatus de peliparia. fol. 134.
   m. Tractatus pro omnibus tincturis. fol. 137.
   n. Tractatus faciendi omnia instrumenta, etc. fol. 139.
   o. "Tractatus tinctoriæ silici tellarum et fili lini et pannorum lanæ." fol. 141.

129.

Codex chartaceus, in 4to minori, ff. 172, sec. xvii.

D. POCOB. Physicæ Naturalis partes quarta et quinta, a Petro de Barry Venetiis exaratæ.

Tit. part. iv. lect. i. "De febris nomine et definitione."

Incip. "Cor nobilium in homine visus tanti videtur fecisse universa antiquitas."

Pars v. inscripta est, "Phisicæ naturalis pars quinta de meteoris; tractatum hunc ad sui usum exaravit Petrus de Barry, kalendis Septembris anno 1688."

Incip. "Proemialia. Connexionem hujus partis cum præcedentibus."

Desin. "Hec pauca de multis sint satis, alias forsan, si tempus, si occasio postulet, plura et majora dabo, τέλος."

130.

Membranaceus, in 4to minori, ff. 89, sec. xiv.; binis columnis exaratus.

[S. BONAVENTURÆ opusculum, quod dicitur, Biblia Pauperum] in capitula centum triginta quatuor distinctum; absque præfatione.

Consentit, quoad initium et finem, cum edit. impress. Romæ 1596, tom. vii. p. 471.

In codice intitulatur, "Liber de exemplis sive miraculis Novi et Veteris Testamenti divina sapientia factis."

In fine, "Explicit liber de exemplis Sacre Scripture de miraculis divinis."

Sequitur, "Qui scripsit carmen,
Sit benedictus: Amen."

Deinde Homilia brevis in istud, "Vanitati enim creatura subjecta est; etc." incip. "Inter omnia ad que debet homo conari est."

131.

Codex chartaceus, in 4to, ff. 162, sec. xv.; olim Bartholomæi de Lanfranchis, postea Ursi de Ursinis et denique Matthæi Palmerii, Florentini, de captivitate Pisarum.

JOHANNIS BOCCACCII DE CERTALDO de montibus, silvis, fontibus, lacubus, fluminibus, stagnis seu paludibus, et de nominibus maris liber; epilogo omisso.

Sæpius prodiit cum Genealogiarum Opere, ed. Venet. 1497, etc.

132.

Membranaceus, in 4to minori, ff. 91, sec. xv.; olim cujusdam, qui portabat in parmula balteos sex cyaneos argenteosque alternatim, forsan e familia de Fieschis, seu de Obiziis.

STEPHANI FLISCHI de Soncino liber de compositione styli adornandi et commodæ orationis; cum præfatione.

Tituli quod hodie legatur, est "Stefani Flischi de Soncino .... adornandi et comode orationis .... elocutionis ad sapientissimum virum dominum Franciscum Patritium de C...... inclitum militem comitemque Palatinum ac perspicacissimum medicine doctorem liber incipit."

Incip. præf. "Cum post multas diuturnasque studiorum pertractationes acuratius essem mecum perscrutatus, sapientissime mi Francisce, que res potissimum collustrassent homines illos."

Desin. "qui primam illius uberioris operis copiam habuerunt, hujus permutationis rationem assignare cum me illis excusatum facerem."

Incip. opus, "Compositio adornandi stili est comodissima pars elocutionis cujus ratione et admonitione."

Desin. "ad ipsos opprimendos tam vehementer convertent, quod aliquantisper te missum facient."

In fine, "Stefani Flischi de Soncino liber de compositione stili adornandi et comode orationis atque colluplectande elocutionis explicit: Deo gratias."

133.

Codex chartaceus, in 4to, ff. 152, sec. xv.

1. ALBERTANI, causidici Brixiensis, liber de doctrina dicendi et tacendi, ad Stephanum filium suum. fol. 1.

Incip. "Quoniam in dicendo multi errant."

Exstat impress. teste Fabricio, in 4to. Daventr. 1490, et sæpe alibi.

In fine, "Explicit liber de doctrina dicendi ac tacendi ab Albertano causidico Brixiensi de ora sancte Agate compositus et compilatus sub anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo quinto de mense Decembris."

2. Ejusdem ALBERTANI liber consolationis et consilii, ad Johannem filium. fol. 13 b.

Incip. "Quoniam multi sunt qui in adversitatibus."

Desin. "pars ita cum gaudio et leticia recesserunt."

In fine, "Explicit liber consolationis et consilii, quem Albertanus causidicus Brixiensis de ora Sancte Agathe compilavit atque composuit sub anno m°cc°.xl° sexto de mensibus Aprilis et Maii."

3. Ejusdem de amore et dilectione Dei et proximi et de forma honestæ vitæ et aliarum rerum liber ad Vincentium filium. fol. 60 b.

Incip. "Initium mei tractatus sit in nomine Domini."

Desin. "ad quod Ille nos perducat, qui sine fine vivit et regnat. Amen."

In fine, "Explicit liber de amore et dilectione Dei et proximi et aliarum rerum et de forma vite, quem Albertanus causidicus Brixiensis de ora Sancte Agate compilavit ac scripsit, cum esset in carcere domini imperatoris Federici in civitate Cremone, in quo positus fuit cum esset capitaneus gauardi ad deffendendum locum ipsum ad utilitatem communitatis Brixie, anno Domini nostri Jesu Christi m°.ccc°[*sic*]xxx°viii°. de mense Augusti in die Sancti Alexii, quo obsidebam civitas Brixie per eundem imperatorem; indictione xj."

Sequuntur,

a. Tabula capitum operum supra memoratorum.

b. "Lectio libri Levitici."

c. Epitaphium Pii papæ Secundi.

Incip.

"Frigida membra Pii serva lapis iste loquacis,
Qui pacem moriens attulit Italiæ."

134.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 36, sec. xv.

FRANCISCI PETRARCHÆ, Florentini, Carmen Bucolicum in Eclogas duodecim distinctum, notulis marginalibus et interlinearibus illustratum.

Tit. "Francisci Petrarce poete laureati bucolicum carmen incipit."

In fine, "Francisci Petrarce poete laureati bucolicum carmen explicit feliciter. Laus tibi Christe, Deo gratias."

Sequuntur, [Carmina triginta quatuor postrema ex Africæ libro sexto desumpta.]

135.

Chartaceus, in 4to minori, ff. 172, sec. xv.; binis columnis descriptus; olim Augustini Veneti.

S. ANTONINI, archiepiscopi Florentini, Opera varia, scilicet,

1. Summa Confessionalis abbreviata, sive Introductorium de Confessionum audientia: prævia tabula capitulorum, subjunctis excommunicationibus pluribus. fol. 1.

In calce, "Explicit Introductorium perutile satis de audientia confessionum in omni statu et gradu de omni peccato de omni casu vel sententia editum a reverendo domino fratre Antonio, archiepiscopo Florentino, ordinis Prædicatorum, extractum a quadam magna summa ejus, etc."

2. Tractatus de officio divino. fol. 88.

Incip. "De officio divino, quo officiantur ecclesie."

3. Regula dirigens celebratores missarum ut caveantur defectum et periculum, at disturbis in missa contingentibus remedium habeatur. fol. 94.

Tit. "Deffectus misse sunt quando requisita."

Cf. supra cod. inter Eccles. Script. vi. § 4.

4. Tractatus de Restitutionibus. fol. 100.

Incip. "Hoc mare magnum."

Cf. Summ. Theol. part. ii. tit. 2.

5. De cambiis. fol. 132 b.

Incip. "Notandum quod tria sunt genera cambiorum."

6. Tractatus parvus de usuris, secundum S. THOMAM AQUINATEM. fol. 136 b.

7. S. ANTONINI tractatus de ornatu mulierum. fol. 137.

Incip. "Queritur primo utrum ornatus mulierum."

8. Solutiones aliquorum dubiorum. fol. 142 b.

Incip. "Et primo queritur, utrum secularis extra suam dyocesim."

9. De decimis. fol. 154.

Incip. "De decimis solvendis quia confessores debent facere conscientiam."

In fine, "Explicit tractatus de decimis fratris Antonii archiepiscopi Florentini; Deo gratias."

10. De variis peccatis. fol. 156.

Tit. i. "De simplici fornicatione, et primo de luxuria."

Incip. "Item utrum consensus in delectatione moralis."

11. De superstitionibus. fol. 164.

Incip. "Demum de infidelitate agendum, sed quia vicium superstitionis."

In fine, "Deo gratias; Amen."

136.

Codex chartaceus, in 4to minori, ff. 166, binis columnis anno 1433 manu Augustini Pauli de Passignano scriptus.

1. MARCI DE SUMMA RIPA, ord. Prædicat., Bonum quaternarium, vel Quadragesimale, seu sermones in quadragesima habiti. fol. 1.

Incip. "Cum jejunatis, etc. Finis humane nature cum sit beatitudo."

Desin. opus, "Et in hoc quarto dubio totum nostrum opus terminavimus finiendo, quod ut a principio jam decrevi Bonum nuncupatur Quaternarium Summa Ripe, ad laudem et gloriam omnipotentis Dei, Patris et Filii et Spiritus Sancti, intemerateque virginis gloriose Marie et sanctissimi Seraphici Francisci ex privilegio singulari stigmata deferentis totiusque curie triumphantis; Amen."

In calce, "Et sic est finis hujus operis scripti per me fratrem Augustinum Pauli de Passignano completi 1433, die 2 Septembris, Passignani."

Sequitur tabula materiarum in opere supradicto, prævia auctoris præfatione.

2. Anonymi cujusdam de passione Domini tractatus, in partes septem distinctus. fol. 152.

Incip. "Annum quinquagesimum vocabis remissionem, etc. Hic equidem annus constabat ex 49 novem annis."

Desin. "ipso præstante, qui pro nobis est crucifixus hodie."

In calce, "Et sic est finis hujus passionis, quam ego frater Augustinus Pauli de Passignano scripsi in conventu nostro Burgi 1433 die 19 Septembris."

3. Sermo in istud "Exurgens Maria abiit in montana." fol. 161.

Incip. "Qui exercitati sunt in cognitione signorum."

4. Sermo in istud 'Venite, mittamus lignum in panem ejus.' Jer. xi. fol. 164.

Incip. "Primum dicendum, quia Christus voluit in ligno mori."

137.

Codex chartaceus, in 4to minori, ff. 144, sec. xv.

1. Anonymi cujusdam in P. Lombardi sententiarum libri primi distinctionem secundam. fol. 1.

Incip. "Circa secundam distinctionem, in qua Magister agit de unitate divine essentie, quero istam questionem, utrum in latitudine entium sit aliquis semper primus gradus."

Desin. "ad b. et idem argumentum."

2. Anonymi cujusdam in Hentisberi, seu Entisberi, seu Gul. Heytesbury sophismata. fol. 94.

Incip. "Omnis homo est omnis homo. Circa primum principale est advertendum, quod Hentisben ad primam consequentiam."

Desin. "vel aliquid hujusmodi, quorum credulitas in mente potest haberi ex sensu elige, et sic est finis."

138.

Membranaceus, in 4to minori, ff. 27, sec. xv.

SS. Proti, Hyacinthi, et Eugeniæ martyrum vita et passio, ex Simeonis Metaphrastis, ut videtur, historia confecta.

Tit. "Incipit vita et passio SS. martirum Proti, Hyacinti, et Eugeniæ, qui post martyrii palmas obtinuerint ad cælestia regna pervenerunt."

Incip. "Multa denique explicanda oportet secundum Stoicorum documenta necnon Epicuræorum sectas."

Desin. "et ipsi ad eternam vitam migrarunt, glorificantes sanctam et individuam Trinitatem nunc et semper et in secula seculorum, Amen."

In fine, "Explicit passio sanctorum martirum Proti et Hyacinti et Eugenie; Finis: Deo gratias."

139.

Chartaceus, in 4to minori, ff. 10 et 244, sec. xv.

1. [Francisci de Platea] Restitutionum opus in capita ducenta octoginta quinque distinctum, præviis capitulis. fol. 1.

Incip. "Restitutio primo. Utrum restitutio sit de necessitate salutis. Respondeo secundum Scotum."

Desin. "Qui non voluerit satisfacere justa formam predictam non est absolvendus, Hec Monaldus."

Exstat impressum Venetiis 1477.

2. [Ejusdem Francisci] de usuris liber, posthabita capitulorum tabula. fol. 100.

Exstat ibid. impressus.

In fine, "Dicitur hic finis ad laudem Trinitatis."

3. [Ejusdem Francisci] de excommunicationibus liber, prævia tabula. fol. 168.

Exstat ibid. impressus.

4. [Ejusdem narratio de disputatione coram Eugenio papam IV. anno 1440 Florentiæ habita de artificibus qui faciunt vel vendunt ornamenta mulierum absolvendis; necnon de gratiis quibusdam ab Eugenio Francisco eidem concessis.] fol. 232.

Incip. "Quia in dubiis emergentibus est sedes apostolica pro declaratione merito consulenda maxime ubi dispendium vertitur animarum."

In fine, "Ego frater Jacobus de Primadiciis de Bononia ordinis Minorum interfui omnibus predittis, que dominus noster benigne et gratiose concessit anno Domini m°cccc° 40 die tercia."

In calce codicis est notitia de Jacobo de Varignana Florentiam an. 1440 Jul. mense misso Eugenium papam rogaturo, ut confessiones præteritas per fratres Bononiæ auditas ratificaret.

140.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 156, sec. xv.; scilicet 1430 per Henricum Zuchener Venetiis exaratus.

1. Ricardi de S. Victore tractatus de quatuor gradibus violentæ caritatis. fol. 1.

Exstat impress. inter opera, ed. 1650, p. 355.

2. Ejusdem in Psalterii versus varios annotatio. fol. 14.

Exstat ibid. p. 428.

3. Ejusdem in Psalmum cxxi. annotatio. fol. 16 b.

Exstat ibid. p. 471.

4. Ejusdem(?) tractatus in istud 'Tolle puerum et matrem ejus et fuge in Egiptum.' fol. 20 b.

Incip. "Mater mentis puritas, puer ejus veritatis."

5. Ejusdem in Psalmum xxv. annotatio. fol. 23.
Exstat ibid. p. 430.

6. Ejusdem in Psalmum xxviii. annotatio. fol. 30.
Exstat ibid. p. 434.

7. Ejusdem in Psalmum xcviii. annotatio. fol. 33 b.
Exstat ibid. p. 455.

In calce,
"Ach, homo, si scires, quid esset aut unde venires,
Nunquam gauderes, sed omni tempore fleres."

8. Ejusdem opus de Contemplatione in libros quinque distinctum. fol. 61.
Exstat ibid. p. 147.

In calce, "Explicit liber de archa mistica, sive de contemplacione, editus a venerabili Ricardo abbate Sancti Victoris Parisiensis, scriptus in Veneciis anno Domini 1430 pro reverendissimo in Christo patre ac domino domino Blasio de Molino, Veneto, sancte ecclesie Gradensis patriarcha, per me utinam servulum suum Heynricum Zeuchener, etc."

141.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 74, sec. xiv. ineuntis.

1. Anonymi cujusdam de Est Dei libellus. fol. 1.

Inscribitur, "Deus propter amorem tuum, incipit liber iste, qui est de tuo Est."

Incip. "Est Dei vocamus id quod ipse Deus est, et de isto Est hunc librum edificamus et compilamus."

Desin. "in hoc quod est et quod facit, qui siquidem modus est divinus."

In calce, "Explicit iste liber per gratiam et auxilium Domini Dei nostri, cui librum istum commendamus, ex quo ad ipsum cognoscendum est inventus et finitus est in civitate Moricensi anno Domini nostri Jhesu Christi m°.ccc°. in mense Septembris; Deo gratias."

2. Liber, qui dicitur, "Ars inquirendi particularia in universalibus, finis existens compendium inveniendi omnia quesita, que in universalibus nobis permanent occulta," in distinctiones tres divisus, cum prologo, prævia ad Deum oratione. fol. 13.

Præmisit titulum sequentem manus recentior, "Tractatus vel commentum super figuram de T."

Incip. prol. "Cum apud nos infinita particularia et eorum universalia finita sint."

Incip. distinct. i. "Prima igitur figura quinque triangulorum est ex diversis coloribus compositorum."

Desin. distinct. ult. "Hec siquidem ars est in diversa ydiomata translationi aptissima ad convertendum infideles in veritatis semitam, ut cognoscant et diligant Illum, qui regnat et imperat altissimus et omnipotens vivax Deus."

Sequuntur tabulæ literarum alphabeticarum cum significationibus.

142.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 361, sec. xiv. exeuntis; binis columnis exaratus.

JACOBI DE VORAGINE, Ord. Præd. archiepiscopi Januensis, Legendæ Sanctorum per totum anni circulum, prævia præfatione et capitulorum tabula.

Tit. prol. "Incipit prologus super legendis Sanctorum, quas compilavit frater Jacobus, natione Januensis, de ordine fratrum Prædicatorum."

In fine, "Explicit legenda Sanctorum."

143.

Membranaceus, in 4to minori, ff. 91, sec. xv.; per Reprandinum quendam, in usum Matthæi de Vituriis, [de Venetiis,] exaratus.

1. S. Pauli heremitæ vita, auctore S. HIERONYMO, cum prologo. fol. 2.

Exstat impress. inter Rosweyd. vitas Patrum, p. 11.

2. Vita Malchi, monachi captivi, auctore eodem HIERONYMO, cum prologo. fol. 9.

Exstat impress. ibid. p. 71.

3. Vita S. Hilarionis, cum prologo, auctore eodem. fol. 14 b.

Exstat ibid. p. 57.

4. Vita S. Antonii abbatis, cum prologo, auctore S. ATHANASIO, ep. Alexandrino, in Latinum ab Evagrio traducta, prævia ejusdem EVAGRII ad Innocentium epistola. fol. 35.

Exstat ibid. p. 25.

5. "Vita PAULI Simplicis edita per beatum Jeronimum." fol. 84 b.

Cf. Rosweyd. pp. 368 et 554, e quibus videtur nostram vitam e narrationibus a Ruffino et Palladio scriptis confectam esse.

Incip. "[Fui]t quidam inter discipulos Antonii."

Desin. "atque complura his et majora, qui ab hominibus simplex est nominatus. Laus Deo."

In fronte codicis est dedicatio per scribam, Repandinum, ad Matthæum Victurium, cujus insignia gentilitia in parte folii secundi depicta sunt.

144.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 120, sec. xv.

1. Anonymi cujusdam liber 'de articulis fidei, qui dicitur Scala,' cum procemio. fol. 1.

   Incip. procem. "Funiculus triplex, etc. Funiculus iste, quo a terra trahimur ad celum est fides, spes, caritas, de quibus est præsentialiter predicandum."

   Incip. gradus primus, "Primus gradus, qui est necessarius cuilibet Christiano."

   Desin. "propter justitiam colunt, ad sedes sydereas transferuntur: Amen."

   In fine, "Explicit liber qui dicitur Scala."

2. Libellus de Confessione, in quo tractatur de peccatis mortalibus, et de præceptis decem, etc. fol. 51.

   Incip. "Cum ad salutem suam quilibet teneatur confiteri peccata sua."

   Desin. "non concupisces non desiderabis etc."

3. "Vita beati Ludovici episcopi et confessoris, cum miraculis ejus sub compendio annotatis." fol. 75.

   Data est, "Avinioni vij. idus Aprilis, pontificatus nostri anno primo" et consentit cum Johannis papæ XXIV. diplomate, apud Surium tom. iv. p. 757, usque ad verba 'duximus annotanda,' p. 759, l. 10; deinde in codice sic continuatur, "In civitate Massilie quedam mulier, Bentranda nomine," et desin. ut fere in edit. impress. "et quadraginta dies de injunctis sibi penitentiis misericorditer relaxamus. Dat." ut supra.

   Sequuntur,

   a. In festo Sancti Ludovici ad missam, Lectio libri sapientiæ. fol. 98.

   b. In festo Sancti Ludovici ad missam, evangelium secundum Marcum. fol. 98 b.

   c. Translatio gloriosissimi Ludovici, Tolosani episcopi. fol. 99.

   Incip. "Gloriosus Dei confessor et pontifex illustris et inclitus Ludovicus Christi fidelissimus."

   Desin. "beneficia divina meritis ejus exuberant; prestante Domino nostro Yhesu Christo" etc.

   d. "Venerabilis et optimi religiosi Pauli de Maffeo canonici regularis Sancti Augustini epistola ad prestantissimum sacerdotem Thomam Cremonensem, in visionem illam præclarissimam edificationis ecclesie et monasterii Sancti Ludovici, Castellanæ dioceseos." fol. 103 b.

   Incip. "Tuis sepe suavissimis exortationibus me accuratius monuisti, ut visionem illam divinam de instituendo monasterio Sancti pontificis Ludovici describerem; quam recens nostra memoria tulit effectam esse hac in florentissima civitate Venetia."

   Desin. "Quod cum obtinere meruero abs te et ipsis profecto computabo in donis illis, quæ ad cumulum gaudiorum meorum accedere et pertinere videntur; Vale."

   In fine, "Explicit epistola in visione edificationis ecclesie seu monasterii sancti Ludovici episcopi Castellane dyocesis; Deo gratias."

   e. Tabula totius operis supradicti. fol. 118.

145.

Codex chartaceus, in 4to minori, ff. 368, secc. xv. et xvi.

1. Expositiones in libros Physicorum Aristotelis, auctore Cremonino? fol. 1.

   Incip. "Questio utrum caliditas, frigiditas et alie qualitates in essentia sint forme subtiles ipsorum."

   Deficit a verbis, "non est difficile solvere quæstionem adductam et solutio talis est—"

2. Tractatus de voto editus a domino P[aulo de Venetiis?] in septem partes distinctus, cum prologo. fol. 33 b.

   Incip. prol. "Quoniam voti grandis est difficilisque materia."

   Incip. pars. i. "Voti diffinitio. Ex multis voti diffinitionibus quas repperi, quattuor adducam in medium."

   Desin. "post religionis ingressum, si placeat abbati. Benedictum sit nomen Domini Jesu Christi; Amen."

3. Pauli de Venetiis Summa Naturalium in partes sex distincta, cum prologo. fol. 104.

   Exstat impressa, edit. Paris. 1512.

   In fine partis quartæ notatum est, "Explicit quarta pars Summe Naturalium magistri Pauli de Venetiis per me F. Bartholomeum de Gassino 1461 19 Septembris."

   In calce operis, "Laus Deo Marie Francisco, 1460, pridie Kal. Decembris, Papie;" deinde, "Explicit summa philosophie secundum magistrum Paulum Venetum scripta per me fratrem Bartholomeum de Gassino, etc."

   Sequuntur, a. Quæstiones variæ secundum Rodulphum Britonem, Boethium, Euclidem aliosque. b. Capitum tabula Aristotelis Physicorum, librorum de cælo et mundo, et de generatione et corruptione.

4. S. Ubaldi episcopi et confessoris vita, auctore Tebaldo. fol. 316.

Exstat impress. inter Act. SS. mens. Maii tom. iii. p. 630.

5. Indulgentiarum tabula a pontificibus concessarum, ab Adriano papa VI. ad Clementem papam VIII. inclusive; *Ital.* fol. 334.

146.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 40, sec. xv.; olim, ut ex insignibus gentilitiis videtur, cujusdam e familia de Zen, de Venetiis, episcopi.

Petri Pauli Vergerii, Justinopolitani, ad Ubertinum Carrariensem de ingenuis moribus et liberalibus studiis adolescentiæ liber.

Exstat impress. in 4to. Venet. 1497.

147.

Chartaceus, in 4to minori, ff. 133, sec. xv.

1. Vocabulorum fragmenta quædam ex Festo Pompeio excerpta. fol. 1.

Incip. " Arma dicuntur proprie ab armis, id est humeris, dependentia, ut scutum, gladius, pugio."

In calce, " Expliciunt vocabula ex Festo Pompeio excerpta."

2. Vocabularium alterum. fol. 14 b.

Incip. " Sarta tecta integra tecta dicuntur."

3. Vocabula super Donato majori. fol. 23 b.

Incip. " Graeci interjectione scilicet non anumerant."

In fine, " Expliciunt exposiciones Donati pariter et vocabula."

4. Festi Pompeii de verborum significatione librorum xx. epitome [per Paulum Diaconum alphabetice digesta.] fol. 27.

Incip. " Augustus locus sanctus ab avium gestu, quia ab avibus significatus est."

Desin. " Vernise, rames, psalia auguria."

In calce, " Deo omnipotenti laus et gloria. Festi Pompeii finis.

Nunc vigillasse juvat, dulce et meminisse laborum."

148.

Membranaceus, in 4to minori, ff. 67, sec. xv.

S. Francisci Legenda et vita, [auctore S. Bonaventura] præviis prologo et capitulis.

Tit. " Incipit legenda et vita beati patris nostri Francisci, et primo prologus."

Exstat impress. inter Bonaventuræ opera, edit. Romæ, tom. vii. col. 295

149.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 182, sec. xiv. exeuntis.

1. Exempla SS. Patrum diversa, e libro, qui dicitur, Vitas Patrum, Historia Lausiaca, aliisque ejusdem generis auctoritatibus, a quodam fratre ordinis Prædicatorum anonymo collecta, cum prologo. fol. 2.

Incip. prol. " Ad honorem Dei et utilitatem legentium diversa sanctorum patrum exempla in hoc libello collecta sunt a quodam fratre ordinis Prædicatorum. Non quidem omnia, sed quæ legentibus vel auditoribus utiliora esse videbantur, non solummodo de libris qui Vitas Patrum nuncupatur sed etiam de quibusdam aliis libris, quorum minime veritas ignoratur."

Desin. " sed materie exigencias præmissis titulis magistri."

Titulus primus est " De timore Dei" et ultimus de " Sancto Paphnutio;" legitur tamen in præfatione, quod ultimus est 'De officio angelorum circa humanam naturam,' quem in codice nostro nullibi invenire possumus.

Incip. i. " Dixit abbas Jacob, sicut lucerna obscurum cubiculum illuminat, ita timor Dei."

Desin. ult. 'de Pannucio' " in peccati grandis alicujus crimen incurrat, nisi ante eum divina providencia pro malis moribus derelinquat."

Distinguitur opus in partes quatuor, quarum prima dicitur, 'Vitas Patrum;' secunda extracta est, " de libro sanctorum patrum Egypti, sicut vidit et audivit beatus Ieronimus, quem misit monachis de monte Sancto Oliveti" prævio compilatoris, necnon Hieronymi, prologo, [*consentit prologus alter cum eo a Rosweydo ad p. 342 edito,*] tertia 'de libro, qui dicitur Paradysus, quem composuit Heradides [*Heraclides scilicet, apud Rosweyd. p. 709.*] episcopus et misit Lauso, imperatori Catholico; quarta et ultima pars habet SS. anecdota, ex Cassiano aliisque collecta.

2. Liber theologicus, qui dicitur, Viridarium consolationis, anonymo auctore, in partes quinque et tractatus septuaginta novem distinctus, præviis prologo et capitulis. fol. 116 b.

Incip. prol. " Quoniam ut apostolus Petrus ait Spiritu Sancto affati locuti sunt sancti Dei homines, oportet nos Sanctorum dicta imitari pariter et herere."

Incip. cap. i. 'De Superbia,' " Quoniam omne peccatum a superbia trahit origenem, teste scriptura."

Desin. cap. ult. 'Quod magis necessaria est humilitas quam virginitas,' " et hujusmodi pudiciciam superbia inquinet."

In calce,

" Laus tibi sit Christe, quoniam liber explicit iste; Deo gratias."

Sequuntur,

a. De articulis fidei, ad Sacerdotes.

Incip. " Quoniam valde ignominiosum est sacerdoti."

b. Tabula super ordine dominicarum ab octava Pentecostes usque ad adventum Domini."

150.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 112, sec. xiv.

Passionale, sive narrationes de Sanctorum vitis aliaque legenda in festis per anni circulum, cum prologo.

Titulus est,

" Incipiunt flores . sanctorum multi colores,
Collige, lector, eos . instrue deinde reos."

Sequitur prologus, " Purpureas sanctorum coronas post inclitam eorum magne fidei constantiam atque bonorum operum usque in finem perseverenciam summo sanctorum patrum studio investigatas moderata nostri operis brevitas apercius conabitur explicare. Nihil enim intelligencie faciliorem prestat aditum quam brevitas non obscura; veruntamen nulla nova cudentes sed de apocriphis aliqua notula denotatis pociora eligentes, autenticas scripturas, quas Romana ecclesia nequaquam suscipi prohibet, tucius prosequamur. Ut igitur verbis detur compendium ab ipsa coronatorum corona et eorum principe, ymmo ab ipso principio principium sumamus."

Præmittitur sermoni primo de Adventu, distichon sequens,

" Prebeat eternum Verbum mihi documentum supernum, Doctor adesto mei . spiritus alme Dei."

Incip. sermo, " Unigenitus Patris altissimi Filius altissimus contra anticum hostem pugnaturus."

Prima passio est sancti Stephani prothomartyris, cui quoque præfigitur distichon, scilicet,

" Examen vite . prothomartiris atque Levite,
Incipiet hora . compleat absque mora."

Incip. passio, " Beati Stephani prothomartiris atque Levite passionis sollempnitas."

Incip. passio ultima, sc. S. Julianæ, " Temporibus Maximianus [*sic*] imperatoris persecutoris Christianæ religionis."

Desin. " passa est autem Sancta Juliana XIV. kal. Martii sub Imperatore Maximiano; regnante Domino nostro Jhesu Christo, qui vivit et regnat," etc.

In calce,

" Hic liber est scriptus . qui scripsit, sit benedictus."

Sequuntur anecdota duo de S. Saturnino, incip. " Quidam malus homo, Antoninus nomine."

Notandum est, quod ad ff. 11, et 34 b, inveniendæ sint SS. Thomæ, Cantuariensis, et Georgii, martyrum passiones.

Incip. i. " Justus ut palma florebit."

Incip. altera, " Ignem veni mittere in terram, etc. Mediator Dei et hominum causa mittendi ignem in terram venit."

151.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 176, sec. xv.; binis columnis exaratus; in calce mutilatus.

Vitæ Sanctorum breves, secundum anni cursum, a Lucia, scilicet, [Dec. 13.] ad S. Petri diem [Junii 29.] [auctore Jacobo de Voragine.]

Incip. " Lucia dicitur a luce, lux enim habet pulchritudinem in aspectione, quia, ut dicit Ambrosius."

Incip. vita S. Petri, " Petrus trinomius estitit, vocatus est enim Symon Barjona. Symon interpretatur, obediens vel ponens tristitiam."

Præmittitur codici, *manu recentiori scripta*, tabula Sanctorum alphabetica, de quibus annotatur in opere, inter quos adnumerantur nomina SS. Thomæ, Cantuariensis, et Georgii martyris.

152.

Membranaceus, in 4to, ff. 255, sec. xiv. ineuntis; binis columnis exaratus; olim monasterii S. Bartholomæi in burgo Parisiensi, ex dono D. Angeli del Nevo.

Jacobi de Voragine Vitæ Sanctorum per anni circulum, cum prologo.

Desinit cum vita S. Marthæ Syri.

Præmittitur tabula SS. nominum ad numerum centum quatuor.

In calce, *manu secunda*, est notitia sequens, " Die decimo septimo Septembris m° ccc°.xiiij°. indictione duodecima die Mercurey fuit destructio Paduanorum ad portam Sancti Petri de Vincentia."

153.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 66, sec. xv., nitide exaratus; olim loci S. Blasii fratrum minorum extra Ver...... eodem loco commorantium.

S. Francisci Legenda et vita, præviis prologo et capitulis, auctore S. Bonaventura.

Exstat impress. inter opera, tom. vii. p. 295.

In fine, "Miracula post transitum beati Francisci ostensa feliciter expliciunt."

154.

Membranaceus, in 4to, ff. 120, sec. xv.

1. Eusebii ad Damasum, episcopum Portuensem, epistola de laudibus et morte S. Hieronymi. fol. 1.

   Exstat impress. inter Hieronymi opera, edit. Vallars. tom. xi. col. 288.

2. S. Augustini Hipponensis episcopi, ad Cyrillum Hierosolymitanum epistola de ejusdem Hieronymi laudibus. fol. 58.

   Exstat ibid. tom. xi. col. 325.

3. Cyrilli, episcopi Hierosolymitani, ad S. Augustinum epistola de ejusdem Hieronymi miraculis. fol. 68 b.

   Exstat ibid. tom. xi. col. 332.

   In fine, "Explicit epistola Cirilli ad Augustinum de miraculis beati Hyeronimi."

   Sequitur, *manu secunda*, "Index omnium quæ in hoc libro continentur."

155.

Chartaceus, in 4to, ff. 413, sec. xvii. ineuntis.

1. Tractatus de sanguinis missione fragmentum. fol. 1.

   Desin. "ex bombace usta et ovi albo et talibus."

2. Rationes probantes in febribus malignis, etiam pæticulis apparentibus, convenire venæsectionem contra fere omnes auctores modernos. fol. 4.

   In fine, "Hæc excellentissimus Dr. David Rebera contra excellentem medicum Michaelem Catharinam."

3. "Lectiones excellentissimi domini doctoris Andreæ Cæsalpini, Aretini medici, etc. de febribus, inceptæ anni 1592 die 20 mensis Junii, in famosissimo Pisano gymnasio." fol. 7.

   Subjiciuntur notitiæ istæ, (a.) "Obiit, proh dolor, anno 1603, Romæ, mensis Martii die Valo......" (b.) "Hoc opus postea impressum fuit Romæ cum aliis adjectionibus, et multo correctius, ut est, De venenis, de morbo Gallico, Arthritide, lepra, etc.

4. Ejusdem Andreæ de morbis capitis lectiones. ff. 92—270 b., 361.

5. Ejusdem Lectiones de morbis thoracis, "hujus anni 1590 inceptæ die 3° Novembris in famosissimo Pisano gymnasio." fol. 272.

   In calce, "Finis omnium lectionum excellentissimi domini doctoris Andreæ Cesalpini hujus anni 1591 de morbis thoracis; Laus Deo."

156.

Codex chartaceus, in 4to minori, ff. 309, anno 1500 manu Aloysii Longi ad ipsius usum scriptus; postea, anno 1545, Melchioris Cerroni Vicentini.

1. Anonymi cujusdam de oculis tractatus. fol. 2.

   Incip. "In nomine Summi Opificis, a quo omnis causa causaliter traxit originem in corpus humanum planetis figuris ante exitus elementorum naturaliter et originaliter subjacet."

   Subjecit fini manus secunda "Ad sanandum morbum galicum in xviij. diebus" remedium aliaque.

2. Tractatus de digestivis omnium humorum compilatus per magistrum Johannem de Vitadono Papiensem. fol. 22.

   Incip. prol. "Rogasti me, amicorum optime, ut tui amore."

   Incip. tract. "Humores autem humani corporibus."

   In fine, "Explicit tractatus de digestivis omnium humorum Ioannis de Vitadono die 14 Octobris 1499 manu Al. Lon."

3. Tractatus parvus dosium magistri Bartholomæi de Varignana. fol. 32 b.

   Incip. "Quoniam auctores medicine aliquando describunt medicinas."

   In calce, "Et sic est finis hujus tractatus 1499 die 15 Octobris."

4. Tractatus de syrupo acetoso. fol. 39 b.

   Incip. "Curit communis usus medicorum super sirupo acetoso."

   In calce, "Explicit de sirupo acetoso die 16 Octobris 1499."

5. Experimenta eximii artium et medicine doctoris magistri Jacobi de Zanetinis de Padua sæpissime per eundem experta. fol. 49 b.

   Incip. "Siphax est panniculus, qui viscera tangit."

In calce, "Expliciunt experimenta famosi artium et medicinæ doctoris magistri Jacobi de Zanetinis de Padua, 17 Octob. 1499."

6. GENTILIS FULGINATIS, sive DE FULGINEO, de peste tractatus. fol. 54 b.
Incip. "Ad honorem individue Trinitatis, etc. Volo aliqua de pestilentia scribere."
In calce, "Explicit tractatus de peste die 17 Octobris 1499."

7. Tractatus de passione Beltrammi. fol. 60.
Incip. "Passio Beltrammi, prout concipere potui."
In calce, "Et sic est finis ad laudem Dei die 18 Octobris, 1499."

8. Tractatus GENTILIS DE FULGINEO de proportionibus medicinarum invicem miscendarum et de modo investigandi cognitiones earum et ad sciendum convenientem dosim uniuscujusque medicinæ solutivæ. fol. 64.
Incip. "Gratia lucidioris habitus, quem denotat Mesue."
In calce, "Explicit tractatus Gentilis de Fulgineo de proportionibus," etc. "die 20 Octobris 1499."

9. Quædam de suffocatione matricis, cum aliis receptis. fol. 83.
Incip. "Dispositio hujus doctrine est monstratio."

10. Receptæ plurimæ ad diversa. fol. 92.
Incip. "Audiant celi secreta Dei, fili mi, attende, quia in veritate."

11. De decoratione, scilicet, de dealbatione faciei, etc. fol. 251.
Incip. "Dealbativum faciei mirabile; Recipe pulum columbi."

12. Quæstiones medicinales. fol. 261.
Incip. "Propter quod est, cum major caliditas requiratur ad generationem masculi quam femine."

13. Epistola LENTULI, ut fertur, de CHRISTO ad populum Romanum. fol. 266 b.

14. Venenorum et dosium simplicium tabulæ, receptæ plures, etc. fol. 267.

15. De proprietatibus Zodiaci signorum ad infirmitates. fol. 277.
Incip. "Aries est forma recta sine lingua."

16. De generibus pulsuum sub morbis variis. fol. 281.
Præmittitur,
"Ingenii vires modicis conatibus impar."

17. De urinæ coloribus. fol. 283.
Præmittitur,
"Dicitur urina, que sit in renibus una."

18. Regulæ medicinales, versibus expressæ. fol. 290 b.
Incip.
"Que petit egrotans, quamvis contraria dentur."

19. JOHANNIS DE SACRO-BOSCO de arte numerandi tractatus. fol. 292.
Exstat impress. inter Rara Mathematica, ed. Halliwell, p. 1.
In fine, "M.CCCCC°. die xxj. Augusti Marostice manu Alouisii Longi hora xvij."
Postea, *manu altera*, "Qui quidem Alouisius longus mortuus est anno sue etatis septuagesimo sexto die quarto decimo mensis Novembris m. d. xxxviij.

157.

Codex chartaceus, in 4to minori, ff. 62, sec. xv.

ABDOLAZIZ Arabis libellus ad judicium astrorum introductorius, qui dicitur Alchabitius, interprete Johanne Hispalensi, cum auctoris prologo.
Tit. "Liber Alchabici introductorius ad scientiam judiciorum astrorum, interpretatus a Johanne Ispanensi."
Exstat impress. nonnullis variantibus, Colon. 1560, et alibi.
In calce sunt astronomica quædam et conjurationes contra dæmones; etc.

158.

Membranaceus, in 4to minori, ff. 102, sec. xv.; nitidissime scriptus.

[SEXTI POMPEII FESTI] de verborum significatione liber, ordine alphabetico.
Concordat fere cum editione Perrotti, in Cornucopia, col. 1125.

159.

Chartaceus, in 4to minori, ff. 271, sec. xvi.

1. P. ALCENAGO Disputationes theologicæ in Thomæ Aquinatis de divina gratia tractatus. fol. 1.
Incip. "Post humanorum actuum explicationem."
Inscribuntur, "P. Alcenago Theologia, annus III."

2. Ejusdem de Sacramentis in genere disputationes. fol. 90.
Incip. "Non aliis verbis huic præsenti tractatui placet præludere."

3. Ejusdem de divina Verbi incarnatione disputationes "Ad tertiam partem D. Thomæ a quæst. s. ad 26 inclusive." fol. 145.

Incip. "Post doctrinam de Deo uno et trino."

Inscribuntur, "P. Alcenago Theologia, annus IV."

4. Ejusdem de divina fide disputationes "ad secundam secundæ a quæst. 1 ad 16 inclusive." fol. 234.

Incip. "Fides multipliciter sumitur."

In calce, "Ad majorem Dei T. O. M., Deiparæ Virginis divique Antonii Patavini, laudem et gloriam: τέλος.

160.

Codex chartaceus, in 4to minori, ff. 186, sec. xv.

Anonymi cujusdam Sermones festivi per anni circulum, scilicet a S. Andrea ad S. Katharinam inclusive, annexis de dedicatione ecclesiæ sermonibus duobus.

Incip. sermo primus, "De sancto Andrea. 'Venite post me' etc. Non sciendum est inter filios carnalesque quod sapientes."

Desin. sermo de S. Katharina, "exemplar nostrum videlicet beatam Katharinam inspicere possimus et ad vitam eternam pervenire valeamus."

Incip. sermo i. de dedicatione, "Suspiciens Jhesus vidit illum, etc. In hiis verbis consideratur triplex singnum amoris Christi."

Desin. alter, "qui per peccatum angelum a se repellit, unde dicitur in libro Ecclesiastici, 'Qui dissipat sepem, mordebit eum coluber,'" etc.

161.

Membranaceus, in 4to minori, ff. 44, sec. xiii.

1. [Johannis de Sacro-Bosco] de algorismo libellus cum procemio et commento marginali. fol. 1.

Exstat libellus impress. inter Rara Mathematica ed. Halliwell, p. 1.

Incip. comment. "Quum completam cujuslibet rei scientiam."

2. Quæstiones arithmeticæ. fol. 6 b.

Incip. "Sint hi milites pedites et puelle et sint in universo 12 et habeant 12 panes inter se partiendos."

3. Anonymi in [J. de Sacro-Bosco] de algorismo libellum commentarius. fol. 8.

Incip. "Omnia, que a primeva, etc, In hoc prohemio tangit breviter quatuor causas hujus libri."

4. [Johannis de Sacro-Bosco] liber de sphæra cum figuris et glossis marginalibus. fol. 9.

Incip. gloss. "Tractatum spere, etc. Quia hic tractatus de spera astronomie subjicitur."

Exstat liber sæpius impressus.

5. Ejusdem Johannis liber de compoto ecclesiastico, cum glossa marginali. fol. 21.

Exstat, Lutetiæ, 1564, et alibi.

Incip. gloss. "Quomodo causa finali vel dignius reperitur."

In fine,

"M. Christi bis c. quarto deno quater anno
De Sacro Busco discrevit tempora ramis,
Gratia cui nomen dederat divina Johannes;
Annuat hec nobis, hujus sit carpere fructum
Ecclesie Christi, quod nos hinc fructificemus.
Explicit compotus."

Sequuntur,

a. Kalendarium monostichis (ut in Bedæ ephemeride, aliisque) instructum, necnon versibus pro diebus festis memorandis in quolibet mense, quorum primus,

"Cisio Janus Epi. sibi vendicat Ot. Feli. Mar. An."

b. "Tabula Petri Daci de loco lune inveniendo in quolibet die anni a media nocte sui incepto."

162.

Codex chartaceus, in 4to minori, ff. 274, sec. xv.; haud eadem manu scriptus.

Tabula equationis et motuum planetarum et aliorum siderum, cum explicationibus.

Ad fol. 84 est "Tabula ostendens distancias regionum ab occidente medii mundi per gradum longitudinis et demonstrat earum distanciam ab equinocciali linea per gradum latitudinis."

163.

Chartaceus, in 4to minori, ff. 174, anno 1578 manu Michaelis Joavassettii descriptus; olim peculium Octaviani Cornelii.

Michaelis Joavassettii, ut videtur, adversaria medica, in quibus tractatur;

a. De causarum differentiis. fol. 1.

b. De morborum differentiis. fol. 3.

c. De symptomatum differentiis. fol. 10 b.

d. De dolore capitis. fol. 18.

e. De phrenitide. fol. 72 b.

f. De lethargo. fol. 86 b.

g. De melancholia. fol. 95.

h. De mania. fol. 119.

i. De memoria et ratione læsa. fol. 126 b.
k. De vertigine. fol. 133.
l. De catocho. fol. 143.
m. De incubo seu ephialte. fol. 147.
n. De epilepsia. fol. 151.
o. De apoplexia. fol. 168.

164.

Codex chartaceus, in 4to minori, ff. 199, sec. xv.

Guarini Veronensis, [an Baptistæ,] in Ciceronis Tusculanas disputationes commentarii, cum prologo.

Incip. prol. " Cicero eloquentiæ princeps suis in operibus viam præsertim dicendi."

Incip. opus, " Titulus talis est, Marci T. C. Thusculanarum questionum liber primus incipit. Marci nomen fit Tulii etc. nomina sunt cognationis; Thusculanarum; Hæ enim disputationes factæ sunt in Thusculano."

Desin. " ista philosophandi disciplina, quæ nostros levaret dolores atque molestias: Finis; τέλος: ἀμήν."

165.

Chartaceus, hic illic interposita membrana, in 4to minori, ff. 148, sec. xv.

1. Guarini Veronensis, [an Baptistæ,] in Ciceronis Rhetoricorum libros quatuor ad Herennium commentarii, prævia præfatione. fol. 1.

Incip. præf. " Solebant majores in exponendis libris præponere quædam extrinseca et intrinseca, sive quedam adesse vel ad bene esse."

Incip. opus, " Titulus est talis, Marci Tulii Ciceronis rhetorice nove ad Herennium liber primus incipit. Marcus est nomen et prænomen"— " Oratoris officium; Totus hic liber in quatuor volumina distributus est et male quidam in quinque dicunt esse divisum."

Desin. " hanc artem ad exercitationem accomodari oportere et item nunc finit in exercitationem. Finis."

In calce, " Expliciunt fœliciter recollecte elegantissime super arte rhetorica Ciceronis ad Herennium sub viro claro Guarino Veronensi."

2. [Baptistæ Guarini?] exordiorum exempla orationis. fol. 107.

Incip. " Exemplum exordii quando habebimus dubium genus causæ: Nisi persuasum haberem, Judices, nos ea virtute."

Cf. editionem in 8vo, sine loco aut anno, qua cum tamen codex noster minime consentit.

3. [Ejusdem Guarini?] de verborum exornationibus et sententiarum in elocutione libellus, cum prologo. fol. 123 b.

Incip. prol. " Cum exornationes verborum atque sententiarum non semper omnibus conveniant partibus."

Incip. opus, " Repetitio est; Huic exornationi correspondet in Greco quantum ad primum figura, quæ anaphora sive epanaphora dicitur."

Desin. " quam et sententiarum cursim et brevi comentata sufficiant."

166.

Codex chartaceus, in 4to minori, ff. 284, sec. xv.

1. Petri Pauli Vergerii, Justinopolitani, de gestis principum Carrariensium liber. fol. 1.

Exstat impress. inter Scriptt. Ital. Rer. ed. Muratorio, tom. xvi. col. 113.

2. Francisci Petrarchæ vita, auctore eodem P. P. Vergerio. fol. 105.

Exstat in Petrarcha redivivo, ed. Tomasino, edit. sec. p. 175.

3. Ejusdem Vergerii ad Ubertinum Carrariensem de ingenuis moribus libellus. fol. 114.

Exstat sæpius impressus.

4. Ejusdem de laudibus Hieronymi orationes sex, prævia præfatione. fol. 140 b.

Incip. præf. " Nihil est, quod in presentia magis debeam aut quod jocundius exigere."

Exstat sermo primus impressus inter Hieronymi opera, ed. Vallars. tom. xi. col. 295.

Incip. ii. " Gloriosi doctoris ac patris nostri Sancti Hieronimi dies natalis adest."

Incip. iii. " Hodie mihi, fratres carissimi, pro more."

Incip. iv. " Quotiens reverendi patres fratresque carissimi."

In fine, " Senis 1408."

Incip. v. " Sermo mihi hodie ad vos habendus est."

In fine, " Padue 1392."

Incip. vi. " Veni ad vos, religiosi ac sancti viri."

5. Ejusdem oratio de funebri apparatu in exequiis Francisci senioris de Carraria. fol. 159.

Exstat apud Muratorium, tom. xvi. col. 189.

6. Oratio in funere ejusdem Francisci habita. fol. 164.

Exstat ibid. tom. xvi. col. 194.

Subscribitur, " Paduæ xxi. Novembris, 1393; P. P. Vergerii."

7. P. P. Vergerii oratio habita pro populo Patavino ad Franciscum de Carraria, juniorem. fol. 168.
Exstat ibid. tom. xvi. col. 204.

8. Ejusdem ad eundem super reditu natorum ejus Francisci et Jacobi ex hostili captivitate congratulantis multitudinis carmen. fol. 181.
Exstat ibid. tom. xvi. col. 242.

9. Ejusdem de Virgilii statua Mantuæ eversa per Carolum de Malatestis Invectiva. fol. 183.
Exstat ibid. tom. xvi. col. 215.

10. Ejusdem epistola de morte Francisci Zabarellæ; dat. Constantiæ vi. Nov. 1417. fol. 189.
Exstat ibid. tom. xvi. col. 198.
Inscribitur, " Ad Lodovicum Buzacharenum de morte cardinalis Vicentini" et *manu secunda* " Ad Leonardum Aretinum de morte Cardinalis."

11. Ejusdem Epistola ad Johannem de Bononia medicum Muglensem. Dat. Paduæ 22 Jan. 1391. fol. 195.
Exstat ibid. tom. xvi. col. 220.

12. Ejusdem ad eundem epistola de bello Carrarensium. Dat. Paduæ xiv. kal. Aug. fol. 197 b.
Exstat ibid. tom. xvi. col. 222.

13. Ejusdem in fœneratores " facetissima exprobatio." fol. 205.
Exstat ibid. tom. xvi. col. 238.

14. Ejusdem "Ad dominum Johannem Segnesem imperatorie majestatis consiliarium facetissima naratio." fol. 207.
Incip. " Due res passim vulgo narrantur."

15. Ejusdem de situ urbis Justini. fol. 211.
Exstat ibid. tom. xvi. col. 240.

16. Ejusdem de situ et conditione et republica urbis Venetiarum. 212 b.
Incip. " Venetorum respublica optimatium administratione regitur."
Præmissa est notitia sequens, " Nota quicumque leges infrascripta, quod juditio meo arbitror ipsa non recto modo procedere, nec est propterea mirandum nam et ea collegi ex quibusdam fragmentis et minutis ipsius domini Petri P."

17. Ejusdem ad Ciceronem epistola. Dat. apud Superos ad dextram Athesis ripam in Colonia Veronensi, Italie Transpadane, xvi Kal. Quintilis, anno ab ortu Ejus, quem tu non noveras, m.ccc.xlv. fol. 215.
Incip. " Epistolas tuas diu multumque perquisitas."

18. Responsio domini P. P. Vergerii pro Cicerone facta. Dat. in campis Elysiis ad latus orientis kal. Sextilis anno uno de quinquaginta postquam tu dederes. fol. 216.
Incip. " Sero jam tandem epistolam tuam, quisquis es, habui."

19. Ejusdem Vergerii ad diversos epistolæ quinquaginta una, quarum inscriptiones et initia sunt,

a. Alouisio Buzachareno; dat. xviij. kal. Sept. 1396. fol. 221.
Inc. " Litteras tuas, quas proxime dedisti."

b. Ad eundem; dat. vii. id. Jul. 1396. fol. 223.
Inc. " Cum res tuas omnes."

c. Ad eundem; dat. kal. Aug. fol. 223 b.
Inc. " Facilius te paciar."

d. Nicolao; dat. Constantiæ iij. non. Apr. fol. 225.
Inc. " Hodie apud dominum Franciscum Car. Flo."

e. Sancto de Peregrinis; dat. Paduæ, antepenult. Novemb. fol. 225 b.
Inc. " Quotiens non præsente nuncio."

f. Ad eundem; dat. Paduæ iij. kal. Apr. 1395. fol. 226.
Inc. " Vir insignis, quod imprimis."

g. Francisco Juniori de Carraria. fol. 226.
Exstat impress. ed. Murator. tom. xvi. col. 228.

h. Ad Ubertinum de Carraria. fol. 227.
Exstat ibid. tom. xvi. col. 229.

i. Johanni de Bononia, physico, " alibi et melius Sancto de Peregrinis, ut manu auctoris comperi." fol. 228 b.
Inc. " Copiosas lacrimas mestissimi animi."

k. Jo. de Ravena. fol. 230 b.
Inc. " Non oblivione tui cujus."

l. Coluccius de Salutatis P. P. Vergerio; dat. Florent. iv. non. Mart. fol. 233.
Exstat impress. ibid. tom. xvi. col. 230.

m. P. P. Vergerius Coluccio de Salutatis. fol. 234.
Exstat ibid. tom. xvi. col. 231.

n. Almerico de Seravalo, physico; dat. Justin. ii. Jun. 1412. fol. 237 b.
Inc. " Inopia quam hic patimur."

o. Nicolao Eleorardo, [sc. Leonardo] physico. fol. 238.
Exstat ibid. tom. xvi. col. 234.

p. Domino F. Zabarellæ. fol. 238 b.
Inc. " Fecisti ut pro risu."

q. Eidem; dat. Arimini 25 Nov. fol. 239.
Exstat ibid. tom. xvi. col. 235.

r. Ad F. Zabarellam. fol. 240.
Inc. "Et si desponsione, qua tibi dudum."

s. Ad eundem; dat. Justinop. 18 Apr. 1412. fol. 242.
Inc. "Cum virtus imprimis."

t. Ad dominum Carolum Zeno; dat. Paduæ antepenult. Febr. 1402. fol. 243.
Exstat ibid. tom. xvi. col. 236.

u. Ad eundem; dat. Paduæ 22 Nov. 1403. fol. 243 b.
Exstat ibid. tom. xvi. col. 236.

w. Ad Johannem de Bononia, phisicum: dat. Paduæ iv. id. Feb. 1395. fol. 245.
Inc. "Ante hos dies ex teresti."

x. Anepigrapha; dat. Paduæ xj. kal. Apr. 1395. fol. 246.
Inc. "Fallacias tecum comentatus."

y. Anepigrapha; dat. Paduæ v. kal. Apr. 1395. fol. 247.
Inc. "Nescio quantum Tergestino."

z. Anepigrapha; dat. Paduæ iv. kal. Apr. 1395. fol. 247 b.
Inc. "A domino sancto nostro."

aa. Anepigrapha; dat. Venetiis viij. kal. Apr. 1395. fol. 249.
Inc. "Huc heri me contuli."

bb. "Ad eundem;" dat. Paduæ kal. Maii, 1395. fol. 249.
Inc. "Accepi te cum in Histria."

cc. "Ad eundem;" dat. Paduæ, kal. Jul. 1395. fol. 249 b.
Inc. "Magister Aloisius noster."

dd. Anepigrapha; dat. Paduæ xiij. kal. Oct. 1395. fol. 250 b.
Inc. "Difficili atque adeo egro."

ee. Anepigrapha; dat. Paduæ xvij. kal. Novemb. 1395. fol. 253.
Inc. "Non audebam queri."

ff. Anepigrapha; dat. Paduæ, kal. Nov. 1395. fol. 254.
Inc. "Hodie litteras a te."

gg. Anepigrapha; dat. Paduæ, iij. kal. Febr. 1396. fol. 254 b.
Inc. "Litteris tuis quas et semel."

hh. Anepigrapha; dat. Paduæ vi. non. Mart. 1396. fol. 255 b.
Inc. "Et si neque res ulla magnopere."

ii. "Ad eundem;" dat. Paduæ, xvi. kal. Sept. 1396. fol. 257 b.
Inc. "Facis ut probum virum."

kk. Ad dominum Sanctum de Peregrinis; dat. Bonon. kal. Jan. 1388. fol. 258.
Inc. "Scire cupio equidem."

ll. Vergerio patri P. P. Vergerius filius. fol. 260.
Incip. "Urget me, dilectissime pater, nostri."

mm. Ad Ludovicum medicum; dat. Justinop. kal. Maiis 1399. fol. 261.
Inc. "Multis me tibi meritis."

nn. Ad Ugonem Ferrariensem. fol. 261.
Inc. "In omnibus litteris, quas."

oo. Ad eundem. fol. 261 b.
Inc. "Abeuntem te prosequor."

pp. Sancto de Peregrinis; dat. Paduæ, non. Apr. 1379. fol. 262.
Inc. "Si vales bene est."

qq. Ad Ugonem Ferrariensem; dat. Justinop. xi. kal. Aug. 1403. fol. 263.
Inc. "Usitatum, ut video, morem."

rr. Albertino Aquileiensi; dat. Paduæ, iij. id. Jan. 1378. fol. 263.
Inc. "Nollem amice, quod ea."

ss. Ad eundem; dat. Paduæ iv. kal. Jun. 1380. fol. 263 b.
Inc. "Compluribus te litteris."

tt. Nicolao Leonardo, physico; dat. Bonon. vi. non. Mai. 1390. fol. 264.
Inc. "Urgent te plurima, amice."

uu. Sancto de Peregrinis; dat. Paduæ, xiv. kal. Mart. 1390. fol. 265.
Inc. "Auguror te, vir egregie."

ww. Nicolao de Leonardis; dat. Paduæ, vii. id. Feb. 1392. fol. 265 b.
Inc. "Grate tuam sospitatem."

xx. Ad eundem; dat. Paduæ, ij. id. Apr. 1402. fol. 266 b.
Inc. "Multa ex epistola tua."

yy. Ugoni Ferrariensi; dat. Justinop. non. Sept. 1401. fol. 268.
Inc. "Inmemorem me putasti."

zz. Domino Monti de Senis; dat. Acquilegie, id. Nov. 1384. fol. 268 b.
Inc. "Indulgentiori cura solent."

α. Nicolao de Leonardis; dat. Justinop. ij. Mart. 1401. fol. 269 b.
Inc. "Non parum grate audio."

β. Ugoni de Ferraria; dat. Bonon. xj. kal. Apr. 1389. fol. 270.
Inc. "Deprehendi nunc ego quidem."

γ. Ugoni de Ferraria; dat. Bonon. iiij. id. Oct. 1390. fol. 270 b.
Inc. "Salubriter quidem germano."

20. Francisci Zabarellæ, Cardinalis, ad Gasparinum [Barzizium] Pergamensem epistola; dat. Bonon. ad Julium desinentem, 1414. fol. 271 b.
Inc. "In quo nominando uterer equidem."

21. Ejusdem Barzizii ad F. Zabarellam epistola; dat. Patavii, prid. non. August. 1414. fol. 272 b.
Inc. "Qua die litteras tuas."

22. Ejusdem ad eundem epistola. fol. 273.
Incip. "Etsi nihil possit mihi."

23. Nicolai de Leonardis ad P. P. Vergerium epistola. fol. 274.
Inc. "Desiderabam longiori oratione."
Inscribitur "epistola responsiva ad epistolam P. P. Verg. 'Fecisti ut pro risu;" supra sub sign. 19, p. ubi F. de Zabarellis inscribitur.

24. Almerici de Seravalo, physici, ad P. P. Vergerium epistola; dat. 20 Mar. 141. fol. 274.
Inc. "Si mea quadam dicendi."
Inscribitur "Responsiva hujus epistole est 'Inopia quam hic patimur.'"

25. P. P. Vergerii ad Albertinum de Aquileia epistola. fol. 276.
Inc. "Nolem amice carissime."

26. Ejusdem ad Antonium de Faventia epistola. fol. 276.
Inc. "Sanctissimum amicitie vinculum."

27. Anonymi ad P[etrum] P[aulum] epistola. fol. 277.
Inc. "Mos est meus a tenera."

28. Francisci Faventini ad eundem epistola. fol. 277.
Inc. "Cupio te bene valere."

29. Sancti de Peregrinis ad eundem epistola. fol. 277 b.
Inc. "Repleverunt me gaudio."

30. Anonymi cujusdam ad eundem. fol. 278 b.
Inc. "Conceptum propositum de te."

31. P. P. Vergerii poetica narratio spectaculi Apollinis et mularum. fol. 280.
Incip.
"Anni tempus erat, quo sol declinus ab alto
Cardine, jam medii lustrat confinia mundi."

167.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 117, sec. forsan x.; ubique palimpsestus et rescriptus.

1. Vitæ Sanctorum Patrum ex versione Pelagii, Hieronymo aliisque collectæ. fol. 1.
Tit. "In Christi nomine incipit liber Vitæ Sanctorum Patrum."
Incip. liber, "Vita beati Pauli primi Heremite; Inter multos sepe;" ut apud Rosweyd. p. 11. usque ad 'magnitudo superavit' col. 2. l. 10; deinde in codice sic continuatur "Interrogavit quidam abbatem Antonium."
Plura invenienda sint apud Rosweydi collectiones impressa, sed hic illic sparsa, inter quæ,

a. Narratio de monacho Romano. fol. 45 b.
Apud Rosweyd. p. 457 § 76.

b. De Apollonio, Ammone et Coprete. fol. 52.
Apud Rosweyd. pp. 351, col. i. l. 57 ad p. 357, col. ii. l. 45.

2. Passio beatissimi Pantalimonis [sc. Pantaleonis] martyris. fol. 80.
Incip. "Regnante impio Maximiano et iniquo Christianorum plurimi hanc vitam."
Desin. "Acta sunt autem hæc in Nicomedia civitate sub Maximiano tyranno quarto iduum Juniarum; regnante Domino nostro;" etc.
Cf. præf. ad Simeonis vitam Pantaleonis, inter Act. SS. mens. Jul. tom. vi. p. 400.

3. Fragmentum de Annuntiatione. fol. 91.
Incip. "—fessio prodat, quasi via Domini dans."

4. Sermo S. Hieronymi ad Paulam viduam et Eustochium virginem, matrem et filiam, de assumptione B. Mariæ Virginis. fol. 93.
Exstat impressus, inter opera, ed. Vallars. tom. xi. col. 92.
In fine codicis,
"Dextera scribentis . benedicat lingua legentis
Qui manus nos . benedicat theos
Qui creavit valore . benedicat in ore,
Cibum et potum . benedicat Dominus totum."
Et manu aliquantum recentiori,
"Vinea culta fuit cultores premia querunt,
Non labor equalis sed equalia dona fuerunt,
Qui venit extremus, dispensatore vocante,
Tantundem recipit quantum qui venerat ante."

168.

Codex chartaceus, in 4to minori, ff. 49, sec. xv.

Anonymi cujusdam de civitatis Hierusalem descriptione libellus, cum præfatione.
Incip. "Hierusalem sancta, quam sicut Deus elegit ab initio, ut quam multis præclarisque facinoribus."

Incip. liber, "In primis autem de his scribendis arbitror, que sunt accolis urbis communia."

Desin. "gaudium et beatitudo pervolemus, cujus exuberantissima ubertate inebriati letemur et exultemus cum omnibus sanctis in secula seculorum: Amen."

169.

Codex chartaceus, in 4to minori, ff. 81, sec. xv.

1. Lactantii Cæcilii Firmiani de phœnice carmen. fol. 1.
2. Hieronymi, ut fertur, carmen in Virgilii laudem. fol. 3 b.
   Incip.
   "Dic ubi Tullius clarus eloquio."
3. Disticha in ejusdem laudem. fol. 3 b.
   Primum est,
   "Pastor oves et arator agros et prœlia miles
   Instruxi æterno dignus honore Maro."
4. Versus edita per clarissimum Carolum [Marsuppinum] Aretinum in funere ad laudem viri eloquentissimi Leonardi Aretini. fol. 4.
   Incip.
   "Nunc sacre muse sanctos nunc solvite crines,
   Nunc grandes lacrime sancta per ora fluant."
   Desin.
   "Ergo omnes dicant meritam te ex carmine laudent,
   Sæpe certe studiis una relicta bonis."
5. Caii Sallustii Crispi in M. T. Ciceronem invectiva. fol. 6 b.
6. Anonymi cujusdam epistola ad amicum dignitatem quendam militarem adeptum. fol. 8.
   Incip. "Gaudeo plurimum et maxime letor."
7. Epistola ad amicum de uxore morbo languenti. fol. 8.
   Incip. "Solent qui amant."
8. Ciceronis epistola [ad Tironem], sc. inter Epp. ad Famil. lib. xvi. ep. xv. fol. 8.
9. Ejusdem ad Sillium epistola; sc. lib. xiii. ep. 47. fol. 8.
10. Anonymi ad amicum de filio ejus sibi commendato. fol. 8 b.
    Incip. "Accepi a te autem missas litteras."
11. Epistola ad anonymum quendam de filio ejus a studiis litterarum ad amores meretricios seducto. fol. 8 b.
    Incip. "Nequeo sine molestia animi."
12. Anonymi epistola pecuniam postulantis. fol. 9.
    Incip. "Tantum mihi est fidey."
13. Anonymi cujusdam, Laurentii Vallensis discipuli, epistola, obsecrans ut commodet ei amicus codicem orationum Ciceronis. fol. 9.
    Incip. "Quo magis me in te sperare."
14. Anonymi ad Johannem quendam epistola familiaris. fol. 9.
    Incip. "Vereor, mi Johannes ne odium."
15. Anonymi epistola centum quadraginta boves ad amicum mittentis, quos timet scriptor ne inter belli dissidia amittat. fol. 9 b.
    Incip. "Non possum intrepido esse animo."
16. Anonymi epistola opusculum præceptoris sui [Laurentii Vallæ] offerentis transcribere. fol. 9 b.
    Incip. "Quociens mihi occurrit."
17. Anonymi epistola ad amicum uxorem ducturum gratulatoria. fol. 9 b.
    Incip. "Non possum non gaudere."
18. D. F. epistola ad dominum Saladinum. fol. 10.
    Incip. "Paulatim doctor egregie."
19. Nicolai Minutelli ad Colam Fuscum epistola. fol. 10 b.
    Incip. "Cum sepe me egisses."
20. Thomasii domini Antonii epistola. fol. 10 b.
    Incip. "Palliatorum si vera dogmata."
21. Anonymi epistola familiaris. fol. 11.
    Incip. "Nusquam te hortatus fui."
22. Ciceronis ad Brutum epistola, "Etsi mihi." fol. 11 b.
23. Anonymi epistola Johannem quendam amico commendantis. fol. 11 b.
    Incip. "Facit necessitudo nostra."
24. Orationis cujusdam exordium. fol. 11 b.
    Incip. "Grandem et sublimem rem, fratres optimi."
25. Ciceronis ad Cornificum et alios epistolæ. fol. 11 b, 12, 14.
26. Anonymi epistola de reditu Germani de Bononia gratulatoria. fol. 12.
    Incip. "Voluptuosum mihi fuit."
27. Epistola ad Johannem uxorem ducturum. fol. 12 b.
    Incip. "Gaudeo plurimum mi Johannes."
28. Epistola ad patrem de morte filii ejus consolatoria. fol. 12 b.
    Incip. "Non possum non dolere."

29. Epistola ad amicum ex altissimo gradu dignitatis ad calamitatem et miseriam dejectum. fol. 13.
Incip. "Nisi putarem te non."

30. JORDANI cujusdam ad Marinum epistola. fol. 13.
Incip. "Ex litteris tuis medius tertius."

31. Epistola ad præceptorem gratias agentis. fol. 13.
Incip. "Si quid unquam feci."

32. Anonymi ad Nicolaum epistola. fol. 13.
Incip. "Nicolae ades dum paucis."

33. LEONARDI [BRUNI] ARETINI ad Matthæum epistola. fol. 13 b.
Incip. "Perjocundum mihi erit."
In edit. Mehus. desideratur epistola ista.

34. BOCCACCII fabula de Tancredo, principe Salernitano, latine versa per Leonardum Aretinum, prævia ejusdem LEONARDI epistola ad Bindaccium Ricasulanum. fol. 14 b.
Incip. "Cum sæpius mecum egisses."
Incip. fabula, "Tancredus fuit princeps Salernitanus."
Adfertur inter epistolas Æneæ Silvii, edit. 1551, p. 954.

35. S. Bernardini epitaphium, auctore PORCELLIO Neapolitano. fol. 17 b.
Incip.
"Hoc Bernardini vita et sermone beati,
Ossa cubant tumulo nec labefacta tamen."

36. Distichon contra mulieres. fol. 17 b.
Incip.
"Quid levius fumo? fulmen; quid fulmine? ventus."

37. CALIGELLÆ poetæ in Gregorium Castellanum hexastichon. fol. 17 b.
Incip.
"Gregorii latio multos sermone puellos."

38. Anonymi epistola de Jacobo quodam et suis litteris. fol. 18.
Incip. "Quamquam scio te."

39. Anonymi epistola increpatoria. fol. 18.
Incip. "Ha scelus indignum."

40. "Suo fortunato homunculo Nicolao." fol. 18 b.
Incip. "Satis jam satis te turbatum."

41. PETRI cujusdam introductio ad lecturam de testamento militis, posthabita gratiarum actione ad auditores. fol. 19.
Incip. "Arbitror vos summopere."

42. ANTOMASTÆ ad Johannem filium epistola. fol. 19.
Incip. "Superioribus diebus bonum."

43. Dialogi duo, in quibus interlocutores, Vir., Crito, Sibula; Doria et Crisis. fol. 19 b.
Incip. "Hem desinas lacessere."

44. Metra PORCELLII Neapolitani contra F. de Fraiano, qui indigne a se musas et Apollinem expulerat, quod eum divitem non fecerant. fol. 20 b.
Incip.
"O nimium lascive senex, O magne Deorum."

45. Metra F. FRAIANO. fol. 21.
Incip.
"Vestiet ante nigros species albissima corvos."

46. Sermo magistri CALTRAVÆ(?). fol. 21 b.
Incip. "Omnes homines, reverendissimi viri."

47. BENEDICTI SCARSI ad Lucam de Renda epistola. fol. 21 b.
Incip. "Superioribus diebus intellexi."

48. Epistola anepigrapha familiaris. fol. 22.
Incip. "Cum harum superscriptionum videris."

49. LEONARDI BRUNI ARETINI contra hypocritas Invectiva. fol. 23.
Incip. "Ex omni genere hominum, quos variis damnabilibusque vitiis ingeniosa."
In fine, "Eloquentissimi ac gravissimi philosophi domini Leonardi Aretini contra hypocritas invectiva fœliciter explicit."

50. BASILII Magni de liberalibus studiis liber, interprete Leonardo Aretino, prævia ejusdem LEONARDI ad Coluccium Salutatum epistola. fol. 25 b.
Prodiit Bononiæ, 1498.

51. AESCHINIS, DEMADIS atque DEMOSTHENIS orationes tres, interprete forsan eodem Leonardo. fol. 31 b.
Cf. Bandin. Catal. tom. ii. col. 525.

52. DEMOSTHENIS ad Alexandrum oratio, eodem forsan interprete. fol. 32.
Incip. "Nichil habet rex Alexander."

53. Anonymi ad Principem quendam epistola. fol. 33.
Incip. "Etsi omni mortalium generi."

54. Ciceronis orationis ad populum Romanum fragmentum. fol. 33 b.

55. C. FABRITII et ÆMILII consulum ad Pyrrhum regem epistola. fol. 34.
Exstat impress. inter epp. Mundi Procerum, Argent. 1593, p. 278.

56. Nicolai papæ V. ad Alphonsum Aragonum regem epistola. fol. 34.
Incip. "Proficiscitur ad regiam serenitatem."
Data est, "Romæ apud S. Petrum in Etruria, prid. Kal. Nov."

57. Nicolai Marini oratio, qua Antonium Dominium alumnum, civitatis . . . . præsulem, collaudat. fol. 34 b.
Incip. "Ex omni genere hominum quos claros et honore dignos virtus."

58. "Oratio Appii Claudii Ceci de bello contra Pyrrhum suscipiendo" ex Plutarchi Pyrrhi vita. fol. 36.

59. Oratio declamatoria, quam Benedictus Bursa discipulo suo cuidam pronuntiandam dedit, *cui titulo subjecit manus altera et recentior*, contra Flaviam uxorem Ant. Modesii adulteram, veneficam, filicidam. fol. 36 b.
Incip. "Nolite admirari judices."

60. Benedicti Bursæ ad dominum Cardinalem Tarentinum oratio. fol. 39.
Incip. "Ad dominationem tuam venio."

61. Ejusdem Bursæ ad gubernatorem Romanum oratio. fol. 42.
Incip. "Cum Romani cives omnes, illustris."

62. Virgilii ad Augustum Cæsarem epistola. fol. 46.
Inter epp. Mundi Procerum, p. 204.

63. Ejusdem ad Mæcenatem epistola. fol. 46.
Incip. "Ruffum Pomponium."

64. Alexandri Miraballi ad Nicolaum Miraballum epistola. fol. 46.
Incip. "Quas ad me dedisti litteras."

65. Georgii Trapezuntii ad Poggium epistola. fol. 47.
Incip. "Sperabam multis magnis."

66. Ejusdem Georgii ad episcopum Perusinum. fol. 47.
Incip. "Ut rerum ipsarum eventus."

67. Ejusdem Georgii ad Nicolaum papam V. epistola. fol. 47 b.
Incip. "Memini, sanctissime pater, quando."

68. Philippi regis ad Aristotelem epistola. fol. 47 b.
Exstat inter epp. Procerum, p. 209.

69. Apollonii ad Ciceronem epistola. fol. 48.

70. Plutarchi ad Trajanum epistola. fol. 48.
Inter epp. Procerum, p. 131, sed alio interprete; adfertur autem, prout jacet in codice, a Fabricio, Bibl. Græc. tom. iii. p. 365.

71. Guarini Veronensis ad Franciscum Ferrar. episcopum primitias studiorum offerentis. fol. 48 b.
Incip. "Cum tuam, observandissime pater."

72. Leonardi Bruni Aretini [ad Coluccium] epistola de Hectoris nomine. fol. 49.
Exstat inter epp. ed. Mehus, tom. i. p. 11.

73. Francisci Philelphi ad Georgium epistola. fol. 49 b.
Incip. "Cum superiori tempore."

74. Ejusdem Francisci ad Blasium Vicecomitem epistola. fol. 49 b.
Exstat, in edit. Venet. 1502, fol. 27 b.

75. Leonardi Aretini ad Nicolaum [Niccoli?] epistola de morte Laurentii Vallæ, seu Vallensis condolentis. fol. 50.
Incip. "Gravem ac atrocem accepi."

76. P. Pauli Vergerii pro statua Virgilii eversa contra Carolum de Malatestis invectiva. fol. 51.
Exstat inter Rer. Ital. Scriptt. ed. Muratori, tom. xvi. col. 215.

77. De Pompeia Julii Cæsaris uxore. fol. 56.
Incip. "Pompeia Julii Cæsaris uxor fuit."

78. Fabularum liber e Græco in Latinum versus per Laurentium Vallam, prævia ejusdem Laurentii epistola ad Arnoldum Fenolledam, dat. ex urbe Noletana, 24 Maii 1441. fol. 57.
Incip. epist. "Promissam nuper me tibi."
Incip. fab. "De vulpe et capro; Vulpes et caper sitibundi."
Desin. fab. ult. 'De calvo;' "qui mecum fuerant nacti."

79. Ejusdem Laurentii versus. fol. 61 b.
Incip.
"Nil mihi ni titulus, summo de culmine derat."

80. Poetarum scholasticorum xii., Basilii, etc. versus in epitaphio Ciceronis positi. fol. 62.
Exstant inter Epigrammat. et Poemat. Vett. p. 74.

81. Epitaphium M. T. Ciceronis antiquissimum. fol. 63.
Incip.
"Tullius auratas raptabat in agmine turmas."

82. Epitaphium Lucretiæ. fol. 63 b.
Exstat impress. inter Epigrammat. et Poematt. Vett. p. 57.

83. "Solon Atheniensis." fol. 63 b.
Incip.
"Que nam summa boni, que 'mens sibi conscia recti.'"

84. Porcellii epitaphium Dantis Florentini. fol. 63 b.
Incip.
"Inclita fama cujus universum penetrat orbem."

85. Porcellii pro Sfortia epitaphium. fol. 63 b.
Incip.
"Quem timuere duces, quem castra minantia regni."

86. Ejusdem pro Brachio epitaphium. fol. 63 b.
Incip.
"Transivi intrepidus per mille pericula victor."

87. Epitaphia de viris Romanis celebrioribus. fol. 64.
Præmittuntur, "Carmina sex scripta in frontispicio," quæ incip.
"Quisquis ad ista moves fulgentia limina gressus."
Nomina eorum quorum epitaphia, sunt, "Julius Cæsar, (cujus epitaph. ult. exstat inter poemat. et epigrammat. vett. p. 74.) Octavianus Augustus, Furius Camillus, Tiberius, Fabricius, Curius Dentatus, Manlius Torquatus, Scipio Africanus, Quintius Cincinnatus, Marcus Marcellus, Scipio Africanus major, Scæva, M. Porcius Cato, Scipio Africanus minor, Caius Marius, Decius, Claudius Nero, Fabius Maximus, Caius Caligula, Trojanus, Magnus Pompeius, Romulus."

88. Epitaphium Petri Comestoris. fol. 66 b.
Incip.
"Respice qui transis, in me circumspice quid sis."

89. Epitaphium Francisci Petrarchæ. fol. 66 b.
Incip.
"Florentia mihi patria est nomenque Petrarcha."

90. Francisci Petrarchæ de laudibus Italiæ carmen. fol. 66 b.

91. Laurentii Vallæ in Antonium Beccatellum Panormitanum epitaphia tria. fol. 67.
Incip. i.
"Queritis equiperet cur se Bechatellus Homero."
Incip. ii.
"Procerum pectis pueri tingisque capillum."
Incip. iii.
"Censorem veritus tonso, Bechatelle, puello."

92. Tetrastichon in Corneliam crines tingentem. fol. 67.
Incip.
"Cum facis e nigris albos, Cornelia, crines."

93. [L. Vallæ] Prologus operis de vera philosophia. 67 b.
Incip.
"Antiqua edocti quod tum si discere nolint."

94. Epitaphium Bertini et Bernardi Thelamancarum. fol. 67 b.
Incip.
"Qui modo conspicui juvenum duo sidera, fratres."

95. Epitaphium pro patria defunctorum, e Demosthene. fol. 67 b.
Incip.
"Acer ab externo veniens exercitus orbe."

96. Distichon de Eugenio papa [IV.?] fol. 68.
Incip.
"Candida sapphireum sic ambit fascia cælum."

97. Epigramma in corrigentem et corripientem. fol. 68.
Incip.
"Corripis assidue sed corrigis, Angele, nunquam."

98. Epigramma in curiosos. fol. 68.
Incip.
"Non est cur doleas quod quevis, Eole, habere."

99. Epigramma in instructores avium ad loquendum. fol. 68.
Incip.
"Zeno loqui picas docet, Andremo phylomenas."

100. "Donum regis aureum," carmen. fol. 68 b.
Incip.
"Etherei Michael certaminis inclite victor."

101. Epitaphium Nicolai Specialis, versibus sedecim elegiacis. fol. 68 b.
Incip.
"Quisquis es, O laudum vere virtutis amator."

102. Epitaphium Johannis Grillii. fol. 68 b.
Incip.
"Quem pietas, quem cana fides inopumque levamen."

103. Ad Porcellium carmen, versibus triginta quatuor elegiacis. fol. 69.
Incip.
"Multa sub integrum collecta poemata corpus."

104. Laurentii Vallæ versus viginti elegiaci. fol. 69 b.
Incip.
"Antiqua edocti," ut supra, art. 93.

105. Epitaphium Senecæ. fol. 70.
Incip.
"Grata domus, genitor, nati, fratresque sodales."

106. Epitaphium Hylæ. fol. 70.
Incip.
"Musa mihi vocem dederat, Silenius artem."

107. Poggii Bracciolini ad Carolum Aretinum de morte Nicolai Niccoli epistola. fol. 70.
Exstat impress. inter opera, ed. Basil. p. 342.

108. Ejusdem POGGII ad Bornium Bononiensem epistola. fol. 348.

Exstat impress. ibid. p. 348.

109. COLUCCII PIERII SALUTATI de facto Lucretiæ declamationes duæ. fol. 72 b.

Incip. i. "Noli te afflictare, Lucretia."

Desin. alt. "in pudicis licitam fore vitam."

Cf. Mehus. præfat. ad Ambrosii epistolas, p. cccii.

110. PUBLII LENTULI de JESU CHRISTO ad Senatum Romanum epistola. fol. 74 b.

Exstat in Fabric. Nov. Test. Cod. Apocr. tom. i. p. 301.

111. Comparatio Hannibalis, Alexandri et Scipionis ex Luciano Libanioque in Latinum traducta per Johannem Aurispam Siculum, cum argumento. fol. 75.

Incip. "Hec est quedam comparacio."

Incip. dial. "Alexander; Me, o Libyce, preponi decet."

Desin. "neque hic quidem spernendus est."

In fine, "Explicit horum trium præstantissimorumque principum comperacio e Græco sermone in Latinum tradita per dominum Johannem Aurispam Siculum, secretarium apostolicum."

112. GUARINI Veronensis ad Regem Aragonum epistola Hieronymum filium commendantis; dat. Ferrar. 7 Apr. 1449. fol. 76 b.

Incip. "Supervacuum non aliter videtur esse."

113. Septem Sapientum dicta. fol. 77.

114. LUCIANI dialogus Diogenis et Alexandri, interprete Petro Balbo, prævia ejusdem BALBI ad Gulielmum Manuellum præfatione. fol. 77.

Incip. præf. "Peciisti a me, dilectissime, ut traductionem illam."

Incip. dial. "Quid hoc, o Alexander, et tu quoque."

Desin. "quemadmodum dixi, bibe."

115. RINUCCII ARETINI super obitu Memmerii sui monodia, prævia ad mag. Johannem Jacobum epistola. fol. 78.

Incip. epist. "Nullum in adversis rebus."

Incip. monod. "Qualem pro quali statum mutasti."

Desin. "frustra persequi possis."

116. Altera RINUCCII monodia super ejusdem Memmerii obitu, ad Lucam Trossulum. fol. 79.

Incip. epist. "Cum omnia in vita."

Incip. monod. "Flete nunc valles."

Desin. "stat cordi certe potiri."

117. PYTHAGORÆ philosophi aurea verba per Rinuccium Latine traducta, prævia ejusdem RINUCCII ad Petrum epistola. fol. 80.

Incip. epist. "Credo ni fallor, mi suavissime."

Incip. verba, "Deos immortales, ut lege."

118. Achillis epitaphium, auctore EUSEBIO. fol. 81.

Exstat inter Epigr. Vett. p. 81.

119. AURISPÆ Siculi epigramma ad puellam formosissimam. fol. 81 b.

Incip.

"Arte adeo tractas, suavis virguncula, pensum."

120. Distichon pro male tonso. fol. 81 b.

Incip.

"Pars maxillarum tonsa est tibi, pars tibi rasa."

121. Pro Pacuvio poeta tetrastichon. fol. 81 b.

Incip.

"Adolescens tametsi properas hoc te faxum rogat."

122. VIRGILII versus ad Augustum, cum defensione. fol. 81 b.

Inter Epigr. Vett. pp. 42, 161.

170.

Codex chartaceus, in 4to minori, ff. 431, sec. xv.

Sanctorum Martyrum vitæ breves et passiones, e diversis collectæ, præmissa tabula nominum alphabetica.

Operi præfigitur, "In circumcisione Domini sermo S. Augustini" quem sequitur narratio de SS. Pergentino et Laurentino fratribus et martyribus.

Incip. "Pergentinus et Laurentinus fratres uterini nobiles civitatis Aretine."

Incip. vit. ult. "S. Donati confessoris: Desideranti tibi famula Dei Anastasia."

Desin. "cujus corpus post multos annos a Venetis inde sublatum positum est in ecclesia beate Marie de Muriano Torcelane dioceseos, ubi signis mirabilibus fulget."

171.

Chartaceus, in folio, ff. 82, sec. xv.; olim cujusdam, qui portabat in parmula aurea columbam argenteolam prasino insistentem trimontio, et in rostro oleæ ramulum prasinum attinentem.

Anonymi cujusdam artis logicæ compendium, potius in Aristotelis de arte logica libros commentarii, prævia præfatione.

Incip. præf. "Quia de dictis in logica intendo quoddam compendium compilare, videnda sunt tria circa logicam."

Desin. "unde in quinque intentiones sunt quasi genera universalia illorum de quibus predicantur demonstrative."

Incip. opus, "Cum sit necessarium, Crisorori; Iste liber, qui est primus in ordine doctrine inter libros logice continet prohemium et duos tractatus."

Desin. "et isti modi sunt alii a quolibet alio modo predicto, ut satis liquet intuenti, Deo gratias."

Sequitur index materiarum alphabeticus.

172.

Codex chartaceus, in folio, ff. 238, sec. xv.

Leonis Baptistæ Alberti, Florentini, opuscula varia, scilicet,

1. Liber, qui dicitur, Canis. fol. 2.

Incip. "Erat in more apud majores."

Exstat impress. *Italice* traductus per C. Bartoli, inter "Opusculi Morali di Leon Batista Alberti," Venet. 1568, p. 370.

2. Apologi, præviis argumento et ad Franciscum Mareschalchium epistola. fol. 8.

Incip. arg. "Leo Baptista cum ei rethor quidam Cinus."

Incip. epist. "Si quis tibi amicus."

Incip. lib. "Egre ferebat pila."

Exstant, *Italice* versi, ibid. p. 382.

3. Musca, prævia ad Laudinum epistola. fol. 15.

Incip. epist. "Incideram in febriculam."

Incip. lib. "Philosophum nescio quem celebrem."

Exstat, omisso prologo, *Italice*, ibid. p. 358.

4. De equo animante, ad Leonellum, Ferrariensem principem. fol. 21 b.

Exstat, teste Mazzuchellio, in 8vo. Basil. 1556.

5. Amator. fol. 29.

Incip. "Scripsere veteres vario multiplicique plerumque motu."

6. De jure, ad F. Coppinum. fol. 38.

Incip. epist. "Etsi a vestris jurisconsultorum scriptis."

Incip. lib. "Jurisconsulti officium est."

Impress. sed *Italice*, et sub titulo, "Dell' aniministrar la ragione,' inter Opusc. Mor. p. 128.

7. Trivia Sanctoria. fol. 45.

Exstat *Italice* ibid. p. 121, necnon *Latine* Venet. 1558, in 4to.

8. Epimenides Diogeni. fol. 48 b.

Incip. præf. "Quando me virtuti deditum."

Incip. lib. "Qualis mihi esse homo videatur."

9. Intercœnalium libri quatuor ad Franciscum Aretinum. fol. 50.

Incip. epist. "Places tu quidem oratione soluta."

Incip. lib. "Cepi nostras intercenales redigere in parvos libellos, quo inter cenas et pocula commodius possent perlegi."

10. Pontifex, ad Carolum. fol. 94 b.

Incip. "Paulus Albertus pontifex vir sanctissimus et Albertus jurisconsultus disertissimus Cipriani equitis."

In fine, "Baptista Albertus ceperat edere hoc opusculum die dominica hora vigesima die xiij. Octobris mcccc.xxxvij.; completum est die Jovis circa meridiem, die xvij. ejusdem mensis, Bononie."

11. Psalmi precationum. fol. 118 b.

Incip. "Laudate pueri Dominum."

12. Momus. fol. 121.

Exstat impress. Romæ in 4to. 1520.

13. De annulo libellus ex Intercænalibus desumptus. fol. 211.

Incip. "Minerva; Adesne, Geni, et quid sit."

In calce, "Finis xxx. Juli 1487."

14. Leonis ad Cratem philosophum epistola. fol. 218.

Incip. "Quod scribis assuescite panem."

15. Elementa mathematica, prævio ad Theodorum procemio. fol. 221.

Incip. epist. "Num evenire uspiam posse."

Incip. elem. "Quo scribendo sim brevis."

16. De statua cum figuris. fol. 225 b.

Incip. "Artes eorum, qui ex corporibus."

Inter opusc. moral. *Italice*. p. 290, et alibi.

17. Descriptio urbis Romæ, cum tabulis. fol. 233.

Incip. "Murorum urbis Romæ."

In calce sunt edicta duo contra omnes signa, vexilla, etc. citra Rubiconem fluvium traducere audentes.

173.

Codex membranaceus, in folio, ff. 52, sec. xiv. ineuntis.

Martini Dominicani Poloni Pontificum Romanorum et Imperatorum Chronica, tabula rubricarum, prologo et de conditione urbis Romæ usque ad Salvatoris adventum prolegomenis haud insolitis instructa.

Desin. Chron. Imperatorum in verbis, "in Siciliam veniens est defunctus;" ut in edit. Basil. col. 227.

174.

Codex chartaceus, in 4to majori, ff. 72, sec. xv.; initio mutilus.

Guidonis de Columna, Messanensis, Historia Trojana, sive de exitu Trojæ liber in capitula plurima distinctus.

Incip. cum verbis, "loco dicto Tindare;" in edit. Haarlem. sign. c. 5 b. l. 19.

Deficit a verbis, "antiquorum sive," in edit. cit 3. 4. l. 1.

Sequitur, a bibliopego inserta, membrana unica sec. xiv. binis columnis exarata, in qua fragmentum tractatus cujusdam juridicialis.

175.

Membranaceus, in folio, ff. 73, secc. xiii. et xiv., binis columnis exaratus; olim D. Grimani cardinalis S. Marci.

Anonymi cujusdam in Aristotelis Meteororum libros quatuor scriptum, sive commentarii.

Incip. "Sicut in rebus universalibus nichil est perfectum dum est in primo, sed solum tantum simpliciter perfectum est, quando est in ultimo actu."

Desin. "et omnia ista docet in aliis libris, qui secuntur istum librum."

In calce, "Explicit sentencia complete edita super quartum librum metheororum; Deo gracias."

176.

Chartaceus, in folio, ff. 75, sec. xv., binis columnis scriptus; olim Bernardi Bembo.

1. Pauli Pergulensis liber qui dicitur, Dubia proficua, prævia præfatione. fol. 1.

Incip. "Jesum Deum et hominem totiusque sapientie fontem uberrimum."

Incip. lib. "Tripartitum vobis tractatum tradere institui, ut sic toto libello."

Desin. lib. "verum si quid adversus ortodose ecclesie instituta quoquo modo prescripsi, id totum repente volo irritum et inane, cum me sacrosancte ecclesie correctioni continue subjectum esse confitear. Deo gratias: Amen."

Exstat impress. Venet. 1517.

In fine, "Expliciunt proficua dubia edita per eximium artium doctorem magistrum Paulum Pergulensem."

2. Ejusdem Pauli Proficua insolubilia, ad Hieronymum. fol. 51.

Incip. "Quia mi Jeronim honesta petitio Domini nostri Yhesu."

Desin. "quod esset insolubilis respondere, ut ibi dictum est, ad Dei laudem."

In calce, "Expliciunt proficua insolubilia edita per eximium artium doctorem magistrum Paulum Pergulensem."

3. Ejusdem Pauli Strodæ consequentiarum tractatus. fol. 60.

Incip. "Consequentia est illatio consequentis ex antecedente, et quia poterit aliquis."

Desin. "nec amplius plura dicuntur; et sic est finis consequentiarum Strode; Deo gratias; Amen."

Exstat impress. Venet. 1517.

In fine, "Explicit tractatus consequentiarum Strode; opus pretiosissimum."

In calce, "Anno 1451, xv. Kal. Jan. Iste liber in quo tres continentur; imprimis namque Dubia magistri Pauli Pergulitani, secundario ejusdem Insolubilia, tercio tandem Consequentie Strodenses est mei Bernardi Bembo, quem emi ducatis tribus aureis, cujus rei laus sit individue Trinitati. φινις."

177.

Codex chartaceus, in folio, ff. 235, sec. xiv. exeuntis; olim monasterii de . . . de Vincentia, ex legatione Nicolai Theatini.

1. Marsilii de Sancta Sophia quæstio, 'Utrum elementorum definitio sit bona' sive de intensione et remissione. fol. 1.

Incip. "Elementa sunt corpora et prime partes corporis, etc. Ad partem negativam arguitur." fol. 56.

In calce, fol. 5 b. "Amen 1396 die 15 Octubris in domo Jachobi de Vellegio, cuy Christus det bonam vitam, Amen."

In fine quæstionis, "Explicit questio magistri Marsilii de S. Sophia scripta per me, Donatus de Clugis 1396 die 19 Octubris in domo Jachobi de Vellegio, dum vellem ire Venetias pro mansione ibi sumenda et pluebat multum et erat declinatio lune; Amen."

2. Gualteri Burley de primo et ultimo instanti tractatus. fol. 11.

Incip. "Quæritur utrum sit dare primum et ultimum."

In fine, "Explicit quæstio subtilis compillata a magistro Gualterio Burlay de primo et ultimo scripta per me Donatum de Monte 1398, vel 1399 ad modum imperii, die 4 Februarii in vigilia Agate Clugis."

3. Tractatus de latitudinibus formarum, cum figuris. fol. 14.
   Incip. "Quia formarum latitudines multipliciter variantur."
   In fine, "Amen. Johannes de d̄d̄."

4. Antonii de Conegliano de intentione scientiæ tractatus. fol. 18.
   Incip. "Est questio generalis, utrum omnis notitia dicatur."
   In fine, "Explicit questio Padue disputata in vico Vincalium per excelsum artium doctorem magistrum Anthonium de Corneglano de notitia intensiva, Amen, Deo gratias."

5. Quæstio de intentione formarum disputata per Blasium de Pellicanis Parmensem. fol. 24.
   Incip. "Utrum evidens sit aliquid."
   In calce, "Explicit questio de intensione formarum disputata per venerandum doctorem magistrum Blasium de Pelacanis de Parma."

6. Quæstio utrum visio fiat in christallina an in cruciatione. fol. 39 b.
   Incip. "Oppinio quorundam est, quod sit in solo."
   In fine, "Explicit; Deo gratias: Amen."

7. Marsilii de Sancta Sophia, Med. Doct. quæstio de multiplicatione specierum. fol. 42.
   Præmittitur notitia sequens, "Incipit questio venerabilissimi artium et medicine doctoris magistri Marsilii de Sancta Sophia, quam scripsi 1391, die 9 May et hora 19."
   Incip. "Dubitatur utrum ad sensationem requiratur productio."
   In fine, "Explicit questio magistri Marsilii de Sancta Sophia de multiplicatione specierum per me Donatum de Clugia, anno Domini 1391 die 27 Madii, regnando domino Francisco de Chararia, Juniori, 2ª vice."

8. Johannis de Hollandia de primo et ultimo instanti tractatus. fol. 48 b.
   Incip. "Philosophus in octavo phisicorum ponit aliquas."
   In fine, "Explicit tractatus diserti magistri Johannis de Halandya in universitate Pragii sub anno Domini millesimo ccc 69 compilatum et scriptum per Donatum de Monte, anno Domini 1391 die 3 Setembris Padue, regnante domino Francisco de Kararia Juniori, 2da vice, et maximam tunc habente gueram contra comitem Virtuti [*sic*], alias ipsum de civitate expellentem."

9. Quæstio de contactu corporum durorum secundum Albertinum de Placentia. fol. 62.
   Inscribitur, "Questio est utrum duo corpora dura possint se tangere, cujusdam doctoris quem pro presenti non nomino, eo quod allium spectat nominare."
   Incip. "Questio michi multum dubitata et non immerito."
   In calce, "Explicit questio de corporibus duris ad plenum disputata, completa per me Donatum de Clugia anno Domini 1391 27 Augusti, regnante," etc.

10. De mixti intentione tractatus. fol. 66 b.
   Incip. "Intensio mixti habentis qualitates contrarias."

11. Quæstiones super tractatu proportionum Pravardini [Bernardini], secundum Blasium de Parma. fol. 68 b.
   Incip. "Queritur circa tractatum proportionum Prauardini."
   In fine, "Expliciunt questiones magistri Blaxii super tractatu proportionum Barduardin. Amen."

12. Ejusdem Blasii tractatus de latitudinibus formarum. fol. 97 b.
   Incip. "Queritur primo utrum alicui forme."
   In fine, "Expliciunt questiones super tractatu de latitudinibus formarum tractate per venerabilem artium doctorem magistrum Blaxium de Parma per me Donatum de Monte, artium doctorem et in medicina studentem, 1392 die 29 Decembris, regnante domino," etc.

13. Tractatus de motu locali. fol. 100 b.
   Incip. "Motuum localium quidam est uniformis, quidam est difformis; motus localis uniformis est duplex."

14. Tractatus de motu augmentationis et diminutionis. fol. 104 b.
   Incip. "De velocitate motus augmentationis."
   In fine, "Explicit quidam optimus tractatus de velocitatibus motuum per me Donatum de Clugia anno Domini 1392 die 4 Martii et die dominica prima in. . . quadragesime."

15. Gregorii de Arimino de intensione et remissione formarum tractatus. fol. 109.
   Incip. "Circa secundam partem hujus distinctionis."
   In fine, "Explicit tractatus de modo intensionis et remissionis formarum corporalium, quem egregius sacre pagine doctor Gregorius de Arimino composuit, per me Donatum de Clugia 1392 die 26 August," etc.

16. Blasii de Parma quæstiones duodecim super aliquibus proportionibus primæ partis perspectivæ. fol. 136 b.
   Incip. "Queritur in perspectiva, utrum visio."
   In fine, "Explicit questio Blaxii."

17. Ejusdem Blasii quæstio, utrum sphæricum tangat planum in puncto. fol. 153.

Incip. "Queritur utrum spericum tangat planum."

Desin. "et sic secundum Blaxium de Parma."

18. Ejusdem 'Blaxii de Pelacanis de Parma, famosi doctoris Parisini' quæstio utrum duo corpora dura possint se tangere. fol. 155.

Incip. "Queritur utrum duo corpora dura."

19. De motu locali augmentationis alterationisque. fol. 159.

Incip. "Justa hunc testimonium Zeno ratiocinatur et pologizat."

20. Tractatus de proportionibus Bernardini. fol. 164.

Incip. "Omnem motum successivum altera."

In fine, "Explicit tractatus de proportionibus Berduardini anno Domini 1305 die 29 mensis Decembris, Clugie, dum venissem pro festivitatibus natalitiis cum patre meo celebrandis; Amen."

21. Roseti de maximo et minimo tractatus. fol. 171.

Incip. "Utrum aliquis in causa possit obligari."

In calce, "Finitus est tractatus de maximo et minimo subtiliter compilatus a Linguerio Suiscepto sive Roseto in studio Anglicano, et finitus est scribi 1395 die 12 Februarii in studio Paduano per me Donatum de Clugia artium et medicine doctorem: dum tunc inmense pluvie regnarent. Deo gratias, Amen."

22. Tractatus sex inconvenientium. fol. 182 b.

Incip. "Utrum in generatione formarum."

23. Tabula contentorum in volumine. fol. 213.

24. Quæstio utrum diameter sit commensurabilis costæ. fol. 213 b.

Incip. "Videtur primo quod sicut dyameter ad costam est."

25. Johannis de Casali de actione quæstiones. fol. 215.

Incip. "Utrum in moventibus ad qualitates illud semper velotius."

Desin. "Et sic est finis questionis Johannis de Casali, quam 1400 die 29 mensis Januarii scripsi ego Donatus de Monte, sed incepi eum ante predictum tempus in temporibus juventutis mee plura per 14 annos ante . . . . . Padue et finivi Clugis."

26. Gerardi Odonis, Anglici, quæstio utrum continuum componatur ex indivisibilibus et resolvatur in indivisibilia. fol. 228 b.

Incip. "Queritur utrum continuum componatur."

In fine, "Explicit questio magistri Gerardi Odonis Anglici, etc."

27. Tractatus de perfectione specierum magistri Michaelis, ordinis heremitarum. fol. 232.

Incip. "Pro presente materia est sciendum primo."

In fine, "Explicit de perfectione specierum secundum quendam magistrum Nichelam [*sic*] de ordine heremitarum."

Sequitur notitia ista, "Hunc librum reliquit eximius artium doctor magister Nicoletus Theatinus huic monasterio S. N . . . . . tis de Vincentia? ad usum canonicorum reverendorum commorantium in dicto monasterio; quapropter pro ejus anima felices ad Deum preces meminerint effundere."

178.

Codex chartaceus, in 4to majori, ff. 236, sec. xv.; binis columnis scriptus.

1. Magni Aurelii Cassiodorii variarum libri duodecim, prævia præfatione. fol. 1.

Sequuntur lib. xii. epist. vigesimam octavam capitula quinque alia, quorum initia,

a. "Morari me Rome congratularis."

b. "Judeum presens carta comendat."

c. "Sepe numero postulasti ut quia Theodorici."

d. "S. actionem diurnam, que est."

e. "Tu ergo Domine Yhesu Christe, qui sic."

In fine, "Explicit liber variarum Cassiodori rectorialis scientie dogmate circumspecti."

2. Peccatoris Soliloquium. *Ital.* fol. 224 b.

Incip. "O misero peccatore, o peccatrice mi confesso."

3. Venerabilis Bedæ Oratio ad Christum. fol. 227.

4. Ad partum mulieris verba gratiosissima et comprobata. fol. 228.

5. Ad faciendum literas aureas. fol. 228.

6. Dies in anno periculosi. fol. 228 b.

Incip. "Sunt quidam dies pericolosi."

7. Deorum genealogia. fol. 229.

Incip. "Demogorgon primus et sumnus omnium Deorum."

8. Italiæ, Siciliæ et Græciæ montium catalogus. fol. 233.

9. Poetæ clarissimi. fol. 233.

10. Scriptores gestarum rerum egregii. fol. 233 b.

11. Sermo brevis ad matrimonium contrahendum. fol. 234 b.
   Incip. "Unusquisque habeat, etc. Paulus doctor gentium."

12. Confortatoria epistola de morte Co. Gala. ad magnum Co. Antonium, 140. 4 Junii; auctore Bernardo de Carpo, ord. minor. fol. 235.
   Incip. "Mens humana de sui natura.

13. Sermo brevis ad matrimonium copulandum. fol. 235 b.
   Incip. "Sacramentum hoc magnum est."

14. Receptæ medicinales. fol. 235 b.

179.

Codex, partim membranaceus, partim chartaceus, in folio, ff. 38, sec. xv.

1. Tabula locorum stellarum fixarum, et earum latitudinum ab ecliptica et declinationum ab equinoctio et graduum cum quo cælum mediant, anno Arabum 577, anno vero Christi [1199]. fol. 1 b.

2. Tabulæ directionum et ascensionum ad signa Zodiaci duodecim. fol. 2.

---

3. Tractatus de directionibus et de aspectibus et radiis, et de modis dirigendi et projiciendi radios et aspectus, compilatus per egregium virum magistrum Matthæum de Guarinbertis de Parma, archidiaconum Parmensem, cum procemio. fol. 11.
   Tit. procem. "De causa et utilitate et intentione operis."
   Incip. "Per aspectus et radios planetarum et stellarum."
   Incip. opus, "Primo videamus, quid sit directio."
   In fine, "Explicit tractatus de directione et projectione radiorum per magistrum Matheum de Parma, archidyaconum Parmensem."

4. Ejusdem Matthæi de inquisitione ejus, in quo consistit humana felicitas ad egregium virum magistrum Johannem de Blanchis de Regio, physicum, libellus. fol. 32.
   Incip. "Conscriptiones tue morales, quas pridie."
   In calce, "1445 die 26 Januarii complectum fuit hoc opus, videlicet scriptum in castro Montis, Silicis Paduani districtus."

5. Regula, "Utrum planeta sit ascendens vel descendens in circulo deferentis et sui epiciclo cognoscere." fol. 36.
   Incip. "Cum fuerit centrum planete."
   In calce, "M. Jo. Theo."

6. Tabula magnitudinis et parvitatis diei ad medium sexti climatis, cujus latitudo 45 g. fol. 36.

7. "Imagines stellarum," versibus xlvi. elegiacis. fol. 36 b.
   Incip.
   "Anguis ad Arcturos medius distinguit utrinque,
   Figitur in Boream nautica stella polus."

8. "Signa," versibus quatuordecim elegiacis. fol. 37.
   Incip.
   "Frixeo contra pecori radiata resultat,
   Exequans nocti pondera libra diem."

9. Elegia; *Italice.* fol. 38 b.
   Incip.
   "Sempre si disse che un fa dano acento."

180.

Codex chartaceus, in folio, ff. 42, sec. xv., binis columnis scriptus; olim Nicolai Salomonis et amicorum.

Gualteri Burlæi Anglici super Porphyrii artem veterem et Aristotelis Prædicamenta expositio.
   Exstat impress. Venet. 1519 et alibi.
   In calce, "Explicit expositio famosi doctoris magistri Gualterii de Burleis super predicamenta Aristotilis."

181.

Chartaceus, in folio, ff. 72, sec. xv., binis columnis haud eodem librario exaratus; olim cujusdam, qui portabat scutum bipartitum, in eo alternanti colore prasino et nigro, et habens in semisse supero psittacum argenteum.

1. Anonymi cujusdam super librum i. Posteriorum quæstiones. fol. 1.
   Incip. "Primo queritur, utrum demonstratio sit subjectum in libro."
   In calce, "Expliciunt questiones super i. Posteriorum scripte per me Joannem Dominicum de Nigro anno Domini 1473, die vero xx mensis Jenuarii; sunt tamen incorrecte quia exemplar fuit incorrectissimum."

2. B[lasii?] in Gilberti Porretani de sex Principiis librum commentarii. fol. 43.
   Incip. "Forma est composicioni contingere; Postquam Aristoteles in libro Prædicamentorum, sufficienter, quantum est de intentione loici."
   In calce, "Finiunt dicta B. super sex principiis. Laus Deo virginique beate."

3. Blasii de Parma de latitudinibus quæstiones. fol. 64.

Incip. "Queritur primo utrum cujuslibet fore."

In fine, "Expliciunt questiones utiles super tractatum de latitudinibus magistri Blaxii de Parma per me Vendrarninum scholarem artium, 1404, die 19 Maii, stante discordia non modica inter Venetos et dominum Paduensem."

4. Quæstio, Utrum sit evidens aliquam qualitatem posse intendi vel reverti. fol. 66.

Incip. "Et statim arguitur quod non, primo."

182.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 146, sec. xv., anno scilicet 1475 binis columnis nitide exaratus.

Raimundi de Vineis de Capua liber divinæ doctrinæ datæ per Deum Patrem intellectui loquentem beatæ Katherinæ, virginis de Senis, ordinis de pœnitentia beati Dominici, ex Italico in Latinum sermonem per Christophorum de Senis, ejusdem virginis discipulum, versus, prævиis capitulis et prologo.

Tit. capp. "Incipit ordo capitulorum libri divine doctrine revelate beate Katherine virginis de Senis."

Tit. præf. "Incipit prologus in libro doctrine divine revelate beate Katherine de Senis virginis gloriose, soror de penitentia Sancti Dominici fundatoris et patris ordinis fratrum predicatorum, conditus per ipsam sanctam in idiomate suo vulgari et postea reductus in Latinum latinitate simplici quasi de verbo ad verbum."

Incip. prol. "Dixit David filius Ysai."

Cf. Act. SS. mens. April. tom. iii. p. 857.

In fine prol. "Explicit prologus acceptus de legenda hujus sacre virginis, quam composuit reverendus supradictus magister Raymundus cum aliquali addicione et sic huic libro premissus; qui translatus fuit per quendam scribam Christoforus de Senis hujus virginis discipulum et in Christo karissimum filium. Est autem verum quod dictus magister Raimundus incepit etiam ipsum librum virginis de vulgari in Latinum transferre et per capitula distinguere, et tantum usque ad aliqua capitula processit, et non ulterius preventus morte, que translationis portio habetur in Veneciis et in quibusdam aliis locis. Reperitur etiam alia translatio completa et facta per quendam monacum ordinis Cartusiensis, que habetur apud generalem dicti ordinis."

Tit. libri, "Incipit liber divine doctrine date per Deum Patrem intellectui loquentem beate Katherine virginis de Senis ordinis de pœnitentia beati Dominici, conscriptus ipsa dictante licet vulgariter et stante in raptu et audiente actualiter quid in ea loqueretur Dominus Deus et coram pluribus referente."

Tit. cap. i. "Quomodo per orationem anima cum Deo unitur, et quomodo hec anima, de qua hic loquitur, dum esset elevata in contemplatione quatuor peticiones Domino faciebat."

Incip. cap. i. "Exurgens quedam anima usque honorem Dei et animarum salutem maximo desiderio anxia per longi alicujus temporis spatium in habituata virtute."

Desin. cap. ult. "et cum lumine sanctissime fidei de quo lumine videtur, quod animam meam nuper inebries; Deo gratias: Amen."

In calce, "Explicit liber divine doctrine date per Deum Patrem intellectui loquentem beate Katerine virginis de Senis, etc., ut in principio libri distincte reperitur; finitus die nono Junii millesimo ccccºlxxvº.

"Qui scripsit scribat . semper cum Domino vivat;
Vivat in celis . semper cum Domino felix. Amen."

Cf. MS. Canon. infra, 205.

183.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 238, anno 1309 manu Johannis Chanaverii binis columnis exaratus.

1. Jacobi de Voragine Legenda aurea, sive vitæ Sanctorum, quorum dies celebrantur in ecclesia ab Adventu Domini ad anni terminum. fol. 1.

Sequuntur de dedicatione ecclesiæ sermonem anecdota e vitis Patrum excerpta, incip. "De abbate Pastore. Pastor in heremo multis annis in abstinentia magna se affligens."

Desin.

"Auctorii nomen commendant scripta sepulchri."

In fine, "Expliciunt vite sanctorum compilate per fratrem Jacobum de Voragine ordinis prædicatorum archiepiscopum Janoensem; et scriptum per Johannem Charaverii incuratum Alesii anno Domini m.ccc.ix. et finite die Martis ante festum beati Juliani, auxiliante Eo, qui regnat trinus et unus Deus benedictus P. O. S. S."

2. Ægidii de Columna, Romani, super decretali de canone missæ liber. fol. 229.

Incip. "Firmiter credimus; Hæc decretalis intitulatur de summa Trinitate."

In fine, "Explicit expositio super decretali de canone misse a fratre Egidio de Roma or-

dinis fratrum heremitarum sancti Augustini Deo gracias; Amen."

Sequitur, "Iste liber est episcopi Cannesis; Deo gracias; Amen."

184.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 158, sec. xii., nitide exaratus; olim monasterii Sancti Syri de Janua.

Gregorii Papæ I. vita, auctore JOHANNE diacono Romano, in libros quatuor distincta, cum prologo et carmine ad Johannem Papam VIII. elegiaco, præviis unicuique libro capitulis.

Tit. carm. "In honorem sanctæ et individuæ Trinitatis incipit prologus Johannis diaconi ad Johannem reverentissimum sanctæ apostolicæ sedis pontificem, de institutione, vita, doctrina, sive miraculis beati Gregorii Romani pontificis."

Exstat impressa, inter opera Gregorii, ed. Benedict. tom. iv. col. 19.

185.

Membranaceus, in folio minori, ff. 279, sec. xv.

RAYMUNDI DE PENNAFORTI Summa de pœnitentia et matrimonio, cum glossa [GULIELMI Redonensis] perpetua.

Exstat impress., commentariis Johanni de Friburgo falso adscriptis, in folio, ed. Romæ 1603.

Præmissus est index operis alphabeticus.

186.

Chartaceus, in folio, ff. 202, sec. xv.; binis columnis descriptus.

1. HIEREMIÆ DE MONTAGNANO compendium Moralium Notabilium in quinque partes distinctum. fol. 1.

Exstat impressum sub titulo, Epythome Sapientiæ, Venet. 1505.

In calce, "Explicit compendium moralium domini Jeremie de Montagnano per ipsum compositum: Deo gratias: Amen."

Præmittuntur,

a. Vita Plinii Secundi Majoris, ex catalogo virorum illustrium TRANQUILLI.

b. Tabula librorum capitumque.

2. BARTHOLOMÆI A SANCTO CONCORDIO de Pisis de documentis Antiquorum liber, prævio indice alphabetico. fol. 170.

Tit. "Incipit liber de documentis antiquorum compilatus a fratre Bartholomeo de ordine Predicatorum de Pisis."

Exstat impress. in 8vo. edit. Tarvisii, 1601.

In calce,

"Laus Deo, pax vivis, requies eterna defunctis."

187.

Codex chartaceus, in folio minori, ff. 84, sec. xv.

1. AUGUSTINI cujusdam, forsan ep. Hipponensis, Elegantiæ, prologo et epilogo instructæ. fol. 1.

Incip. prol. "Credidimus jamdudum a plerisque viris."

Incip. opus, "Scis plenam orationem constare tribus partibus."

Desin. epil. "et que indies assequere ad exercitationem accommoda."

Differt omnino opus istud ab eo a Putschio inter Grammaticos edito.

In fine, "Octavo Kal. Augustas, die xxv. Julii, m.cccc.lxviii. Otto Doxa scripsit."

2. DONATI Grammatici de punctuandi arte libellus. fol. 37.

Cf. Putschii Grammat. col. 1742. §. De posituris.

In calce, "Doxa idem Otto scripsit."

3. Vocabula quæ per Y scribi debent, ordine alphabetico. fol. 39.

Incip. "Abydos; Acylius; Adrya."

In fine, "Expliciunt vocabula."

4. PRISCIANI de metris Terentianis libellus. fol. 45.

Exstat impress. sub tit. 'De versibus comicis' inter Putschii grammat. col. 1319.

5. CICERONIS, ut dicuntur, Synonyma per ordinem alphabeti digesta, prævia ad Lucium Victurinum epistola. fol. 52.

Exstat epistola impress. in Bandin. catal. codd. Lat. tom. ii. col. 610.

Plures editiones Synonym. memorat Fabricius in Bibl. Lat. tom. i. p. 149.

188.

Chartaceus, in folio, ff. 80, sec. xv.; binis columnis descriptus.

1. MARSILII MAINARDINI de Padua liber, qui dicitur, 'Defensor pacis;' capitulis, prologo epilogoque instructus. fol. 2.

Exstat liber, in Goldast. Monarch. tom. ii. p. 154, et alibi.

Incip. prol. "Marsilius Menardinus hic Paduanus fuit."

Incip. epil. "Vocabitur autem tractatus iste, Defensor Pacis."

2. Ejusdem Marsilii de Romani Imperii translatione liber, cum capitulis. fol. 68.
Exstat ibid. tom. ii. p. 147, et alibi.

3. Responsiones ad objecta Papæ contra Romanum Imperium. fol. 70 b.
Incip. "In primis enim, quod nos et imperialem auctoritatem."

4. "Liber intitulatus 'Defensor minor,' editus a magistro Marsilio Paduano post Defensorem pacis majorem." fol. 71 b.
Incip. "Quoniam autem in prioribus recitavimus."
Desin. "propter quod Defensor minor deinceps vocabitur tractatus iste; Laus Deo: Amen."

189.

Codex chartaceus, in folio, ff. 169, sec. xv.; duobus scriptus librariis.

1. Petri Heliæ, Grammatici, in Prisciani artem grammaticam commentarius. fol. 1.
Incip. "Ad majorem artis gramatice cognitionem primo videndum est, quid sit gramatica, quid genus ejus, que materia, quid officium."
Desin. "et laborem quidem jampridem incepto finem imponimus."
In calce, "Explicit comentum Petri Helye; Deo gratias: Amen."

2. Incerti cujusdam auctoris de arte grammatica liber, prævia præfatione. fol. 121.
Incip. præf. "A me carissimi ex arte gramatica vobis competens regulas dari aut componi rogastis, sed quia multorum maxime, que ipsius Prisciani habemus auctoritatem, non violentia michi arrogo."
Desin. "ista vos ergo memorie comendetis mentisque receptaculo quam firmiter teneatis, ut ad vestri desiderii profectum pervenire valeatis."
Incip. liber, "Vox est aeris tenuissimi ad linguam percussio, vel que proprie accidit auribus."
Desin. "ut per disidiam nascitur vicium, in caverna disidie et propter te et ob augurium."

190.

Chartaceus, in folio, ff. 83, sec. xv.; binis columnis scriptus.

1. Abrahæ Avenarii, sive Hevenare, Judæi, Introductorium quod dicitur, Principium sapientiæ, in Latinum translatus sermonem per Petrum de Abano, seu Apono, de Padua. fol. 1.
Exstat impress. in 4to. Venet. 1507, fol. ii.

2. Ejusdem Abrahæ liber Rationum, eodem interprete. fol. 27.
Exstat impress. ibid. fol. xxxii.

3. Ejusdem liber de revolutionibus et nativitatibus, eodem interprete. fol. 36.
Exstat ibid. fol. xliv. b.
Deficit a verbis, 'illic extiterit,' fol. lx. b. col. i. l. 11.

4. Ejusdem liber Interrogationum, eodem interprete. fol. 50.
Incip. a verbis, "Quod si Jupiter," in edit. cit. fol. lxii. b. col. 2, l. 23.

5. Ejusdem liber de electionibus, eodem interprete. fol. 53 b.
Exstat ibid. fol. lxvii.

6. Ejusdem liber de consuetudinibus in judiciis astrorum, et est centiloquium Bethen, eodem interprete. fol. 57.
Exstat ibid. fol. xciii.

7. Ejusdem liber luminarium et de cognitione diei cretici, eodem interprete. fol. 69.
Exstat ibid. fol. lxxi. b.

8. Ejusdem liber conjunctionum planetarum et revolutionum annorum mundi, interprete Henrico Bate. fol. 64.
Exstat ibid. fol. lxxvi.
In calce, "Explicit liber de mundo vel seculo translatus a magistro Henrico Bate de Hebreo in Latinum."

9. Ejusdem Tractatus particulares, interprete Petro Paduano. fol. 72 b.
Exstat ibid. fol. lxxxv.
In calce, "Finis quorundam tractatuum particularium Habrae Hevenere, quos Petrus Paduanus ordinavit in Latinum; Deo gratias; in castro Montis Silicis scriptum in domo nobilis viri .... completumque 1445, 2 Augusti hora 18; eodem tempore et eodem anno multa blada fuerunt in magna copia, ita quod quodlibet scarium Paduæ habebatur pro ser. quatuordecim et quindecim."

10. "Tractatus, quem Petrus Padubanensis construxit in motu octavæ sphæræ, cujus sunt quatuor distinctiones," cum procemio. fol. 78.
Incip. procem. "Quoniam juxta Ptholomeum rerum quippe."
Incip. dist. i. "Suppositis igitur perambulis."
Desin. "arietis, et sunt stelle ipsius figure, 34."

191.

Codex chartaceus, in folio, ff. 19, sec. xv. exeuntis; binis columnis scriptus; imperfectus.

Quæstiones octo astrologicæ aliæque, scilicet,

1. Utrum quis possit astrorum vera loca indagare, et subinde futura prævidere, ubi velit. fol. 1.

   Incip. "Negative arguitur, nullum astrum."

2. Utrum homo, qui hora ejus nativitatis ab astris infortunatus sit, timens ratione martis decapitationem ejus aut alterius astri de fixis, huic possit obviare. fol. 3.

   Incip. "Negative arguitur, quia tunc dicerem astrologiam."

3. Utrum dispositione cæli data sit idem planeta forcior in ascendente vel in medio cæli, quam si in alia parte existeret, etc. fol. 4 b.

   Incip. "Arguitur negative, quodlibet astrum est inalterabile."

4. Utrum imaginibus et sigillis possint constringi homines; etc. fol. 6 b.

   Incip. "Arguitur negative; Primo sic, alique egritudines sunt."

5. Utrum de imbribus et pluviis, quando erunt et quando non possit humana noticia vigore constellacionis concludere. fol. 8.

   Incip. "Arguitur negative; Primo sic, Nube aquosa existente."

6. Utrum quærentes electiones eis fieri sint laudabiliter increpandi. fol. 10.

   Incip. "Arguitur hinc inde ad partes negative."

7. "Utrum a dispositione celi hora Intytuus (?) magni luminaris in primum punctum vernalis equinoctii, ut arietis aut alterius ymaginis signiferi indicatione, sumpta possint philosophi aliqua elicere." fol. 13 b.

   Incip. "Dicitur sic, quia primo potest argui de equinotio."

8. Utrum omnibus planetis sub orizonte exeuntibus, indicatione sumpta ab iis qualiter novem se habeant, quis possit concludere de hiis significata, quæ intervolutione data erunt. fol. 19.

   Incip. "Arguitur negative sic, Planetis sub orizonta exeuntibus."

192.

Chartaceus, in folio, ff. 56, sec. xv.

1. PHILIPPI medici, sive forsan Aldobrandini vel Bandini de Aretio, de conservatione Sanitatis liber in capitula duodecim distinctus, cum capitum tabula præmissa. fol. 2.

   Tit. cap. i. "Capitulum primum et generale sive universale de comendatione conservationis sanitatis, et de conservantibus sanitatem et impedientibus illam in generali, et de numeratione septem habenarum, que sunt necessaria ad conservationem sanitatis, et intendimus per habenas retinacula sive regulas, quibus regimur et dirigimur."

   Incip. "Quoniam promissum est alibi scribentibus nobis ad eundem dominum verba."

   Desin. "quod flebotomia incaute celebrata nociva et discriminosa sit. Explicit; Deo gratias."

2. Ejusdem PHILIPPI sermo de conservatione sanitatis oculi et operationis ejus et de preservatione a nocumentis ipsius. fol. 45.

   Incip. "Quamvis in habena sexta et aliis locis sermonis nostri de conservatione sanitatis."

   In initio codicis, capitum tabulæ subjectum, titulum invenimus sequentem, "Domino Raynerio de Paliarensibus de Senis nobili viro utriusque juris doctori eximio, amico caro, Phylippus medicine professor immeritus, olim bone memorie magistri Bandini de Aretio, bene valere et semper optime agere."

193.

Codex chartaceus, in folio, ff. 162, sec. xvi.

Liber, qui Seres ora, sive liber portæ lucis Rabbi Joseph Carnolitæ [potius Aben-Gakatilia], per fratrem ARCHANGELUM PUTEUM, minoritam observantinum, de Burgo Novo, agri Placentini declaratus, prævia præfatione; manu secunda forsan auctoris perquam correctus.

Incip. præf. "Efflagitasti jamdudum, mi dilectissime, ut circa Dei nomina, quæ mensuras ac sphiros."

Incip. liber, "Auctoris hujus filius sæpius patrem suum rogavit (*man. sec.* rogaverat) ut ei consequendi votum suum modum ostenderet a Deo."

Desin. "filii tui edocti Deo, et multa filiorum tuorum pax erit."

Iste est liber, quem se exposuisse scribit Archangelus in apologia contra P. Garziam, p. 53, quem tamen se haud unquam vidisse confitetur cl. Wolfius; cf. Bibl. Hebr. tom. i. p. 525.

194.

Chartaceus, in folio, ff. 147, anno 1466 per manum Cornelii de Mera, binis columnis exaratus; olim canonicorum commorantium in monasterio S. …….. extra Vincentiam, quem legavit eximius L. Nicholetus Achertinus.

1. GENTILIS FULGINATIS, sive DE FULGINEO, super Avicennæ canone quinto. fol. 1.

In fine, "Explicit scriptum Gentilis de Fulgineo, clarissimi medicine speculi super quinto canone Avicennæ scriptum per me Cornelium de Mera Zeelandrinum, anno ab incarnatione Domini 1466, die 20 mensis Julii Veneciis completum, ad laudem sancte et individue Trinitatis, Amen."

Sequitur tabula quæstionum.

2. Ejusdem GENTILIS super Fen secunda quarti Canonis Avicennæ expositiones. fol. 75.

In fine, "Expliciunt expositiones Gentilis de Fulgineo clarissime medicine speculi super secunda Fen quarti Canonis Avicennæ scripte per me Cornelium de Mera Zeelandrinum anno Domini 1466, finite 9 die Augusti."

3. Ejusdem super tertia Fen quarti Canonis Avicennæ. fol. 108 b.

In fine, "Expliciunt expositiones Gentilis de Fulgineo clarissimi medicine speculi super tertia Fen quarti Canonis Avicenne, scripte atque complete per me Corn. de Mera, etc."

4. Expositiones ejusdem super quarta Fen quarti Canonis Avicennæ. fol. 138.

Desin. imperfectus cum verbis, "et in hoc juvat aer;" in edit. Aloys. de Castello, tom. iv. fol. 126, col. 1, l. 55.

195.

Codex chartaceus, in folio, ff. 99, sec. xv.

1. Anonymi cujusdam compendium Johannis Mesue de re medica operum, in sectiones duas distinctum, prævia præfatione. fol. 1.

Incip. præf. "In nomine Dei misericordis, etc. Principium verborum Johannis filii Mesue," etc. "Verbum cecidit inter inquirentes scire quid est, quoniam rememorati sunt."

Incip. opus, "Dicimus, quod medicina laxativa non est a re complexionali sic, sed quia talis."

Secundus liber est, JOHANNIS MESUE de Simplicibus, ex versione antiqua, usque ad cap. XXXIII. inclusive, in cujus calce notatur, "Explicit liber Johannis Mesue de consolatione medicinarum laxativarum simplicium; Deo gratias; Amen."

Sequitur compendium librorum de electuariis, syrupis, oleis, etc. prævio brevi prologo, qui incip. "Scripsimus in libris explanationum nostrarum;" et desin. "et quanto est antiquius tanto melius est."

2. Liber Synonymorum medicorum. fol. 80.

Incip. "Alhasepli, id est, puncta rubea, quæ sunt ut morsus."

3. Receptæ de quinta essentia, auctore RAIMUNDO [LULLIO]. fol. 91 b.

Incip. "Oleum benedictum philosophorum, unum ex secretis."

In calce, "Raymondi doctissimi et sanctissimi ars operativa feliciter explicit. Que primo Bisticium, ut ipsum pluries narasse dixit ejus scriptor, a quo hec Raymondi opera, que scriptor Bisticio furatus fuerat, habui. Empericum fecit et adhuc cum operaretur aurificiis magisteriis utebatur."

4. Unguenta varia, etc. fol. 98.

5. Quædam de herba Turcha, id est, herba gratia Dei. fol. 99 b.

Incip. "Nota, quod hec herba est ab India."

196.

Codex membranaceus, in folio, ff. 51, sec. xiv.

1. FRANCISCI DE BRUTIS, Pisani, Regulæ grammaticæ, cum prologo. fol. 1.

Incip. prol. "Ne rudium turba scolarium vago deducetur errore, sed recto tramite graderetur ad metam, ego Franciscus de Bruti, Pisanus civis, grammatice professor et dignus ejusdem gramatice et rhetorice."

Incip. liber, "Nota quod partes orationis sunt octo."

Desin. "et hæc de figuris Antitosis sufficiant."

In fine, "Explicit regule gramatice; Deo gratias: Amen."

Sequuntur, "Expliciunt regule magistri Francisci de Brutis, Pisani civis, gramatice professor et dignus ejusdem gramatice atque rhetorice artis in hoc opusculo prout valuit.... ...... compillavit."

2. Ejusdem FRANCISCI Regulæ rhetoricæ, cum prologo. fol. 41.

Incip. prol. "Quoniam facultas rhetorice sine arte potest difficillime edoceri."

Desin. "Et hec de conclusione dicta sufficiant."

In calce, "Expliciunt regule artis dictandi prosaici et epistolaris; Deo gratias: Amen."

3. Ejusdem [?] Regulæ comparativorum cum Latinis. fol. 50.

Incip. "Nota quod quotienscunque vulgarem alicujus pronominis possessivi."

Desin. "et sic de aliis verbis carentibus participio fiat."

In calce, "Explicit utilis tractatus de comparativis; Deo gratias: Amen."

197.

Codex chartaceus, in folio, ff. 129, sec. xv.

Alexandri de Villa Dei, Dolensis, Doctrinale puerorum, sive grammatica, versibus Leoninis comprehensa, cum [Ludovici de Guachis, sive de Guaschis] commento perpetuo.

Exstat impressa, cum commento, Venetiis, 1483.

198.

Chartaceus, in folio, ff. 319, sec. xv.; binis columnis descriptus.

Gulielmi de Varignana, medici, de morbis curandis liber, in sermones, seu libros, et portiones plures distinctus, prævio indice rubricarum locuplete.

Titulus rubricarum est, " Incipit Ly. bona de remocionibus omnium dispositionum præter naturam et conservacione sanitatis universaliter et particulariter edita a magistro Gulielmo de Varignana."

Tit. lib. i. " Prohemium generale ad totum opus continens xviij. capitula."

Incip. " Exurge, Domine Deus meus in dextra tua virtute, qua cuncta creasti de nichilo per unigenitum Verbum tuum."

Desin. cap. ult. [De maculis in unguibus] " curuce et aceto unguis epithimetur multociens."

In fine,
" Explicit iste liber . scriptor sit crimine liber."

199.

Chartaceus, in folio, ff. 180, sec. xv. exeuntis.

1. Raynaldi, potius Arnaldi, de Villa-Nova, de Simplicibus liber, sive de remediis morborum, scilicet herbis, animalibus, aliisque, ordine alphabetico.

   Incip. " Aloes est de sublimioribus medicinis et melioribus medicinis."

   Desin. in litera H. cum voce, " Herba stelle habet folia sicut Lanceola, sed habet dentaturas sicut Serras a la terre, mirabiliter contingit menstrua."

   Sequitur, in margine scripta, notitia ista, " Iste liber non est completus, quia usque ad hodiernum diem non potui completum reperire ut exemplarem ipsum, sed adhuc spero in Yhesu Christo reperire."

2. Præscripta quædam medicinalia; *Italice.* fol. 173 b.

3. " Capitula librorum simplicium valentissimi viri magistri Raynaldi de Villa Nova." fol. 178.

200.

Codex chartaceus, in folio, ff. 73, sec. xv. ineuntis; olim Antonii Fantexelli, civis Vicentini, postea Hectoris Veronensis.

1. Johannis Peccham, archiepiscopi Cantuariensis, Perspectivæ communis libri tres. fol. 1.

   In codice desunt commenta in libri iii. propositiones xxi. xxii., quæ in edit. Colon. 1592 leguntur ad ff. 46 b, 47.

   In calce, " Explicit perspectiva fratris Johanis de Pechano, ordinis fratrum minorum; Deo gratiarum actiones. Scriptus per me Johannem Galassicum domini Franceschini ab Oricalcho de Verona, studentis in artibus; Deo gratias."

2. Euclidis elementorum geometricorum libri quatuor priores, cum Campani commento. fol. 33.

   Deficit cum verbis, in Campani comment. in defin. i. lib. v., " Sumitur communiter et hæc est"— in edit. Basil. 1546, p. 103. l. 13.

   In initio codicis, " Iste liber est Antonii Fantexelli, civis Vincentini, emptus a Renaldo Verlato xxij. Aug. 1409." Deinde, " Istum librum emi a G...... quod fratre Gemetio de Deo, Yspano, quem ipse emit Padue, cum esset ibi studens, 1431."

201.

Chartaceus, in 4to, ff. 342, anno 1424 binis columnis descriptus.

Vocabularium Latinum ex Huguitionis, Pisani, episcopi Ferrariensis, Lexico compilatum per " Jacobum, quondam magistri Isaac, physici de Padua," cum prologo; secundum ordinem alphabeti dispositus.

Incip. prol. " Cum libri Ugucionis sententia maxime utilitatis existat, cujuscunque scientie libros previdere videntibus propter diversorum vocabulorum sententias ibi scriptas, quod tamen invenire est longum et maxime tediosum ex quo duplex dampnum incurritur, studiose videlicet intencionis promocio et ipsius temporis irrecuperabilis deperdicio; Hec ergo inconvenientia removere desiderans amore et justis precibus nobilis viri domini Philippi Pelegni opus hoc ex Uguicionis summa composui ipsumque ob faciliorem utentium per modum tabularum taliter ordinavi, ut in tractatu videbitur inferius anotato."

Desin. " Poterit etiam per hanc tabulam corrigere, si forte in capitulis vel eorum numeris prius scriptis error evenerit in scriptura; Alleluia: Amen."

Incip. vocab. "A. ante B. Abavus,-vi; pater avi. Abavia,-e, ejus uxor. Abba interpretatur pater et est nomen Syrum."

Desin. "Zucozaria, agnus castus vel salices marini; gr. Zulbe orobus vel cicirela; gr. etc."

In fine, "Expliciunt vocabula secundum ordinem alphabeti posita."

Sequitur tabula vocum alphabetica, sub titulo, "Principia partium libri Ugucionis cum suis numeris ut superius in margine presentis libri apparet."

In calce, "Explicit expositio vocabulorum ex sentencia illustris Huguiccionis venerabiliumque artistarum dominorum Catholicon, ac Papiæ extracta per Jacobum quondam magistri Ysaac phisici de Padua, sub compendio, anno Verbi incarnati, m°.cccc°.xxiiij°.

"Emptor litteris . correctis me pocieris,
Possessor gaude . cui liber est sine fraude.
Floreo correctus . verus de falso refectus,
Quod defuit adest . quod suberabat abest."

202.

Codex chartaceus, in folio, ff. 272, sec. xvi.; autographus.

Andreæ Alciati, Mediolanensis, in titulos legum varios, quæ in Pandectis seu Digestis inveniuntur, Interpretationes, Papiæ, Bononiæ, et Ferrariæ annis 1537—1544 a Bernardino Scodobio, studente, annotatæ.

In calce fol. 90 b., "die 12 Julii, 1538 finitum fuit illius anni studium Gimnasii Bononiensis."

In calce 164 a. "Finis 1540 xij. Julii, Bononiæ; legit lectiones lxv. Plusquam sexcentis scholasticis scribentibus."

Ad fol. 188 a. "Finis, vigilia divi Thomæ, 1540; Plusquam octingentis scholasticis scribentibus. Noluit Alciatus transitum facere ad legem 'Cum filio, infra eo;' quia, inquit, nunquam solent advocati ex ea materia obolum lucri facere, sed ad legem 'Nemo potest,' quæ utilis et quotidiana."

Ad fol. 204 inveniatur inscriptio in Hentium, Sardiniæ regem, Frederici II. Imperatoris filium, a Cæsare Napeo Bononiæ edita, quæ sequitur, "Christo optimo maximo. Viator quisquis es siste gradum et quod scriptum est perlege, ubi perlegeris pensita, hoc is, cujus causa scriptum est, fieri rogat. Orto inter Bononienses ac Mutinenses bello Cæsar Fredericus, secundus, Romanorum Imperator, filium Hentium, Sardiniæ ac Corsicæ Insularum regem, Mutinensibus suppetias ferre jubet, qui, inito apud divi Ambrosii pontem certamine a Bononiensibus capitur, nullaque re ut dimittatur impetrat, cum pater minis dein precibus et precio deprecatoribus uteretur; cum tantum auri pro redimendo filio polliceretur, quantum ad mœnia Bononie circulo aureo cingenda sufficeret, sic captivus xxij. annos mens. ix. dies xvi. tenetur, aliturque regio more publica Bononiensium impensa, sic defunctus, magnificentissime ac pientissime funeratus, hic tumulatur.

Præterea simulachrum hoc imperpetuum monumentum et hosti et captivo S.P.Q.B. posuit anno salut. m.cc.lxxii. ij. idus Marcias.

5. Magistri JOHANNIS DE SANCTO GENESIO regulæ grammaticæ, præfixa præfatione. fol. 24.

Incip. præf. "Quid est gramaticha? Est scientia recte loquendi recteque scribendi origo."

Incip. opus, "Partes orationis sunt octo."

6. [ALEXANDRI DE VILLA DEI] Doctrinale, sive grammatica linguæ Latinæ versibus expressa, et in partes duas distincta. fol. 44.

7. Notabilia parva, cum multis aliis dictis de grammatica. fol. 91.

Incip. "Nota quod oratio perfecta, que Latinum appellatur, tres habet partes."

8. De omnibus partibus orationis. fol. 111.

Incip. "Hactenus conditionem nominis."

9. Alia quædam grammaticalia. fol. 130.

Incip. "Quoniam nostri predecessores in suis scripturis et docmatibus predixerunt."

10. Tractatulus de prolatione syllabarum. fol. 134.

Incip. "Primo sciendum est, quod literarum."

11. Tractatus brevis de accentu in prolatione. fol. 136.

Incip. "Prosodia est pars gramatice."

12. STEPHANI FLISCI de Soncino de modo dictandi seu scribendi epistolas, prævio prologo ad Joh. Meliorantium, Vicentinum, Cancellarium Paduanum. fol. 152.

Incip. prol. "Cum superiora verborum sinonima."

Exstat impress. teste Fabricio, Venet. 1505.

259.

Codex chartaceus, in 12mo, ff. 265, sec. xvii.; olim peculium Jacobi Zanuchi.

1. Anonymi cujusdam in S. Johannis evangelium expositio, cum prolegomenis. fol. 3.

Incip. prol. "In principio erat verbum, etc. Quinque sunt ante expositionem declarandam."

Incip. expos. "Nota primo de constantia hujus evangelistæ super externas partes."

2. Disputatio secunda, De operibus Verbi secundum se. fol. 142.

Incip. "Nota, non est hominibus melior via ad cognoscendam naturam rerum."

3. Caput de libris Bibliæ. fol. 187.

Incip. "Duplex genus dogmatum Hebræorum; Lex scripta, secunda lex, quæ in ore."

4. De Daniele propheta. fol. 211.

Incip. "Porphirius quidam Judeus de Saduceis."

260.

Codex membranaceus, in 12mo, ff. 91, sec. xv.

ÆMILII MACRI de herbarum virtutibus carmen, in libros tres distinctum, cum notulis marginalibus.

Tit. "Macer Veronensis de Artemisia."

Exstat sæpius sub nomine Macri impressum.

In fine est tabula rubricarum.

Sequuntur versus "ad Posteram memoriam;" *Italice*.

261.

Membranaceus, in 12mo, ff. 122, sec. xiv.; ubique palimpsestus atque rescriptus.

Singularia juridicialia per Nicolaum de Sandys (?) e Justiniani Digestis, Codice, etc. collecta, numero 779.

Tit. "Ista sunt quedam singularia colecta per me Nicolaum de Sandys(?) dum operam studio darem anno Domini m.°cccc.°xxxv.° in principio Januarii."

262.

Membranaceus, in 12mo, ff. 236, sec. xv., binis columnis manu Johannis Antonii de Arigonibus, de Cremona, exeuntis.

1. Compendium theologiæ moralis ex Petri de Quesnel aliorumque operibus per JACOBUM DE MONTEBRANDONO collectum, præviis præfatione et capitibus. fol. 1.

Incip. præf. "Si quis ignorat, ignorabitur i. Cor. 14, ut expresse ponitur Di. 38."

Incip. opus, "Absolutio peccatorum secundum Petrum Casuelem [Quesuelum] ordinis Minorum, magistrum in sacra theologia."

In fine, "Et sic die 17 Aprilis 1442 opus istud in Monticulo provintie Marchie Anconitane finitum et expletum est per me fratrem Jacobum de Montebrandono, ordinis minorum

perscrutando et legendo plures doctores, et maxime eximium et gloriosum doctorem Petrum Quesueleus; in virtute Domini nostri Yhesu Christi, cui laus sit et gloria per infinita secula seculorum; Amen."

Postea, "Per me Johannem Antonium de Arigonibus de Cremona hoc opus scriptum est."

Sequitur caput de usuris.

2. Multa notabilia extracta ex libro Sexto et Clementinis, cum rubricis subjunctis. fol. 223.

Rubr. i. "Episcopus Ytalie non potest ordinare clericos ultramontanos."

263.

Codex chartaceus, in 12mo, ff. 22, sec. xv.

1. Legenda de S. Francisci cum Paupertate commercio sacro. fol. 1.

Tit. "Incipit sacrum commertium B. F[rancisci], cum domina paupertate."

Incip. "Inter ceteras preclaras et precipuas virtutes."

In fine, "Factum est hoc opus mense Julii post obitum b. F. anno ab incarnatione Domini nostri Yhesu Christi, m°cc°xxvij."

2. Lauda de fratre Jacopon de la poverta sancta dalvi (?) sponsata; *Ital.* fol. 19 b.

Incip.
"Sancto Francesco ne sia laudato,
Che con Christo sta nel ciel beato."

264.

Membranaceus, in 12mo, ff. 115, sec. xv.

1. Liber, qui dicitur, 'Examinatorium peccatorum,' auctore fratre quodam ordinis minoritarum, cum prologo et capitulis præmissis. fol. 3.

Incip. prol. "Me plerumque per caritatis actum circa ignorantium peccatorum confessionem cogitante."

Tit. i. "De majori excomunicatione."

Incip. "Si injecit manus violentas in romipetas."

Tit. ult. est, "Casus concessi tempore generalis interdicti secundum Johannem Andream."

Desin. "benedictio sponsarum fieri potest; alii vero diebus non; etc."

2. "In comença el tractato de li casi papali;" *Ital.* fol. 90 b.

Incip. "Quanto a li casi papali reservati ad la solutione."

3. Forma absolutionis in articulo mortis, tantum habentibus licentiam et plenariam indulgentiam apta. fol. 114 b.

265.

Codex membranaceus, in 12mo, ff. 142, sec. xiv. exeuntis.

S. B[ONAVENTURÆ] liber, qui dicitur, Breviloquium, cum procemio et capitulis præmissis; in partes septem distinctus.

Tit. procem. "Incipit prologus in librum, qui dicitur Breviloquium. F. B."

Tit. lib. "Incipit liber, qui vocatur Breviloquium."

Exstat impress. inter opera, tom. vi. p. 5.

In calce sunt quædam in istud, "Quasi cedrus exaltata sum in Libano; Eccl. 24."

266.

Membranaceus, in 12mo, ff. 116, sec. xii. exeuntis.

1. Orationes ad Filium. fol. 1.

2. Orationes per sancta oratoria Hierosolymitana dicendæ. fol. 3.

Tit. i. "Oratio ad sanctum persepe in Bethlehem."

3. Orationes vitæ Christi accommodatæ, etc. fol. 15.

Tit. i. "Ad laudem .... in nativitate Jhesu Christi."

4. Orationes metricæ ad B. Virginem Mariam. fol. 31.

Incip.
"Salve regina omnium . Virgo mater post filium,
Salve celestis janua . peccatoribus patula."

5. Peccatoris soliloquium, versibus expressum leoninis. fol. 35.

Incip.
"Cum revolvo moriturus . quod post mortem sim facturus,
Terret me terror venturus . quem exspecto non securus."

6. Oratio ad S. Trinitatem metrica. fol. 37.

Incip.
"Deus pater credentium; salus firma fidelium,
Exaudi preces servuli . quas fundit corde supplici."

7. Orationum liber privatarum ex Augustino, Isidoro, Anselmo aliisque collectus. fol. 40.

8. Hymnus ad Patrem. fol. 101.

Incip.
"A et ω magne Deus,
Heli Heli Deus meus;
Cujus virtus totum posse,
Cujus sensus totum nosse."

9. Confessiones ad Deum, B. V. Mariam, etc. fol. 103 b.

267.

Codex chartaceus, in 12mo, ff. 392, sec. xv.; binis columnis scriptus.

1. Bartholomæi de Caymis, ord. minor. liber, qui dicitur Interrogatorium, in partes quatuor distinctus, cum prologo et capitulis. fol. 3.

Tit. " Incipit Interrogatorium sive Confessionale per venerabilem fratrem Bartholomeum de Caymis, de Mediolano. ord. minorum compositum et distinctum in quatuor partes principales."

Exstat sæpius impressus.

In fine sunt versus viginti quatuor elegiaci de editione per Christoforum Valdarfer Mediolani 1474 impressa, qui desin.

" Civibus hinc nostris Mediolanoque potenti,
Impressit magnum maximus auctor opus.
1474, iij. kal. Octob."

2. Antonini, archiep. Florentini, de excommunicationibus tractatus, cum capitulis. fol. 88.

Tit. " Incipit tractatus excommunicationum secundum dominum Anthonium de Florentia."

Exstat impress. inter Tractt. Univ. Jur. tom. xiv. fol. 366 b.

3. Bernardini de Senis de Contractibus liber per Angelum de Clavasio, ord. min. abbreviatus, cum ejusdem Angeli prologo. fol. 173.

Tit. " Incipit prologus in contractibus sancti Bernardini."

Incip. prol. " Quamquam almus Christi confessor Bernardinus de Senis tractatum per utilem."

Incip. lib. " Circha primam igitur considerationem."

4. Tractatus restitutionum Sancti Bernardini, ord. min., abbreviatus per venerabilem fratrem patrem Alexandrum de Bononia, ejusd. ord. professorem, qui etiam aliquas additiones posuit. fol. 199 b.

Incip. " Queritur cui restituere teneatur inventor rei aliene."

5. Anonymi cujusdam de usuris liber, in partes octo distinctus, cum prologo, necnon capitulorum tabula posthabita. fol. 245 b.

Incip. prol. " Exegisti a me jure tuo, venerabilis pater, ut de usurariæ pravitatis casibus."

Incip. lib. " Usura, quid est? Respondeo secundum Hosti."

Cf. supra inter codd. SS. Patrum, cod. 22, fol. 1.

6. Tractatulus de peccatis mortalibus. fol. 311.

Incip. " Nota quod tres sunt species infidelitatis."

7. De simonia tractatus. fol. 319.

Incip. " Quia radix omnium malorum est cupiditas, id est, avaritia."

8. De voto. fol. 337.

Incip. " Votum sic solet magistraliter diffiniri, Votum est promissio."

9. Johannis Andreæ, Bononiensis, in titulum de sponsalibus et matrimoniis tractatulus. fol. 348.

Inscribitur, " Ego Jo. Andre pius decretorum doctor summam brevissimam super 4° libro Decretalium compillavi, subtilia vel nova non dicens sed brevius antiquitus dicta commemorans."

Exstat impress. inter Tractt. Univ. Jur. tom. ix. fol. 2.

10. Extracta ex Johanne Petro de Ferraria in forma libelli super exactione pedagiorum, super verbo, ' Coram vobis.' fol. 361.

Incip. " Iste tractatus vectigalium, que in vulgari datia seu pedagia nuncupantur."

11. Quædam ad religiosos professos. fol. 369 b.

Incip. " Si ex ordine fratrum minorum ad conventum alium ordinem."

12. Tractatus de duobus fratribus simul habitantibus compositus per dominum Bartholum [a Saxoferrato] et suppletus per dominum Baldum [de Ubaldis de Perusio]. fol. 373.

Incip. " Hic tractatus dividitur in duas partes."

Continuationi per Baldum præfiguntur ista, " Explicit tractatus predictus de duobus fratribus simul habitantibus imperfectus per dominum Bartholum, morte ipsius superveniente, quem tractatum post dominus Baldus de Perusio complevit in hac forma."

13. Tractatus de alimentis secundum eundem Bartholum. fol. 386.

Impress. exstat cum Mart. Coleri de alimentis tractatu, Lips. 1672.

In fine codicis, " Iste liber est deputatus per R. P. Vicarios provintie Mediolani ad usum fratris Bonaventure de Hypporegie dioceseos, et post mortem dicti fratris pertinet loco Sancti Bernardini apud Hypporegiam, 150, 151, 158, et demum per reverendum P. F. Bernardinum de Cruce vicarium provintie Mediolani, de anno 1516."

268.

Volumen membranaceum et chartaceum, quatuor constans codicibus, ff. 175, secc. xiv., xv., et xvi. ineuntis.

1. Anonymi cujusdam summula de casibus abbreviata, præviis titulis. fol. i.

Tit. "Incipit summula abbreviata de casibus."

Incip. "Nota sex tantum casus, quos debet sacerdos mittere ad episcopum."

In fine, "Explicit summa ista; Deo gratias."

Sequuntur, a. "Versus istius summe per se tantummodo." fol. 25 b.

Incip. "Peccata que debent mitti ad episcopum, sex tantum casus, nota" etc.

"Enormes, anathema, cremans, mutatio voti."

Desin.

"Heredesque simul omnes hii reddere debent."

b. Gregorius decimus in concilio Lugdunensi de usuris. fol. 26 b.

c. Privilegium ord. Minoritarum concessum per Martinum [papam IV.] Dat. apud Urbem Veterem, an. Pontif. I. fol. 27.

Præmittitur summæ notitia ista, "Anno Domini 1460 die 20 Novembris in Pera hanc summam largitus fuit mihi fratri Antonio de Thoma .... Constantinopolitano ordinis minorum de observantia dominus Obertus de Rippa, pro amore Dei ut orem pro ipso."

2. Constitutiones editæ in synodo congregata in ecclesia majori de Spoleto per dominum Bartholomæum de Bampto [?], Spoletanum episcopum. fol. 28.

Incip. "Quia baptismus est omnium sacramentorum janua."

In fine, "Lecte et publicate fuerunt hec constitutiones in generali synodo civitat. et dioc. Spoleti, sub anno Domini m.cc.lxxvij., inditione sexta, die x. intrante Junio."

Sequitur epistola Rolandi, episcopi Spoletani.

---

3. Interrogationes confessionum editæ et compilatæ per reverendum patrem fratrem Petrum de la Turre, de Montegnana, ord. min., "Capellanum continuumque commensalem domini Joannis de Columna, diaconi Cardinalis." fol. 41.

Incip. "Accedens peccator ad confessionem debet imprimis ex semetipso ea que de peccatis."

In fine, "Et sic est finis ad laudem Dei et beate Marie Virginis, et beati Ludovici episcopi, ordinis minorum, cujus hodie est sua solemnitas; Montagnane, die 19 Augusti, 1509."

---

4. Stephani Flisci de Soncino epistolæ sive adhortationes tredecim ad reges varios et potentes contra Turcos et cæteras gentes infidas: dat. ex Ragusio id. August. 1453. fol. 108.

Tit. i. "Stefanus Fliscus de Soncino, rector studii magnifice comunitatis civitatis Ragusii inclitissimo comiti sapientissimo, regis Aragonum consiliario, magnifico militi, et summo artium et medicine doctori domino Francisco Patrino de Cremona beneficentissimo atque venerabilissimo affini suo diuturnam vite incolumitatem et sempiternam probitatis comendationem desiderat."

Incip. "Non dubium est, excellentissime Francisce Patrine, quod omnes, qui de nostra Christiana salute."

Inscriptæ sunt cæteræ, Ad omnes Christianos principes, Ad Nicolaum papam V., Ad Fredericum Imperatorem, Ad Venetiarum dominationem, Ad Alphonsum, regem Aragonum, Ad Mediolani ducem, Ad Florentinos, Ad Januenses, Ad Carolum, regem Franciæ, et Philippum, ducem Burgundiæ, Ad Ladislaum, Hungariæ regem, Ad Johannem de Cognatis, Hungariæ capitan. general., et ad Græcos.

---

5. Officium Sancti Hieronymi. fol. 157.

Incip. "Suscipe, Domine Deus Omnipotens, hos psalmos tibi consecratos."

269.

Codex membranaceus, in 12mo, ff. 274, sec. xv.

1. Anonymi cujusdam de pœnitentiis injungendis summa, præviis capitum tabula et præfatione. fol. 3 b.

Incip. præf. "Quoniam circa confessiones pericula animarum et difficultates emergunt."

Tit. i. "De interrogationibus."

Incip. "In primis sacerdos debet interrogare penitentem, utrum sciat Pater noster, Credo in Deum, et Ave Maria."

Desin. "ultra quartum gradum, et sic est finis hujus operis."

In fine, "Explicit summa de penitentiis injungendis."

2. Liber, qui dicitur, Examinatorium Peccatorum, a fratre quodam Minorita compilatus, cum præfatione. fol. 63.

Incip. præf. "Me plerumque per caritatis actum."

Incip. lib. "De majori excommunicatione. Si injecit manus violentas in Romipetas."

In fine, "Explicit opus interrogationum in confessionibus; Deo gratias: Amen."

3. Tractatus spectabilis viri domini Angeli Parigli [de Periglis] de Perusio, juris utriusque doctoris egregii, de societatibus pecuniæ et animalium, cum prologo. fol. 151.

Exstat impress. inter Tractt. Univ. Jur. tom. VI. part. i. fol. 130.

Subjicitur in codice capitulum, cui Rubrica, "Utrum per fornicarium coitum contrahitur compaternitas."

4. Quædam de diversis materiis collecta per venerabilem et religiosum virum fratrem CLARUM Aretinum, ordinis minorum. fol. 167 b.

Incip. "Queritur utrum quilibet teneatur ad solutionem verarum decimarum."

In calce, "Expliciunt aliqui casus fratris Clari."

5. Quidam casus determinati in curia per probros juristas et per fratrem CLARUM de ordine minorum. fol. 204.

Incip. "Queritur utrum participans scienter et sponte excommunicatis."

In calce, "Expliciunt casus fratris Clari per probos juristas in curia approbati."

6. [Dubitabilia cum responsionibus ad quædam capita missa ad Gregorium ix papam, per RAYMUNDUM DE PENNAFORTI ejusdem papæ pœnitentiarum.] Dat. Perusii xiiij. kal. Febr. an. Greg. ix. Pontif. viii. fol. 206.

Inscribuntur ad Fratres ord. Præd. et ministrum ord. frat. min. et incip. "Postulastis per sedem apostolicam edoceri."

Cf. Nouvelles Litterair. ed. Amst. 1719, tom. x. p. 202, ut cit. per Fabric. Bibl. Med. et Inf. Lat. lib. xv. p. 225.

7. Decisiones in casibus variis. fol. 212 b.

Incip. "Si quis dives emit ab aliquo paupere pecunia indigente."

8. Anonymi cujusdam de processu et scientia sacerdotis erga pœnitentem. fol. 221.

Incip. "Videndum est in tractatu penitentie. In primo qualiter faciende sint interrogationes."

Desin. "cum deberet ei sufficere propria culpa."

Sequuntur casus episcopales.

270.

Codex membranaceus, in 12mo, ff. 169, sec. xv. ineuntis, olim fratris Petri Sallientis.

Anonymi cujusdam de virtutibus et vitiis liber in capita centum triginta tria distinctus, tabulis præviis et posthabitis.

Tit. i. "De miraculis divina potestate factis."

Incip. "Creator rerum fuit ita mirabilis, quod ejus notitia non nisi per revelationem venire potuit ad hominem."

Tit. cxxxiii. "De pretiosa morte justorum."

Desin. "per quod transiretur in vitam; quam nobis concedat ipse verus Actor salutis eterne; Qui est via, veritas et vita, qui vite et mortis habet imperium; Qui cum Patre et Spiritu Sancto," etc.

Præmittitur notitia ista, "Iste liber est fratris Petri Sallientis ad usum consessum et post mortem ipsius detur conventui Aquariensi, quia ibi aquisitum est."

271.

Codex membranaceus, in 12mo, ff. 185, sec. xiv.; binis columnis exaratus.

Anonymi cujusdam liber, qui dicitur, Summa theologicæ disciplinæ, in capitula plurima distinctus, præviis præfatione et capitulis.

Incip. præf. "Cum summa theologice discipline divisa sit in duas partes, scilicet, in fidem et mores."

Incip. opus, "Quum ordo scientie est precognoscere naturam generis."

Desinit in cap. 'De sacramento altaris' cum verbis, "officio diligenter attendat ut ad officium"—

In fine et initio inseruit bibliopegus folia duo, e codice sec. xi. exarato desumpta, in quibus nonnulla de juvenum moribus.

272.

Membranaceus, in 12mo, ff. 151, sec. xiv. exeuntis; binis columnis exaratus.

Sermones festivales per anni circulum, a S. Andrea, scilicet, ad S. Ceciliæ diem.

Incip. i. "Venite post me, faciam; Peculiarem et singularem gratiam habuerunt hii duo apostoli in vocacione sua."

Desin. homil. in S. Cecil. "requiem suam poneret in ea, quæ in altissimis habitat."

Sequuntur, Homiliæ plures ad occasione varias idoneæ. fol. 120.

Tit. i. "In communi apostolorum."

Incip. "Nimis honorabiles sunt amici tui, Deus; Amici Dei sunt aperti propter tria, que pertinent ad veros amicos."

273.

Membranaceus, in 12mo, ff. 185, sec. forsan x. exeuntis; olim peculium Johannis Reid, alias Choiz.

1. Legenda de S. Anaglafi, sive Anlafi, visione; [initio mutil.] fol. 1.

Desin. "sumpto viatico ultimam hujus instabilis vitae clausit horam. Explicit."

2. S. Udalrici, episcopi Augustani, vita, auctore anonymo sed coævo, cum prologo et tabula capitum: in fine mutil. fol. 22.

Deficit a verbis, "qui respondit, etiam Domine: cui"— in Act. SS. Bollandi est. mense Julii, tom. ii. p. 129, E. 14.

274.

Codex chartaceus, in 4to minori, ff. 174, sec. xv.; haud una manu exaratus.

1. Anonymi cujusdam liber de Restitutionibus, ex Antonino Florentino forsan collectus. fol. 1.

Tit. "Incipit tractatus Restitutionum, et primo Quis restituere tenetur; Sermo 33."

Incip. "In primis circa restitutiones octo consideranda sunt."

In calce, "Explicit pulcerimus tractatus circa materiam restitutionum ad laudem," etc.

Sequuntur quædam de ornatu mulierum et de excommunicationibus.

2. Dubia varia [per eundem Antoninum soluta?] fol. 82.

Incip. "Utrum secularis extra suam diocesim constitutus."

3. Tractatus de restitutionibus editus a reverendo domino Antonino, archiep. Florentino. fol. 93.

Incip. "Circa materiam restitutionis seu satisfactionis."

Abbreviatio est Summæ part. ii. tit. ii. cap. 2.

4. Anonymi cujusdam de Cambiis tractatulus. fol. 105 b.

Incip. "Tria sunt genera Cambiorum."

5. Titi de Novellis de Ferraria, ord. canon. S. Augustini, ad Christophorum Verlatum liber de pedagiis. fol. 109 b.

Incip. "Petisti a me, generose vir, ac mi domine singularis."

6. De vitiis ex Roberto, Petro de Tarvisio, Th. Aquinate, etc. collecta. fol. 115.

7. De voto tractatulus, ex Antonino, ut videtur, confectus. fol. 125 b.

Incip. "Votum est promissio melioris boni." Cf. Summæ part. ii. tit. xi.

8. Antonini Rubrica de superstitione. fol. 139.

Incip. "Superstitio est vitium."

In Summæ part. ii. tit. xii.

9. Ejusdem de Irregularitate rubrica. fol. 146.

Ibid. part. iii. tit. xxviii.

10. Angeli de Periglis de Perusio de societatibus pars secunda. fol. 149.

Exstat impress. inter Tract. Univ. Jur. tom. vi. part. i. fol. 131 b.

11. Quæstio utrum per fornicarium coitum contrahatur compaternitas. fol. 155 b.

Incip. "Postquam ab alio ejusdem observantie fratre interrogatus fuit."

In fine, "Explicit tractatus compaternitatis."

12. Regula dirigens celebratores missarum ut caveantur defectum, ac disturbiis in missa contingentibus remedium habeatur, [ex Antonino]. fol. 156 b.

Incip. "Defectus misse sunt quando requisita ad celebrationem misse."

13. [Ejusdem Antonini] de usuris tractatus, prævia Thomæ Aquinatis ad fratrem N. epistola. fol. 163 b.

14. Concessiones factæ per D. Eugenium papam IV., m.cccc.xxxviij. die xiij. Novembris, in civitate Florentiæ ad petitionem fratrum quorundam minorum. fol. 170.

15. Copia episcopi Tarvisini de intentione domini papæ Eugenii, super portaturam capillorum; dat. ex palatio sanctissimi domini nostri papæ 19 Oct. 1437. fol. 171.

275.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 8, sec. xv. exeuntis.

Instrumentum legale, quo "homines della Massa terræ et Castri Rii", dioceseos Imolensis, se sponte sua submittunt reipublicæ de Florentia; subjunctis articulis, quibus ex utraque parte tenentur: dat. 7 Mai. 1490.

In calce, "Ego Joannes Bartholomei de Guidis officialis et scriba reformationum, consiliorum civitatis Florentie de supradictis omnibus rogatus fui."

276.

Chartaceus, in 4to minori, ff. 120, sec. xv.; binis columnis scriptus, manu ut videtur fratris Antonii de Algezira.

Michaelis de Massa, ord. Eremit. S. Augustin. in Lombardi sententiarum librum primum commentarius, per magistrum Andream de Mediolano, ejusdem ordinis August. abbreviatus; cum tabula annexa.

Incip. "Circa materiam prologi primi sententiarum. Quero primo, Utrum de divina essentia."

Desin. "largiri simul et ubertim carismata gratiarum dignetur Altissimus, Qui vivit in secula seculorum; Amen."

In fine, "Explicit primus sententiarum doctoris acutissimi Michaelis de Massa, sacri ordinis divi Augustini, usquequoque invenitur composuisse, abreviatus a magistro Andrea de Mediolano, ejusdem ordinis."

In fine tabulæ, "Finis; Laus sit omnipotenti Deo et toti cetui triumfanti; Amen. F. Antonius de Algezira."

277.

Codex chartaceus, in 4to minori, ff. 402, circa annum 1500 scriptus.

Liber declarationum Regulæ Fratrum Minorum, secundum omnes summos Pontifices, Doctores et Magistros, qui declaraverunt ipsam regulam, multorumque privilegiorum, gratiarum, etc. ordini concessorum, constitutionumque et ordinationum in diversis capitulis editarum, ab ordinis scilicet fundatione usque ad annum Incarnationis 1500; cum tabula annexa.

278.

Codex, partim membranaceus, partim chartaceus, in 4to minori, ff. 162, sec. xv.

1. Tabula distantiarum inter locos varios per Hollandiam; *Belgice.* fol. 2.

2. Poema Latinum et Teutonicum, quod intitulatur, "Incipit Wapen Martin Teuthonice translatus, Latine a Johanne Bukelare presbitero editus Sluse obnixius, rogante magistros, ut si quid in hoc opusculo deviaverit vel minus bene ordinaverit, sibi benigniter sit indultum;" cum prologo. fol. 5.

Incip. prol.

"Me delectat scribere
Martinum metro prosa,
Cum Merlandino libere,
Prolixitas exosa
Flagret hec rethorica,
Spirans ut rubens rosa,
Contempni gramaticam,
Venustate formosa."

Incip. opus,

"Waphene Martin hoe salt gaen,
Saldese weerelt yet langhe staen,
Indus cranken loue." etc.

"Heu Martine michi fare,
Hic si mundus diu stare,
Queat tam egra laude."

Desin.

"Amen Jacob Merlandinus,
Dicens, Ego Martinus
Te nimis molestavi,
Hoc legendo sum divinus
Non a fide peregrinus,
Indulge, si erravi.
Supplex oro, sis vicinus,
Ne condempner, jam supinus
Hoc qui translatavi,
Ex quo rithmus fit latinus
Sed suscipiet nos sinus,
Abrahe quod rogavi
In gloria suavi,
Amen do suavi modulo prestanti sua vi.
"Explicit, Deo gratias."

3. Versus ad revocandum in memoriam dies in unoquoque mense festos. fol. 83.

Incip.

"Cisio Janus Epy. vendicat. oc. ponti. mar. an."

Cf. Bedæ opera tom. i. p. 266.

4. Catonis disticha, cum versione Gallicana, et prologo. fol. 84.

Incip.

"Chaton fu preu cheualier et sage homme,
Mains bons consaulx en la cite de Rome."

In fine, "Dit boeck hoert toe Jan Van Hersuelt, toe Brugghe nit Cronuncghent hof."

5. Hymnus ad Virginem; *Gall.* fol. 100.

6. Versus morales *Teutonice* scripti, quibus rubrica,
"O menschen wilt dit lesen,
Op dat ghii helich ende zalich moghet wesen."
fol. 101.

Incip.

"O mensche ost ghii docht ende wist dentiit,
Wat ghii ziit ende wane ghu comen ziit."

7. Scriptorum sacrorum et profanorum dicta, versibus expressa; *Teutonice.* fol. 104 b.

Incip. "Boetius seit."
"Alre wiishayt fondament."

8. Sententiæ proverbiales, *Teutonice;* metrice et prosaice. fol. 111.

Incip.

"It wil lenen ende ic moet steruen."

In fine, "Dit was ghescreven int Jaer ons heeren 1467 den 17 sten dach van Februarius bit voor—haer die dit heest ghescreven, per me S. R."

9. Admonitiones ad juvenem quendam, quomodo se gerere oporteat. *Gall.* et *Teuton.* ff. 115—141 b., 144 b.

10. Quædam de Dionysio Catone. fol. 141 b.

279.

Codex chartaceus, in 4to minori, ff. 215, sec. xv., binis columnis scriptus; olim peculium Johannis Dominici de Nigro.

1. Christophori de Reganato in Aristotelis de cælo et mundo libros commentarii. fol. 1.

Tit. "Magistri Christofoli de Raganato super .... de celo et mundo ad instanciam magistri .... Yeronimi de Cammarino expositio."

Incip. "De natura scientia: etc. Iste liber cujus titulus est, Incipit liber de celo et mundo Aristotelis quatuor habet causas."

Desin. "Vacuum, quod tamen illi id negabant: Deo gratias."

2. [Ejusdem?] in Aristotelis libros de physico auditu. fol. 128.

Incip. "Quoniam quidem intelligere; etc. Iste est liber Aristotelis phisicorum, id est, de phisico auditu."

Desin. "in partes ejusdem quantitatis neque in esse neque in una ymaginatione."

In calce, "Iste liber est mei Joannis Dominici de Nigro, quem emi anno Domini 1478."

280.

Codex chartaceus, in 4to minori, ff. 105, sec. xv.; olim Bernardini Antonii Catonis Urbinatis.

1. Christophori Bondelmontii Florentini de insulis Archipelagi liber, cum figuris earundem coloratis, nominibus antiquis et recentibus. fol. 2.

Exstat impress. omissis figuris, in 8vo. ed. Lips. 1824.

In calce, "Explicit liber iste scriptus et designatus per me Johannem Franciscum domini Cataldini de Callio, Zanthiani ludi tunc preceptorem, sub annis Domini millesimo ccccLxxiiij. inceptus die prima Octobris et expletus fuit die quarta decima ejusdem mensis."

Sequuntur,

a. Sicilia figurata, cum urbibus. fol. 64 b.

b. Index nominum libri supradicti. fol. 66.

2. Mercurius pictus. fol. 69.

3. Elephas et Cameloleopardus figurati. fol. 69.

4. Fragmenta ex Cyriaci Anconitani ad Philippum Mariam de Vicecomitibus, et Eugenium papam etc. epistolis collecta. fol. 70.

Incip. i. "Et sic dum primum Italie posthabitis urbibus."

5. Poggii Bracciolini, Florentini, de varietate fortunæ liber, cum notulis marginalibus. fol. 71.

Incip. "Haud ab re futurum rem arbitror, si ab instituto scribendi cursu."

Desin. "nullam causam mentiendi, nam boni videbantur, ratus tradenda aliis censui communis causa utilitatis."

Minime consentit tractatus iste cum Poggii libro de Varietate Fortunæ urbis Romæ, ab H. de Sallengre, in Nov. Thes. Antiq. 1716, edito.

6. Pomponii Melæ de situ orbis, sive Cosmographiæ, libri tres, cum tabula alphabetica annexa. fol. 78.

Concordant quoad init. et fin. cum edit. Lugd. Bat. 1685, p. 1.

In calce, "Pomponii Mellae de Cosmographia liber tertius explicit; τέλος· Θεῷ χάρις."

281.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 87, sec. xiii. ineuntis; olim peculium Bartholomæi de Caunno...vita; postea monasterii S. Bartholomæi de Vicentia ex dono Girardi de Nelo.

Anonymi cujusdam in Prisciani de Constructione libros duo commentarii, prævia præfatione.

Incip. præf. "Licet multi in arte gramatica præcipui constructionum expositionem nobis reliquerint, in suis tamen expositionibus minus diligentes."

Incip. opus, "Priscianus igitur de arte gramatica se tractaturus proponens, cum tria sint ipsius, materia, littera, sillaba vel dictio, ordine congruo de illis tractavit."

Incip. lib. ii. "In superiore libro; Cum prius de dictionibus, scilicet quam construuntur, in his voluminibus extremis se tractaturum proposuerat."

In calce, "Hoc comentum est mei Bartholomei de Canno...vita; quem Deus sua misericordia reducat in melliorem statum persone et sue sanitatis m.cccc.viij. indic. prima, die Jovis duodecimo mens. Jun. etc."

Deinde, "Hunc librum donavit monasterio Sancti Bartolomei de Vicencia, ordinis canonicorum regularium nobilis et peritus vir dominus magister Girardus de Nelo, civis Vicentinus et professor artis gramatice et oratoris, quare omnes in presenti legentes orent Deum pro anima ejus et suorum."

282.

Chartaceus, in 4to minori, ff. 156, sec. xv.; binis columnis scriptus.

Anonymi cujusdam Sermonum liber, tam de tempore quam de Sanctis; initio mutil.

Incip. serm. ii. "Alius sermo de rigiditate divine justitie; Justus Dominus, etc. Quia justitiam Dei esse probavimus diversam in Christo Yhesu, qua nullum impunitum dimittere malum."

Desin. ult. sermo scilicet, in die mortuorum, "quanto leviores fuerimus transire mereamur; quam nobis Ille concedat, Qui cum Patre et Spiritu Sancto," etc.

Sequitur tabula omnium rationum, quæ in isto libro continentur, necnon index materiarum alphabeticus.

Citantur Plato, Aristoteles, Thomas Aquinas, Ric. de S. Victore, Alexander de Hales, et alii plurimi.

Ad p. 100, in margine inferiori, legitur notitia ista, "1529, Prima Novembris in conventu nostro Bononie(?) habui hunc sermonem pro secunda parte, et predicavi pro fratre Nicolao de Chalabria, qui tunc temporis erat baccalarius conventus."

283.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 67, sec. xv.

Liber Institutionum Ordinis Præmonstratensis, in distinctiones quatuor divisus, præviis unicuique distinctioni capitulis.

Sequuntur,

a. Statuta, privilegia, etc. a Pontificibus variis concessa. fol. 51.

b. Quinta distinctio nova cum suis capitulis, quæ numerantur septendecim. fol. 61.

In calce, "Acta fuerunt hec et approbata anno Domini, m.°ccc.°xxij. sedente capitulo generali."

284.

Membranaceus, in 4to minori, ff. 137, secc. xv. et xiv.; plerumque binis columnis exaratus.

1. Anonymi cujusdam in Sententiarum libros duos priores commentarii ex Thoma Aquinate abbreviati. fol. 1.

Incip. "Cupientes de penuria aliquid ac tenuitate. Liber iste sententiarum prima divisione dividitur in prohemium, et tractatum et epylogum; Prohemium incipit 'Cupientes."

Desin. "que ad Verbi Incarnati mysterium pertinent, in libro tertio determinare sive disserere."

In fine, "Explicit secundus liber sententiarum; Deo gratias: Amen."

Sequitur, *manu recentiori scripta*, de misericordia homilia, in istud, "Misericordia et veritas obviaverunt sibi;" et incip. "In versiculo isto insinuat."

2. [Bonaventuræ, Cardinalis Albanensis,] Breviloquium, in partes septem distinctus: initio mutil. fol. 40.

Incipit in verbis prologi, "usque ad Abraam" inter opera, edit. Rom. tom. vi. p. 6, col. 2, l. 23.

Tit. "Incipit breviloquium cujusdam pauperculi minoris, de sacra scriptura."

In fine, "Explicit liber septimus Breviloquii cujusdam pauperculi fratris minoris de sacra scriptura."

3. Ejusdem Bonaventuræ de reductione artium ad theologiam opusculum. fol. 77 b.

Tit. "Incipit tractatus fratris B. de divisione scientiarum."

Exstat impress. ibid. tom. vi. p. 1.

4. Ejusdem liber de regenda conscientia. fol. 80 b.

Pars est libri dict. "Incendium Amoris" et exstat ibid. tom. vii. p. 197, col. 2——p. 201, col. 1 E 5.

5. Ejusdem liber, qui dicitur, Itinerarium mentis in Deum, cum prologo. fol. 83 b.

Exstat ibid. tom. vii. p. 134.

6. Sermo fratris S. Bonaventuræ, in istud, 'Simile est regnum cælorum homini, qui seminavit' etc. fol. 93 b.

De sermone isto a Montfauconio pro edit. nova Bonav. operum, et a Bandinio iterum, exscripto, cf. Bibl. Laurent. Catal. tom. i. col. 636.

7. S. Anselmi, archiepiscopi Cantuariensis, meditatio de Christo. fol. 99.

Exstat impress. inter opera, Paris. 1721, p. 225.

8. Ejusdem Anselmi de passione Domini meditatio. fol. 100 b.

Exstat ibid. 'De humanitate Christi' inscripta, p. 217.

In codice in duas dividitur meditationes.

9. Bernardi, abbatis Clavævallensis, liber de amore Dei. fol. 104.

Exstat, prævio proœmio, inter opera, edit. 1690, tom. ii. coll. 234—262, ubi tamen in duos libros distinguitur, quorum alter titulum habet, "Guillelmi abbatis, liber de natura et dignitate amoris."

10. Ejusdem Bernardi de Sacramento Altaris sermo. fol. 115 b.

Exstat ibid. tom. ii. col. 667.

11. Dionysii Areopagitæ ad Timotheum epistola de SS. Petri et Pauli martyrio. fol. 118.

Incip. "Saluto te divum discipulum et filium spiritualis et veri patris."

Cf. Bandin. Catal. tom. iv. col. 475. § ix.

12. [Bonaventuræ] Speculum disciplinæ ad Novitios. fol. 120.

Deficit a verbis, "Proinde honesti fratres ubicunque"—in edit. Rom. tom. vii. p. 588, col. ii. E. 9.

285.

Codex chartaceus, in 4to minori, ff. 49, sec. xv.

1. Anonymi cujusdam de Gemmis libellus, ordine alphabetico dispositus. fol. 2.
   Tit. "Gemmarum libellus incipit, juxta ordinem alphabethi, et in primis de Adamanthe."
   Incip. "Tres sunt Indiæ, scilicet, quæ mittit nos in Æthiopiam."
   Desin. 'de Vegetana,' "intersecant venis candidantibus."
   In fine, "Expletus est liber de gemmis pretiosis, juxta ordinem Alpha Bethi; τελως."

2. Tractatus, quomodo gemmæ lustrantur. fol. 34.
   Tit. i. "De omnibus gemmis quæ faciantur in pulverem."
   Incip. "Omnes gemmæ durioris naturæ, videlicet, Iacynthus, Saphirrus."

3. Tractatus de consecratione gemmarum. fol. 36 b.
   Tit. i. "In primis, Quare lapides consecrantur."
   Incip. "Omnis creatura in principali natura, qua condita fuit."

4. De modo præcipuos quosdam lapides consecrandi, juxta eorum virtutes. fol. 38.
   Tit. i. "De Alectorio."
   Incip. "Alectorius lapis ita debet ferri."

5. Compendiosus tractatus de sigillis lapidum pretiosorum, et de eorum virtutibus secundum imagines in eis inventas. fol. 40.
   Incip. præf. "In nomine Domini Amen; Pretiosissimus liber sigillorum, quæ filii Israel post exitum Ægypti."
   Incip. opus, "De onice lapide sculpto ex natura; si inveneris lapidem ita sculptum."
   Cf. in Mus. Brit. Cod. Arundel. 342, fol. 69.
   In calce, "Compendiosum libellulum de sigillis pretiosorum lapidum fini dedimus; Laus et gloria opifici Deo et matri Mariæ."

286.

Chartaceus, in 4to minori, ff. 211, sec. xv.

1. Excerpta quædam ex Evangelistis. fol. 1.

2. Isidori Hispalensis, de contemptu mundi libellus. fol. 5.
   Exstat impress. inter opera, edit. Colon. 1617, p. 227.

3. Excerpta ex SS. Patribus varia. fol. 22 b.

4. Versus in "Agnus Dei." fol. 29 b.
   Incip.
   "Balsamus et munda cerra cum crismatis unda."

5. Moralia quædam, *Italice*, sub titulo, "Se voliamo salvi, con el nostro capitanio nella sua gloria, adonque siamo sujecti et humili ad ogni creatura." fol. 30.
   Incip. "Magior timore et piu suspecto debe luomo."

6. L. Annæi Senecæ de moribus liber. fol. 51 b.
   Tit. "Lucii Annei Senece, Cordubensis, liber de moribus, in quo notabiliter et eleganter vite mores enarrat."

7. Ejusdem liber "de formula honestæ vitæ vel de quatuor virtutibus cardinalibus." fol. 56 b.

8. Ejusdem ad Gallionem de remediis fortuitorum. fol. 65 b.
   Præfigitur, "Est oratio per dialogum sensus et rationis."

9. Orationes plures, psalmi, etc. fol. 73.

10. Versus contra mulieres. fol. 109 b.
    Incip.
    "Si Christi queris, vultum fugias mulieris."

11. Hymnus ad Virginem. fol. 110.
    Incip.
    "Ave mundi spes Maria,
    Ave mitis, ave pia,
    Ave plena gratia."

12. Bernardi Clarævallensis Meditationes. fol. 111.
    Tit. "Incipit liber beati Bernardi Claravalensis abbatis; quomodo per cognitionem nostri venimus in cognitionem Dei."
    Exstat impress. inter opera, tom. ii. col. 319.

13. Tractatus de oratione Dominica, de lapsu hominis, etc. fol. 141.
    Tit. i. "Ad quem finem fecit et ordinavit Deus primum hominem et genus humanum."
    Incip. "Sed ut per Dei gratiam ad veram cognitionem virtutis atque finis hujus sanctissime atque perfectissime dominice orationis perveniamus."

14. Sermo S. Augustini episcopi gloriosissimi. fol. 163 b.
    Incip. "Vos inquam convenio, o Judei, qui usque in hodiernum diem."

15. Homilia S. Ephraem monachi de transfiguratione Domini. fol. 169.
    Incip. "De regionibus messis gaudii."

16. Sermo beati Ambrosii episcopi in Adventum. fol. 177 b.
    Incip. "Non solum ab angelis et prophetis, a pastoribus et parentibus."

17. Sermo S. Augustini in eundem. fol. 179.
    Incip. "Propiciante divinitate, fratres dilectissimi, jam adveniunt dies."

18. Oratio S. Hieronymi, "quam fecit ante suam communionem." fol. 184 b.

19. Oratio S. Cassiodorii, etc. fol. 186 b.

20. Præparatio ad confessionem. fol. 193.

21. Versus heroici plures contra mulieres. fol. 204 b.

Incip.

"Blasfemat celos, blasfemat luce carentes
Mollities sexus muliebris, tum maledicit."

287.

Codex chartaceus, in 4to minori, ff. 109, sec. xv.; binis columnis scriptus.

Homiliarum liber, quæ leguntur in ecclesia in Dominicis diversis, feriis, Sanctorum festis alisque per annum.

Incip. i. in istud, "Habraham mortuus est, et prophete mortui sunt; Respitiens, fratres karissimi, cum profundo suspirio crudele exterminium."

Incip. ult. in S. Augustini festo, "Refulsit sol, qui prius erat in nubilo, etc. Basilius in quodam sermone nos alloquens ait."

Præmittitur tabula homiliarum pro festis, et dominicis per annum, in qua notantur dies, principia, loca SS. explicata, et conclusiones.

288.

Chartaceus, in 4to minori, ff. 79, sec. xv. exeuntis.

1. Memoriale temporum et annorum præteritorum a creatione mundi ab Adam usque ad nativitatem Christi, et a nativitate Christi usque ad m.ccc.xxv. fol. 1.

2. "Anni tempora certarum rerum præteritarum in civitate Veronæ." fol. 1 b.

3. Nomina regum Latinorum ante Romam conditam et regum Imperatorum Romanorum post ipsam urbem conditam. fol. 2.

4. Chronica Veronæ, "ad perpetuam rei memoriam retinendam pro futuris temporibus de multis rebus in ipsa cronica actis et gestis in Italia, in partibus Lombardiæ, et præcipue in Verona," ab an. 1087 ad an. 1373. fol. 7.

Incip. "Primo, anno Domini 1087 fluvius Atesis tam fortiter crevit per pontem lapideum."

Ad fol. 19, sub anno 1233, mentio fit de Paxio "notario de Cereta scriptore tunc hujus cronice."

5. Extracta ex aliquibus cronicis antiquis ad memoriam ejusdem civitatis non prætermittenda. fol. 68.

Incip. "Ut scribit Sicardus, episcopus Cremonensis, quod in cronicis antiquis, post destructionem Troie."

289.

Codex chartaceus, in 4to minori, ff. 41, sec. xv.; anno scilicet 1467 descriptus.

Onosandri liber de optimo Imperatore [a Nicolao Secundino] e Græco in Latinum versus.

Exstat impress. Venetiis, 1570, et sæpius alibi.

In calce, "Onosandri viri dissertissimi de re militari liber explicit, 1467."

Præmisit manus recentior titulum sequentem, "Illustrium Imperatorum consilia de re militari per Onosandrum, virum disertissimum scripta 1467."

290.

Codex, partim chartaceus et partim membranaceus, in 4to minori, ff. 182, sec. xv.; manu scilicet Gulielmi de Cruce anno 1461 scriptus.

1. Kalendarium cum tabulis astronomicis; initio mutil. fol. 1.

2. Consuetudinum sive statutorum antiquorum ordinis Carthusiensis partes duæ priores; capitulis, prologo et tabulis instructæ. fol. 15.

Exstant impress. in folio, Basil. 1510, sign. a. 3.

Præfigitur, "Origo et principium ordinis Cartusie inceptum per sanctum Hugonem, episcopum et confessorem, Gronopolitane civitatis, et per magistrum Brunonem S. T. Doctorem ac ecclesie Remensis canonicum."

3. Tertia pars Novarum Constitutionum ejusdem ordinis. fol. 176 b.

Exstat impress. ibid. sign. t. 4.

In fine, "Explicit tertia pars novarum constitucionum ordinis Cartusiensis."

In calce codicis, "Nota quod in istis statutis sunt ad plenum omnibus cartis con . . . quinterni viginti et carte iij. seu folia iij. Et . . . . . Montelli ord. Carthusiensis diocesis Tarvisii prope Venetias; et fuerunt scripta in prædicta domo per D. Guillermum de Cruce Picardigenam, dyocesis Tarvanensis; idem secundum communiorem usum vocatur Morinensis, anno Domini 1461; orate pro eo."

"Celestis regni fungatur sede perhenni,
Librum qui scripsit, necnon qui scribere jussit."

291.

Codex chartaceus, in 4to minori, ff. 128, sec. xv.

[Antonini, archiepiscopi Florentini,] de excommunicatione liber, subjectis de interdicto et de suspensione titulis.

Exstant impress. in Summæ part. iii. titt. xxiii—xxvii. cap. 1.

In fine est tabula capitulorum recentius scripta.

Sequitur Pauli Papæ II. Bulla de alienationibus; dat. Romæ v. id. Maii, 1465.

Exstat impress. in Bullarum Collect. Ampliss. ed. Cocquelines, Rom. 1743, tom. iii. part. iii, p. 118.

292.

Chartaceus, in 4to minori, ff. 317, sec. xvi. exeuntis, ut videtur kal. August. 1597 scriptus.

D. Pocob Medicina theorica in tres partes distincta; scilicet,

1. Commentarius in primam Fen libri primi Avicennæ. fol. 1.

2. Commentarii in Galeni artem medicinalem. fol. 107.

3. Commentarii in Hippocratis aphorismos, in partes duas distincti. fol. 178.

293.

Membranaceus, in 4to minori, ff. 51, sec. xv. ineuntis.

1. Dini del Garbo, civis Florentini, liber de Emplastris, unguentis et pulveribus. fol. 1.

Tit. " Incipiunt unguenta excelentissimi doctoris medicine, magistri [Dini] de Garbo, civis Florentini."

Exstat impress. sine loco vel anno.

In calce, " Expliciunt hic emplastra, pulveres, unguenta famosissimi et excellentissimi doctoris artium et medicine magistri Dini de Florentia experta et probata et magistraliter compillata et facta; Amen."

Sequuntur 'quædam addita,' scilicet, Medicamina ad gulam grossam et contra botium.

2. Tractatus parvulus, qui dicitur tractatus ad evitandum nocumenta, quæ possunt accidere seu advenire propter venena quæ possunt assumi, ut possimus percipere seu comprehendere eorum exhibitionem, scilicet, quando dantur. fol. 42 b.

Incip. " Scimus, quod quecunque venena humane nature, sive humane complessionis."

3. Ejusdem Dini Olea. fol. 49.

Incip. " Oleum de nucibus est resolutivum."

In fine, " Expliciunt unguenta, emplastra, olea, excelentissimi doctoris medicine magistri Dini de Garbo, civis Florentini: Amen."

294.

Codex chartaceus, in 4to minori, ff. 94, sec. xv.; binis columnis exaratus.

Anonymi cujusdam quæstiones morales speculativæ de virtutibus et actibus humanis.

Incip. " Questio est ista utrum omnis virtus moralis ex operibus generetur; et probo, quod non: quia si sic ponatur igitur quod ex tribus operibus precisse, scilicet, b. c. d. generetur."

Desin. " Si tamen fiat argumentum de omnibus operationibus precedentibus habitum et de aliqua operatione proveniente ab habitu quantumcunque modica."

295.

Chartaceus, in 4to minori, ff. 87, sec. xv., anno scilicet 1438 scriptus.

Liber quidam moralis de honestate vitæ, etc. ad Ciceronem, filium; [initio mancus.]

Incip. " Qutuplex est consilii capiendi deliberatio. Triplex est igitur, ut Panctio videtur, consilii capiendi deliberatio, nam honestum."

Desin. " Vale, igitur, mi Cicero, tibi persuade te esse quidem michi carum, sed multo fore cariorem si talibus ornamentis preceptisque lectabere; Deo gratias; Amen."

In calce, "Finitum fuit die xxij. Martii hora sexta noctis anni 1438 ad laudem summam beatissime virginis Marie."

Sequuntur,

a. Versus in Italiam, etc.; *Italice.*

b. Carmina proverbialia.

296.

Membranaceus, in 4to minori, ff. 50, sec. xiv.

Alani de Insulis, sive Insulani, liber de planctu naturæ, oratione partim soluta partim ligata compositus.

Incip. vers.

" In lacrimas risus in luctus gaudia verto."

Incip. pros. " Cum hec elegiaca lamentabili ejulatione crebrius recenserem."

Desin. " apparitionis dereliquit aspectus."

Cf. MS. Douce, 147, fol. 32.

297.

Codex chartaceus, in 4to minori, ff. 205, secc. xvi. et xv.

1. Michaelis Ricci, Neapolitani, De regibus Galliæ, Hispaniæ, Hierusalem, utriusque Siciliæ et Hungariæ liber, prævia ad Guidonem de Rupefortem, militem, epistola dedicatoria.

Exstat impress., teste Toppio, Neapoli, 1645.

2. Epistola per dominum Franciscum Petrarcam, "domino Johanni Bochatii de conjugio Gualterii et Griseldis, vicecomitis Saluciensis." fol. 97.

Incip. "Librum tuum, quem nostro materno eloquio, ut oppinor, olim juvenis edidisti."

3. M. T. Ciceronis de officiis libri tres. fol. 111.

In fine, "Ego Jacobus de Azonibus, notarius de civitate ...... scripsi hunc Tulium de officiis, dum essem Cancellarius Clugiæ, magnifici domini Hieronimi Baduarii ...... dicti loci dignissimi."

Sequitur membrana unica, in qua Statutorum, ut videntur, Tarvisanorum fragmentum.

298.

Chartaceus, in 4to minori, ff. 58, sec. xiv. exeuntis.

Dialogus inter Christianum et Saracenum de fide Christiana, in tres partes distinctus, auctore Raymundo Arabico, postea de Pisis, cum editoris cujusdam anonymi prologo et epilogo; prævia capitulorum tabula.

Incip. prol. "Dicitur quod quidam homo Christianus Arabicus, cujus nomen erat Raymundus, qui diu laboravit, ut infideles venirent ad sanctam fidem catholicam."

Incip. præf. libri, "Dividitur iste liber in tres partes; Prima pars est de posicione."

Incip. liber, "Dixit Saracenus, Deus altus et sublimis septem habet conditiones sibi."

Desin. liber, "ipse diu consideravit et post suspiravit, et a Christiano se distavit, et disputacionem ei dimisit."

Incip. epil. "Liber iste factus fuit hac intentione, videlicet, quod Christianus et Saracenus per raciones."

Desin. epil. "qui Dominus rex Aragonum in monte Pezullano obtulit personam suam, suam terram, suam miliciam et suum thezaurum ad pugnandum contra Saracenos, omni tempore, quo placeret domino Pape et dominis Cardinalibus, et de hoc sum certus, quia ego ibi eram. Ayt Raymundus, Si ego aliquid contra sanctam fidem catholicam sum loqutus, hoc sciatur me dixisse ignoranter et submito me ipsum ad correccionem majorum dominorum tanquam fidelis Christianus. Ad laudem et honorem Dei finivit Raymundus hunc librum Pisis in monasterio Sancti Dominici mense Aprilis, anno m.ccc.viij. incarnationis Domini nostri Jhesu Christi; Deo gratias."

299.

Codex chartaceus, in 4to minori, ff. 106, anno 1399 descriptus, olim monasterii S. Justinæ, ord. S. Benedict. "monasterio Sanctæ Marie de P. .... ea dioceseos Paduanæ deputatus."

Raymundi Lullii, ord. Minorum, Proverbiorum liber, in partes tres distinctus, præviis capitulis et præfatione.

Exstat impress. Paris 1616 et alibi.

In calce, "Raymundus sua proverbia in civitate Romana ad laudem et gloriam Domini nostri, In cujus custodia hunc tractatum commendavit et omnes alios quos fecerat propter suum amorem; Benedictus sit Dominus noster, Amen; Anno Domini m.°[c]cc°xc°ix° perfectus fuit iste liber in vigilia S. Luciæ; Deo gratias."

300.

Chartaceus, in 4to minori, ff. 55, sec. xiv. exeuntis.

1. Liber de beata Virgine. fol. 2.

Incip. "Omnis qui ad Dominum Hemanuel, hoc est Verbum Patris altissimi, qui caro factus est."

2. De eadem et de ejus planctu. fol. 8.

Incip. "Verba que de matre salutis eterne, glorie sempiterne, angelorum felicitatis."

3. De oratione, patientia, aliisque virtutibus. fol. 11.

Incip. "Hoc est remedium ejus, qui viciorum temptamentis exestuat."

4. Notabilia magistri Guidonis Fabe. fol. 20.

Incip. "Ordo rationis expostulat, ut amicorum alter alterius precibus non descendat."

5. Tractatus "quorundam vitiorum, et quomodo unum procedit alio." fol. 26 b.

Incip. "De vana gloria, inobedientia, jactantia, hypocresis."

6. Sententiæ morales ex Evangelistis, SS. Patribus, etc. decerptæ. fol. 33.

Incip. "De caritate, et primo ut ait Johannes; Majorem karitatem nemo habet."

301.

Codex chartaceus, in 4to minori, ff. 136, sec. xvi.

1. Exercitia quædam spiritualia, per quæ homo dirigitur, ut vincere seipsum possit, et vitæ suæ rationem, determinatione a noxiis affectibus libera, instituere. fol. 6 b.

    Incip. "In primis ut per hujusmodi exercitia, tam qui ea tradit."

    Præmittuntur, "Annotationes quædam, aliquid adferrentes intelligentiæ ad exercitia spiritualia, quæ sequuntur, ut juvari possit tam is, qui ea traditurus est, quam qui accepturus."

2. Documenta ad bene interpretandas scripturas, "del P. Pollanio." fol. 73.

3. De modo stabiliendi cordis, et cum affectu et spirituali fructu vacandi orationi vocali. fol. 76.

    In fine, "Del P. Pollanio della compagni di Jesu."

4. Forma orationis ac meditationis congregationis S. Justinæ tradita per D. Ludovicum Barbo ejus fundatorem, "qua ipse usque ad mortem absque intermissione in abbatiali et episcopali ordine usus est." fol. 80.

5. Tractatulus inscriptus, "Activa vita, præambula ad contemplativam." fol. 91.

    Incip. "Prius oportet, qui desiderat ad contemplativam vitam."

6. De concupiscentiis mortificandis. fol. 99.

    Incip. "Oportet ergo ante omnia."

7. Methodus meditandi, "ex libro de Parvo bono S. Bonaventuræ collectus summa diligentia, per ven. D. Eutichium de Antverpia, nunc S. Justine priorem, satis facilis." fol. 104.

8. Excerpta ex SS. Ephraem, Bernardo et Basilio de monachorum vita. fol. 110.

    Incip. "Dolor me compellit edicere."

9. Jo. Franc. Commendoni, cardinalis apostolicæ sedis per Germaniam et Poloniam, de latere legati oratio ad Senatum equitesque Polonos, habita in castris apud Varsaviam octavo die Aprilis m.d.lxxiii. fol. 116.

    Exstat impress. inter tractt. de coronatione Henrici regis Poloniæ a Rescio editos, Romæ 1574.

10. Tractatulus, cui titulus, "Decora columba vita heremitica," in istud, 'Si dormiatis inter medios oleros,' auctore ut videtur Hieronymo de Sessa. fol. 122.

    Incip. "Quam dulcia faucibus meis hæc eloquia tua, Domine."

    In calce, "Di Fra. Hirj^mo da Sessa, heremita di Rua."

11. "Compendium et scopus totius Sacræ Scripturæ utriusque Testamenti." fol. 135 b.

302.

Codex membranaceus, in 4to ff. 58, sec. xv; madore corruptus.

Leonardi Bruni, Aretini, de bello Italico libri quatuor, prævia ad Julianum cardinalem S. Angeli præfatione.

   In fine, "Finis adest operis ignoscat mihi Deus meus Yhesus Christus, quoniam in hoc deviavi."

   Sequitur tabula alphabetica tam florum quam documentorum et argumentorum ordinata secundum ordinem alphabeti, et in calce, "Explicit opus Francisci de Marono feliciter ad laudem et gloriam omnipotentis Dei, Patris, Filii et Spiritus Sancti ejusque genitricis gloriose virginis Marie; Amen."

8. S. Hieronymi super laude et virtute psalmorum epistola. fol. 147 b.

Incip. "Prophetye spiritus non semper prophetarum mentibus præsto est."

In calce, "Explicit epistola beati Ieronimi in laude Psalmorum."

329.

Codex chartaceus, in 4to minori, ff. 39, sec. xv.

Christiani cujusdam, nomine Igneti, mercatoris Genuensis, cum Judæo quodam dialogus de fidei Christianæ veritate.

Incip. "Contigit quod quidam Judeus, qui publice vocabatur Rabi, qui et ipse magister erat Judeorum venisset ad Logiam Januensium et diceret, Bene vobis Christianis est, quod in festivitatibus vestris potestis facere, quecunque vultis ut placet vobis."

Desin. "Et ego dico vobis quod Judey vestri doctoris istius terre dixerunt Danielem non esse prophetam; quo audito recessit et amplius ad conflictum noluit venire."

In calce, "Et sic completa fuit disputacio hec, que fuit in mcclxxxvj.; Deo gratias; Amen."

Cf. Castigatiss. Annali di Genoa da Agostino Giustiniano, Genoæ, 1537, fol. ciii. b. A.

330.

Chartaceus, in 4to minori, ff. 351, sec. xv. exeuntis; olim "monachorum congregationis Sanctæ Justinæ, deputatus usui conventus Sancti Nazarii Verone, signatus ibidem numero 19 et littera E."

Johannis de Turre-cremata, cardinalis S. Sixti, expositio in regulam S. Benedicti abbatis, prævia Arsenii epistola cum responso. fol. 2.

Exstat impress. in fol. edit. Colon. 1575.

331.

Chartaceus, in 4to minori, ff. 118, sec. xv.

Martini Poloni, Pœnitentiarii, ord. Præd. chronica de Imperatoribus et Pontificibus cum proœmio et prolegomenis, ut fit mentio in catal. Bandin. tom. ii. col. 766.

Desin. chron. Pontif. in anno 1270; chronicon tamen Imperatorum usque ad annum 1281 perductum est.

332.

Chartaceus, in 4to minori, ff. 111, sec. xv.; "ex bibliotheca Francisci Ceroni."

Raymundi Lullii, ord. minorum, Proverbiorum liber, in partes tres distinctus; prævia præfatione.

Inscribitur, "Deus cum virtute vestra. Incipiunt proverbia Raymundi Lullii."

Exstat impress. Paris. 1616 et alibi.

In calce, "Raymundus sua proverbia, etc." ut exscripsimus supra ex calce cod. 299.

Sequitur tabula capitulorum, cujus in fine, "Qui scripsit scripta sua dextera sit benedicta."

333.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 129, sec. xiv.; olim fratrum de S. Sebastiano in ....

1. S. Bernardi contemplatio, "O quam vehementi complexu," etc. fol. 1.

2. Johannis Climaci liber, qui dicitur Climax sive scala Paradisi, præviis epistola Johannis abbat. Raithunensis, cum responso, prologo et capitulis, interprete anonymo. fol. 2.

Incip. Joh. abbat. Raithun. epistola, "Cognoscentes nos imperfecti tuam in Domino notitiam."

Incip. Johannis Climaci responsum, "Suscepi ita convenientem pudicitie."

Incip. prol. "Hiis, qui in libro vite in celis describi eorum nomina volunt."

Tit. libri, "Sermo exercitativus abbatis Johannis ducis monachorum existentium in monte Synay, quem misit abbati Johanni duci Raythu. Dividitur vero capitulis triginta, gradibus scale similis; qui ab humilioribus ad celestiora sectantes sursum ducunt, propter quod et liber Scala vocatur."

Incip. "A bono et super bono et toto bono Deo et Rege nostro."

Margini hic illic adjectæ sunt glossulæ.

In calce, a. Precontemplatio sanctæ Scalæ.

b. Vita sub compendio S. Johannis Climaci, auctore Daniele monacho Raithunensi.

c. Quædam de vita monachorum.

Incip. "Oportet monachum et quemlibet Domini nostri Yhesu Christi discipulum."

Notandum est, quod versio istius operis nostra prorsus differt ab ista, quæ sub nomine Ambrosii Camaldulensis. in Bibl. Vett. Patr. prodiit, Colon. 1618, tom. vii. p. 241.

3. "Tractatus laudis vitæ solitariæ editus a beato Basilio; anonymo interprete. fol. 124 b.

Incip. "Libet de singularis vite meritis pauca perstringere."

4. Tractatus de septem gradibus contemplationis [auctore S. BONAVENTURA]. fol. 126 b.

Exstat impress. inter opera, tom. vii. p. 104.

In calce codicis scripsit manus hodierna, versus quatuordecim Leoninos, incip.

"Cela, quies mentis, fuga rixæ, cura studentis."

334.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 128, sec. xv.

1. ROGERII BACONIS, Anglicani, liber de sanitate conservanda, cum prologo. fol. 1.

Incip. prol. "Domine mundi, etc. Cogito et cogitavi temporibus."

Exstat liber impress. ed. Williams, Oxon. 1590.

2. Ejusdem ROGERII Antidotarium. fol. 21 b.

Incip. "Post completum universalis scientie."

3. Tractatus "principalis ex editione sive compositione fratris ROGERII BACUN, ord. fratrum minorum, de graduatione mensurarum compositarum, et est demonstrativus, quia fundatur super regulas geometriæ." fol. 32.

Incip. "Omnis forma inherens recipit mansionem."

4. Expositio sive declaratio prædicti tractatus secundum unum alium magistrum sapientem in mathematicis; etc. fol. 33 b.

Incip. "Exposicio capituli de gradibus, ut vera cognicio."

5. Tractatus de erroribus medicorum "secundum fratrem ROGERIUM BACUN, de ordine minorum." fol. 42.

Incip. "Vulgus medicorum non cognoscit suam simplicem medicinam."

6. Ejusdem dicta "in libro sex scienciarum in tertio gradu sapiencie ubi loquitur de bono corporis et de bono fortune et de bono et honestate morum." fol. 49 b.

Incip. "In debito regimine corporis et prolongatione vite."

7. Alius tractatus ejusdem fratris ROGERII extractus de sexta parte compendii studii theologiæ de verbo ad verbum, quem librum fecit ad instantiam papæ Clementis; "Est tractatus de materià (?) prius protractata, et extrahitur de capitulo, quod intitulatur de scientia experimentali; et si quis de hiis velit pleniorem habere doctrinam et responsionem ad difficultates que possent objici in contrarium, querat scripta principalia, videlicet, librum sex scientiarum et librum quem intitulavit, Compendium studii theologie, et inveniet ibi materiam cum difficultatibus diffuse pertractata." fol. 53.

Incip. "Corpora vero Adde et Eve post peccatum recesserunt longe plus."

8. ARNALDI DE VILLA-NOVA ad magistrum Jacobum de Toleto epistola de maximo secreto medicinæ "extractæ ex minera nobilis animalis videlicet ex S. H. O." fol. 57 b.

Incip. "Magister Jacobe, amice carissime, dudum me rogastis."

9. ROGERII BACON de consideratione quintæ essentiæ omnium rerum transmutabilium libri duo. fol. 59 b.

In calce, "Explicit liber quinte essentie secundum fratrem Rogerium Bacun de ordine minorum; Deo gratias; Amen."

10. Expositio Arithmomachiæ. fol. 95.

Incip. "Pro aliquali introductione in ludum philosophorum, qui vocatur a nobili poeta Ovidio."

11. Tractatus astronomicus, cui titulus Lux mundi in astronomia, auctore JOSEPHO NACHMIASCH; *Hebraice*. fol. 128 b.

Tit. ספר אור עולם בתכונה חברו יוסף נחמיש

335.

Codex chartaceus, in 4to minori, ff. 94, sec. xv.

1. Anonymi cujusdam de S. Trinitate et de theologia spirituali liber. fol. 1.

Incip. "De trinitate Dei hoc tenendum est, quod in una substantia sunt tres persone."

2. Confessio filiorum Evangelicæ paupertatis. fol. 25.

Incip. "Cultoribus evangelice paupertatis, servus omnium."

3. Extracta ex SS. Patribus de B. Virgine. fol. 29.

4. LENTULI, ut fertur, epistola ad senatum Romanum de CHRISTO. fol. 31 b.

5. JOHANNIS LOTHARII, postea Innocentii Papæ III., liber de contemptu mundi, sive de miseria humanæ conditionis, libri tres, cum præfatione ad Petrum, Portuensem episcopum. fol. 32.

Tit. "Liber de contemptu mundi domini pape Innocentii tertii."

Exstat impress. Paris. 1645, et alibi.

6. Kalendarium, notitiis illustratum historicis. fol. 66.

7. Disticha de melancholico, phlegmatico, etc. fol. 92.

Incip. i.

"Invidus et tristis cupidus dextreque tenacis."

8. Quædam de Sanctorum festivitatibus celebrandis. fol. 93 b.

Incip. "Festivitates sanctorum apostolorum, seu martirum, antiqui patres in veneratione."

9. Carmen de diversis morte cadentibus. fol. 94.

Incip.
" Morte cado, jam papa fui, stupor unicus orbis,
Nunc lacerant vermes viscera, morte cado."

336.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 25, sec. xvi.

Ordo secundum moniales Sancti Andreæ de Arbo ad introducendum mulieres in monasterium cupientes pro Christi amore ibi religiose vitam ducere.

Incip. " Et primo introducantur per duas moniales conversas ante altare Virginis Marie; confessore ibi existente, induto alba et stolla, et illis existentibus, genibus flexis."

337.

Membranaceus, in 4to minori, ff. 40, sec. xv.; olim episcopi cujusdam Vegiensis.

Anonymi cujusdam historia, cui titulus, " Quomodo ab Humanum-Dico curiosus quidam Regis eterni mores et montis metallorum pleni venas ac servientium premia figuris absoluta perdiscit," in tres partes distincta.

Incip. " Dei ego et rerum, que in mundo sunt admiratione dignarum studiosus cum essem."

Desin. " is me in domum suam cum admisisset ne ad sese discedere jussit, atque inter suos familiares locavit Jesus Christus Dominus noster, Qui cum Patre;" etc.

Sequitur " Præparatio ad missam pro opportunitate sacerdotis."

In fine sunt orationes SS. Ambrosii duæ, et Thomæ Aquinatis unica.

In calce,
" Ante omnes fideles anime,
Quas Christus redemit suo sanguine,
Vos dignetur a penis liberare,
Et choris Angelorum sociare,
Ubi nostri memores intercedere
Dignemini ut a peccatis liberi
Summo jungamur Principi; Amen."

338.

Membranaceus, in 4to minori, ff. 86, secc. xiii. et xiv.; binis columnis exaratus.

1. Raymundi de Pennaforti, ord. Præd. Summæ Theologiæ moralis sive de pœnitentia et matrimonio libri quatuor, cum prologo. fol. 2.

Exstat impress. Veronæ, 1744, 1.

2. Johannis de Rupella ord. Min. de anima summa, in libros duos distincta, prævia præfatione. fol. 57.

Incip. præf. " Si ignoras te, o pulcherima mulierum."

Incip. lib. " Prima consideratio est de substantia animæ, secunda de virtute."

Deficit a verbis, " Notanda est etiam differentia quantum ad causam"—

339.

Codex, partim chartaceus, partim membranaceus, in 4to minori, ff. 30, sec. xv.

1. Timothei Veronensis, canonici regularis Bononiensis, epistola ad singulos Italiæ principes; dat. ex Bononia, 1453. fol. 1.

Exstat impress. in Cod. Diplomat. Pezio-Hueber. p. 367.

In calce, " Timothei Veronensis canonici regularis finit epistola, qua cunctos Italiæ principes exhortatur, quo suis copiis barbarum mature contendant, qui nuper Constantinopolitana civitate potitus est."

2. Johannis de Muris, mathematici, liber de musica cum figuris. fol. 15.

Tit. " Incipit musica Johannis de Muris."

Incip. " Quoniam musica est de sono relato ad numeros."

Scriptum istud de musica, ait Fabricius, " in codice Regio 384 evolvit Cangius."

340.

Chartaceus et membranaceus, ff. 164, secc. xvi., xiv, et xv.

1. " El libro de la fabrica et composicion del instrumento delas armillas; el qual fue fecho por mandado del rey don Alfonso el Sabio, rey de Castilla." fol. 1 b.

Incip. prol. " Pues que dicho avemos et monstrado."

Incip. lib. " Dixo el Sabio Abuzach, Azarchel."

2. Proverbia. fol. 24 b.

3. Tractatus de sphera solida Costæ ben Lucæ, Græci, de Baldac, translatus ab Stephano Arnaldi, Barcinonensi. fol. 25.

Incip. "Huic operi vero ad honorem Dei et ad frutificandum amicis ego predictus Stephanus."

4. Tractatus de astrolabio componendo et de regulis ejusdem, JOHANNIS Hispalensis; cum tabulis. fol. 49.

Incip. "Dixit Johannes, Cum volueris facere astrolabium accipe auricalcum optimum."

5. De horis diurnis, de planetis, etc. fol. 59.

Incip. "Cap. 5. De horis diurnis et earum notificatione; Si igitur volueris scire, que sit hora diei."

6. Ars de quadrante faciendo. fol. 63 b.

Incip. "Scire debes, quod circulus soli; duas habet medietates, quarum una tota est septentrionalis."

---

7. In opus et instrumentum astronomicum, astrolabium vel planispherium appellatum, canones, cum figuris. fol. 69.

Incip. "Sphæra solida, que et astrolabium sphericum appellatur."

8. Tractatus Profaças de Marsilia supra quadrantem, quem composuit ad inveniendum quicquid per astrolabium inveniri potest, translatus ab Hebræo in Latinum a magistro Hermegando Blasin secundum vocem ejusdem apud Montem Pesulanum, anno incarnationis Domini 1299. fol. 109.

Incip. "Quoniam scientia artis astronomiæ non complectitur absque instrumentis."

9. Tractatus astrolabii per Ameth, filium Afar, translatus ab Arabico in Latinum per Philippum, artis medicinæ doctorem, ad reipublicæ utilitatem; *Hispanice*. fol. 121.

Incip. "Estos son loz nombres de las cosas, que se contienen enel astrolabio."

10. "Tractado da practica do astrolabio." fol. 131.

Incip. prol. "Honorauel cousa he et muito proveitosa et muito de prezar.

Incip. opus, "Ein o astrolabio som diuersas cousas."

11. Regulæ "a saber altura da equinocial sobre o orizonte." fol. 149.

12. "Regimeinto da Escaleira." fol. 154.

341.

Codex chartaceus, in 4to minori, ff. 114, sec. xv. exeuntis.

1. JOHANNIS DE REGIO-MONTE, sive Regiomontani, Ephemerides, sive Kalendarium perpetuum per annos 1484—1490 inclusive, præviis canonibus.

Tit. "Joannis de Monte-Regio, Germanorum decoris, ætatis nostræ astronomorum principis, Ephemerides."

Incip. "Usum ephemeridis cujuslibet breviter exponemus."

In calce canon. "Explicitum est hoc opus anno Christi Domini 1484 secunda nonna Aprilis; impressum per Erhardum Ratdolt Augustensem; Venetiis."

342.

Codex chartaceus, in 4to minori, ff. 81, sec. xv.; olim monasterii S. Michaelis de Cremona [?].

[ANTONINI, archiep. Florentini] tractatus de Excommunicatione, de interdicto, de suspensione et de irregularitate: in fine mutil.

Deficit a verbis, "sicut de aliis legitimis" in Summæ (edit. Argent. 1496) part. iii. tit. xxviii. cap. iv. calce. ad "post vulnus, id est, ejus dimissionem," in tit. xxviii. cap. 6.

In calce sunt responsiones quædam ad dubia per eundem ANTONINUM.

343.

Chartaceus, in 4to minori, ff. 263, sec. xvi.

HIERONYMI MERCURIALIS, Foroliviensis, de febribus lectiones octoginta sex; Patavii habitæ a die iiij. Novembris 1585, ad iiij. Julii 1586.

Tit. "Clarissimi domini Hieronymi Mercurialis de febribus lectiones."

Incip. "Quemadmodum sapientes fecerunt veteres."

Desin. "id mei imbecilitati tribuatis et bene valete et me ametis."

In calce, "Finis, die iiij. mensis Julii mdlxxxvi."

344.

Membranaceus, in 4to minori, ff. 52, sec. xiv. exeuntis.

1. NICOLAI PRÆPOSITI, Salernitani, Antidotarium.

Exstat impress. in fine Mesuæ operum, Venet. 1589.

Tit. "Incipit Antidotarium Nicholai."

In calce, Tabula herbarum alphabetica cum interpretatione.

Incip. "Artemisia, id est, Matricaria."

Sequitur,

"Finito libro . referamus gratias Christo."

2. Receptæ variæ medicinales. fol. 48 b.

Incip. "Pulvis, qui dicitur tragia."

345.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 34, sec. xiv. exeuntis, binis columnis exaratus; olim Gul. de Ymola, postea Hieronymi Justiniani.

Aristotelis liber suppositius de Secretis Secretorum, sive de regimine principum ad Alexandrum; a Philippo clerico ex Arabico sermone translatus.

Exstat impress. in 8vo Paris. 1520.

Præmittuntur,

a. Philippi clerici ad Guidonem de Valencia de libro prædicto epistola. fol. 3.

b. Secundus prologus de Johanne, qui transtulit librum. fol. 4.

In calce, "Liber Guillelmi de Ymola phisicus (?) in Cremona, salariatus a communi in ij°. 2. florenis pro anno 1393 xx. Julii."

346.

Membranaceus, in 4to minori, ff. 154, sec. xiv. exeuntis; binis columnis exaratus.

[Raymundi de Pennaforti, Barcinonensis, ord. Præd.] Theologiæ moralis, sive de pœnitentia et matrimonio libri quatuor; *utrimque mutil.*

Incipit in initio cap. iv. lib. i, "Egimus de his;" in edit. Rom. 1603, p. 32.

Deficit in lib. iv. cap. 13 verbis, "quod aliam ducere" in edit. cit. p. 553, col. 2. § 2.

Sequuntur,

a. Fragmentum ex lib. iii. excerptum, a verbis "causa percusserint;" p. 425, col. i. ad "omnes tales," p. 428, col. ii. fol. 153.

b. Glossarum in librum de confessione fragmentum. fol. 154.

347.

Membranaceus, in 4to minori, ff. 198, sec. xiv.; binis exaratus columnis.

Petri Lombardi Sententiarum libri quatuor, prologo, titulisque cuique libro, instructi.

In margine adjecit manus aliquantum recentior glossas haud infrequentes.

348.

Chartaceus, in 4to minori, ff. 108, sec. xvi.

1. Liber theologicus, qui dicitur, Alimoniæ cælestis promptuarium, auctore anonymo quodam, ord. Prædicat., cum præfatione ad Marcum Nerium. fol. 1.

Tit. "Ad nobilem virum Marcum Nerium, Florentinum civem in libellum super duodecim conditionibus in D. N. Jesu Christi sepultura concurrentibus, et in agni paschalis esu Mosayce legis prefiguratis cuilibet digne comunicare volenti spiritaliter necessariis editum celestis alimonie proptuarium, nuncupatum, cujusdam fratris ordinis Predicatorum epistola."

Incip. epist. "Quemadmodum physici volunt et quotidiana rerum magistra, experientia edocet."

Incip. lib. "Igitur antequam ad promissarum conditionum texturam calamum applicemus."

Desin. "ad cælestem patriam illius angelici panis virtute roboratus mereatur pervenire; dicat omnis populus; Fiat; Fiat."

2. "Quedam moralis expositio in evangelium quarte dominice adventus, cum brevi recapitulatione trium prætaeritarum dominicarum." fol. 95.

Incip. "Miserunt Judei ab Hierosolimis, etc. Opportune satis hoc in tempore, quo ecclesia mater nos filios ad sacrum Domini natale præparare festinat."

In calce, "Explicit omelia sive quedam moralis expositio in evangelium quarte Dominice adventus ad sorores Sancte Lucie de Florentia."

349.

Codex chartaceus, in 4to minori, ff. 92, sec. xv.; olim Jo. Baptistæ de Oliva.

Liber inscriptionum, ut feruntur, in urbibus Italicis pluribus inventarum, in mœniis domibusque, etc. quibus intermixta sunt epitaphia Sardanapali, Erasmi Roterodamensis aliorumque.

Incip. lib. "Apud Polam in æde Divi Martini; D. M. Atius Caius archiater sibi et Juliæ prime conjugi incomparabili."

Præmittitur abbreviationum tabula cum explicatione.

In calce, "Anconius de Oliva fecit anno 1450, dies 20 Jany."

350.

Chartaceus, in 4to minori, ff. 217, sec. xv.

Gulielmi de Mirica in Aristotelis de physiognomia librum commentarii, in distinctiones tres distributi; prævia ad Clementem papam [VI.] epistola nuncupatoria.

Incip. epist. "Sanctissimo, etc. Guilhelmus dictus de Mirica, artistarum ne dicat magistrorum in artibus minimus cum humili sua recommendatione devota pedum oscula beatorum, cupiens et in hoc arbitrans me facere

ad vestræ beneplacida sanctitatis, in gazophilacium ac thesaurum scientiarum, quibus sancta mater ecclesia filios suos nutrit et dirigit in agendis. Quia non sufficio de theologicis aurum saltem de philosophycis mittere es minutum cum non sit tantum delectabile * * * in libellum phisonomie Aristotelis in quo hoc docetur, presertim cum idem libellus propter ipsius in plerisque locis obscuritatem et commentariorum penuriam quasi sub modio lateat, ut ad lucem veniat pro mei ingenioli modulo expositionem aliqualem et non sine difficultate et labore, eo quod exemplaria dicti libelli ut plurimum scriptorum vitio sunt corrupta."

Tit. lib. " Incipit primum capitulum de utilitate et necessitate scientiæ phisonomie."

Incip. " Boecius tertio de consolatione philosophye loquens de felicitate sic dicit. Mentibus, inquit, hominum est inserta."

Desin. " sed universaliter omnes affectiones alie et dispositiones quecumque; et in hoc terminatur tertia distinctio istius opusculi et per consequens totum opusculum."

351.

Codex chartaceus, in 4to minori, ff. 86, secc. xvi. et xv.

1. Gasparis Cacinelli Fæliciani elegia de amore et ejus statu. fol. 2.

Incip.
" Juridicam quum forte diem duxisset Apollo,
Et solita horrisoni, jam foret hora fori."

Præmittitur, " Ellegia Gasparis Cacinelli Feliciani de amore et ejus statu, dum esset Cancellarius Roboreti, MDXXXj."

In calce, " M.D.XXXj. die xix Aprillis."

2. Guarini Veronensis ad illustrem principem Nicolaum, marchionem Estensem, gratulatio pro reconciliandis ab eo Hispanis. fol. 11.

Incip. " Tuis ex rebus preclarum aliquid facimus."

Cf. cod. Arundel. in Mus. Brit. 70, fol 125.

3. Poggii Bracciolini ad Franciscum Barbarum epistola. fol. 14.

Exstat impress. inter opera, p. 356.

4. Ejusdem ad Scipionem Ferrariensem epistola; dat. iv. id. April. Florentiæ. fol. 15.

Exstat ibid. p. 357.

5. Guarini Veronensis ad Leonellum marchionem Estensem epistola. fol. 20 b.

Incip. " Nuncius ecce novus affertur."

Cf. cod. Arundel. 70. fol. 194 b.

6. Ejusdem Guarini ad Poggium Bracciolinum epistola. fol. 20 b.

Incip. " Remeante proximis diebus, illustri principe."

Cf. cod. citatum, fol. 194 b.

7. Poggii Bracciolini invectiva in Jacobum Zenum, episcopum Feltrensem, " qui et nunc, episcopum Patavinum." fol. 32.

Incip. " Coegit olim tua summa iniquitas."

8. Leonardi Tarunclæ, sive Tarundæ, Veronensis, libellus ad concilium Basiliense. fol. 34.

Incip. " Si parvorum hominum non sit grandium rerum onera movere, presumptionis tamen argui jure non possunt malorum, quæ si quantacunque contingunt, quantisper illa sentiant curiosi."

9. Senecæ Cordubensis ad Lucillum de divina providentia liber. fol. 51.

10. Ejusdem ad Paulinum de brevitate vitæ liber. fol. 59.

In calce, " Finis libelli Senecæ de brevitate vitæ."

11. Anonymi cujusdam dissertatio in istud, " Omnes superbos stultos." fol. 72.

Incip. " Scio plurimos admiraturos, quod superbos homines mente adeo labefactatos appellem, uti stultos penitus velim aserere."

Desin. " Adeo ut in eo prudentia omnis et sapiencia inesse videatur, omnesque virtutes benignitate consocia commendentur."

352.

Codex chartaceus, in 4to minori, ff. 116, sec. xv.

1. Lysiæ, oratoris, pro cæde Eratosthenis apologia, per Franciscum Philelphum Latine versa, prævia ejusdem Francisci ad Pallam de Strozzis Florentinum epistola. fol. 1.

Tit. " Ad præstantissimum virum Pallam de Stroccis Florentinum, Francisci Philelphi prefatio in quandam Lysie orationem."

Incip. ep. " Fuere nonnulli et prudentes et docti viri."

Incip. orat. " Plurimi certe facerem, viri Athenienses."

2. Anonymi cujusdam [ad discipulum quendam Emmanuelis Chrysoloræ, forsan Philelphum, Ciceronis de officiis librum cum discipulis lecturum] oratio. fol. 6.

Incip. " Cum preclara majorum instituta animo adverterem, doctissimi viri et clarissimi cives."

Desin. " quamobrem discamus nos fortunati condiscipuli et librum de officiis a tali doctore, singulari audientia, recte intelligamus, qui eximia elloquentia, perfecta auctoritate, clarissima exponendi scientia suo more lecturum se nobis offert. Finis."

Cf. Bandin. catal. tom. ii. p. 273; notandum sit tamen quod inter Chrysoloræ discipulos numerantur, Brunus, Poggius, F. Barbarus, Guarinus, aliique plures.

3. Anonymi cujusdam, forsan Ant. Beccatelli, oratio de justitia. fol. 10 b.

Incip. " Quanquam sepenumero et jam diu, patres conscripti."

Desin. " ut jus meum adcipiam prosequar," et postea, " Ex Bononia, ab era Christi Olimpiade trecentesima quinquagesima sesta, anno secundo, Virginis gradu quinto decimo."

4. Francisci Barbari ad Danielem Victurinum et Leonardum Justinianum epistola; dat. i Jun. 1439. fol. 13.

Incip. " Facere non possum, quin egre et molleste feram vobis in puppi reipublice."

5. Francisci Petrarchæ de fide et observantia uxoris liber, prævia ad Joh. Boccaccium epistola. fol. 14.

Exstat inter opera edit. Basil. tom. i. p. 540.

6. Poggii Bracciolini ad Leonardum Aretinum epistola de morte Hieronymi Pragensis, in Constantia an. 1416 combusti. fol. 21.

Exstat inter Poggii opera, ed. 1538, p. 305.

7. Leonardi Bruni Aretini in hypocritas invectiva. fol. 24.

Exstat impress. Lugd. 1689, et alibi.

8. Poggii ad Nicolaum Niccoli epistola " de natura et nobilitate balneorum Baden Alamaniæ versus Constantiam." fol. 29.

Exstat inter opera, p. 297.

9. Plutarchi opusculum, Quid principem deceat, per Rinuccium Castilionensem Latine versum, prævio ad Gabrielem Condalmerum, cardinalem, procemio. fol. 32.

Incip. procem. " Rex Persarum, Arthaxerses."

Incip. opusc. " Platonem Cyrenei hortati sunt ut quas scripturas."

Cf. Bandin. catal. tom. iii. col. 401, et Apost. Zenum Dissert. Vossian. tom. ii. p. 111.

10. Xenophontis liber, qui dicitur Œconomicus, a Lampo Birago, Mediolanensi, Latine versus, cum ejusdem Lampi epistola ad Nicolaum V. præmissa. fol. 35 b.

Incip. epist. " Cum exequendis omnibus, beatissime pater, que summum pontificem."

Incip. lib. " Et ipsum quandoque audivi etiam de administratione rei familiaris."

11. Isocratis liber de regno, per Bernardum Justinianum Latine versus, prævia ejusdem Bernardi ad Ludovicum de Gonzaga epistola. fol. 61.

Incip. epist. " Cum Isocratem nuper, Ludovice, adolescens magnanime legerem."

Tit. lib. " Isocratis sermo de regno a Bernardo Justiniano, Leonardi filio, in latinum e greco versus."

Incip. " Consuevere plerique, O Nicocles, aurum celatum preciosam supellectilem ceteraque id genus dono vobis regibus."

12. Plutarchi, Chæronensis, apophthegmata laconica, Latine versa per F. Philelphum, cum ejusdem Francisci ad Nicolaum papam V. epistola præmissa. fol. 66 b.

Tit. " Francisci Philelfi prefatio ad Nicholaum quintum summum pontificem in Plutarchi Cheronensis apophthegmata laconica."

Incip. " Quo de te magis, Nicolae, quod in te dies."

Incip. lib. " Agasicles rex Lacedemoniorum admirante quodam."

Prorsus differt versio nostra ab ista a Bandinio in catal. tom. ii. col. 399 memorata, eodemque Philelpho tributa.

13. Leonardi Bruni Aretini in Aristotelis Œconomicorum librum primum commentarius. fol. 103.

Tit. " Leonardi Aretini comentarium in librum primum Aristotilis Aeconomicorum ad Cosmum suum."

Incip. " Res familiaris et res publica inter se differunt."

353.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 55, sec. forsan ix. exeuntis.

Rabani Mauri, abbatis Fuldensis, liber de computo, in capitula sex et nonaginta distinctus; præviis ad Macarium epistola et capitulis.

Exstat impress. inter Steph. Baluzii Miscellanea, edit. 1678, lib. i. p. 1.

In calce sunt,

a. Quædam ad kalendarium spectantia.

Incip. " Mart. v. Aprl. i. Mai iij. Jun. vi."

b. De Zodiaci signis duodecim.

Incip. " Duo sunt extremi vertices mundi, quos appellant polos."

354.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 82, sec. xv.; nitide exaratus.

1. LEONARDI BRUNI Aretini commentariorum primi belli Punici libri tres, prævia præfatione. fol. 1.

   Tit. "Leonardi Aretini commentariorum primi belli Punici liber incipit primus fœliciter."

   Exstant impress. sub Polybii nomine, Brixiæ 1498 et alibi.

   In fine, "Leonardi Aretini in commentarios de primo bello Punico explicit."

2. Alexandri Magni, Annibalis et Scipionis comparatio. fol. 57.

   Incip. "Cum in rebus bellicis semper cæteris vero animi virtutibus."

3. RUFFI SEXTI, sive FESTI RUFI, viri consularis, historiæ Romanæ abbreviatio, ad Valentinianum Imperatorem. fol. 60.

   Exstat edita cum Lucio Floro, aliisque, Amstel. 1630, p. 279.

   In calce, "Ruffi Sexti viri consularis rerum gestarum populi Romani Valentiniano Augusto liber explicit."

4. Famosissimi oratoris historiographi et poetæ magistri BENVENUTI DE RAMBALDIS libellus, qui dicitur Augustalis, continens sub compendio brevem descriptionem omnium Augustorum, cum præfatione ad illustrissimum Nicolaum Marchionem Estensem. fol. 68 b.

   Exstat impress. inter Rer. Germanic. scriptores per Freherum, ed. Struvio, tom. ii. p. 5, et alibi.

   In fine, "Explicit foeliciter Augustorum liber."

355.

Membranaceus, in 4to minori, ff. 31, sec. xv. exeuntis.

1. Historia Turcorum abbreviata, ab origine Ottomannorum usque ad Mahometi II. obitum deducta, [auctore forsan MARTINO SEGONIO.] fol. 1.

   Incip. "Quere beatissime pater ex antiquis Græcorum scriptoribus, qui de Turcis hystoriam."

   Desin. "imperante Christianis Federico tertio."

   Cf. Cuspinianum de Cæsaribus, etc. p. 433.

2. Consilium pro defensione Hydrauli adversus Turcos [auctore forsan eodem.] fol. 12.

   Incip. "Quoniam beatissime pater, testatur auctoritas in arduis."

   Haud invenitur consilium istud inter Consilia bellica a Reusnero 1603,-4 edita.

3. [FELICIS PETANCII, Cancellarii Segniæ, quibus itineribus Turci sint aggrediendi, consultatio.] fol. 14 b.

   Exstat impress. a Cuspiniano edita, p. 479.

4. De civitatibus Valona et Apollonia, et de Mysiæ provincia, [auctore MARTINO SEGONIO?] fol. 21.

   Incip. "Ut apud Ptholomeum geographum clare apparet."

5. [Ejusdem?] tractatus de regionibus, quibus itur versus Hierosolymam. fol. 24 b.

   Incip. "Quoniam satis supra tractatus est de itineribus, que Propontide."

6. [Ejusdem?] de Basinis et Hyopibus tractatulus. fol. 28.

   Incip. "Duxi opere precium fore."

7. Ejusdem MARTINI de expeditione Æthiopica consilium. fol. 29 b.

   Tit. "Martinus de Segonis, episcopus Dulci . ..."

   Incip. "Etsi beatissime pater superioribus diebus, jussu ejusdem sanctitatis vestre collegi."

356.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 116, sec. xiv., binis columnis exaratus; olim monast. S. Justinæ, Veronensis?, postea Jo. Bapt. de Recanatis.

Anonymi cujusdam de naturis rerum liber ex auctoribus variis compilatus, prologo epilogoque instructus.

Incip. præf. "Naturam rerum in diversis auctorum scriptis late per orbem sparsis."

Desin. "multa enim licet sint utilia, tamen quasi nota viris litteratis pertransivi."

Incip. lib. "Homo, ut dicit Aristoteles, dicitur anthropos, grece."

Desin. in cap. 'de manu,' "augmentans membrum eadem ratione no n crescit barba."

Incip. epil. "Consummato igitur opere utcunque potuimus a discreto lectore."

In calce,

"Finito libro sit laus et gratia Christo,
Qui dedit expleri, laudetur mente fideli.
Anno Domini millesimo trecentessimo undecimo indictione nona, die x° exeunte Januario. In Portugruario provincie Forijulii."

Agit liber iste de anathomia humani corporis, de anima secundum Augustinum, de monstruosis hominibus, de natura pecudum, volucrum, belluarum marinarum, piscium, ser-

pentium, vermium, arborum, herbarum, fluminum, lapidum, metallorum et humorum, de aere, de planetis septem, de passionibus aeris et de quatuor elementis.

Auctores citantur, Aristoteles, Plinius, Solinus, SS. Ambrosius, Basilius et Isidorus, Jacobus Acconensis, Galenus, Platearius, etc.

Exstat exemplar aliud in Bibl. CCC. Oxon. C. ii. 9.

In calce, "Iste liber est congregationis Sancte Justine deputatus monachis habitantibus Verone in monasterio Sancti Nazarii, signatus numero 30 littera *a*;" iterumque, "Joannes Baptista de Recanatis emit Veronæ pridie kal. Novembris anno 1700 super viginti."

In initio et calce codicis sunt folia tria ex alio MS. desumpta, in quibus tractatur de Testamentis.

357.

Codex chartaceus, in 4to minori, ff. 74, sec. xv.

1. Canones in motibus Planetarum Alphonsico ordine constituti per Laurentium de Laurentiis. fol. 1.

   Incip. "Cum a communioribus inchoanda doctrina, teste Aristotele, philosophorum."

2. Tabularum collectio astronomicarum. fol. 18.

   Tit. i. "Tabula communis ad inveniendum omnes eras bisextiles et subtrahendum (?) unam ex alia ad annos Christi divi Yhesu, et Alphonsi et Cesaris et Alexandri, et Diocletiani per annos collectos expansos et menses."

358.

Membranaceus, in 4to minori, ff. 111, sec. xii., bene exaratus et servatus.

[Johannis Damasceni, sive cujuscumque sit] historia de Barlaamo eremita et Josaphat Indiæ rege, [interprete Anastasio Bibliothecario. ?]

Tit. "Incipit liber de gestis Barlaam et Josaphat."

Exstat impressa inter Damasceni opera edit. Basil. 1559, p. 569.

In calce, "Explicit liber Barlaam."

359.

Membranaceus, in 4to minori, ff. 62, sec. xv.

1. Regula ac vita fratrum ordinis sanctissimi confessoris Francisci, bullis Nicolai papæ III. et Honorii III. præmissis. fol. 1.

2. Declaratio domini Clementis papæ quinti edita in generali concilio apud Viennam super regulam fratrum minorum; dat. ij. non. Maii, an pontif. vii. fol. 4 b.

3. Declaratio domini Gregorii papæ [IX. ?]. Dat. Anagniæ iv. kal. Oct. an. pontif. IV. fol. 12 b.

4. Nicolai papæ [IV. ?] declaratio super regulam fratrum minorum, prævia præfatione. fol. 15 b.

   Incip. præf. "Litteras felicis recordationis."

   Data est Suriani xij. kal. Sept. an. pontif. ii.

   Incip. declar. "Exiit qui seminat."

   Data est, Suriani, xix. kal. Sept. an. pontif. ii.

5. Constitutiones generales, præviis prologo et capitulis. fol. 30.

   Incip. prol. "Quoniam ut ait sapiens, ubi non est sepis."

   Incip. cap. i. "De religionis ingressu; statuimus in principio."

360.

Codex chartaceus, in 4to minori, ff. 121, sec. xv., anno scilicet 1453 manu Michaelis de Vellate Papiæ scriptus, olim heremitarum S. Augustini congregat. observantium Lombard. commorantium Mediolani in S. Mar.......

1. Gasparini Barzizii Bergomatis epistolæ centum triginta tres ad exercitationem accommodatæ. fol. 1.

   Tit. "Incipiunt quedam epistole Gasparini Pergamensis."

   Incip. i. "Si optas ex me scire, quid a te," in edit. Rom. 1723, part. i. p. 243.

   Inc. ult. "Mallem incommodis" ibid. p. 336.

2. Guarini Veronensis ad Leonellum marchionem Estensem epistola. fol. 49.

   Exstat impress. in Pezii Thesauro, tom. vi. part. iii. p. 156.

3. Gasparini Barzizii ad rev. D. F. [Franciscum Bossium] episcopum Cumanum. fol. 52.

   Exstat in edit. cit. part. i. p. 216.

4. Ejusdem ad Guinifortum et Augustinum filios epistola. Dat. Mediol. prid. non. Jan. 1429. fol. 53.

   Ibid. part. i. p. 219.

5. Guiniforti Barzizii ad Georgium Cathelam epistola. Dat. iv. kal. Sept. fol. 53 b.

   Incip. "Magnum te occupationum agmen."

6. Ejusdem ad Paulum Cusarium epistola; dat. ex Carimate, kal. Oct. fol. 54 b.

   Incip. "Hortarer te ad virtutis cultum."

7. ANTONII REGINI SAGELLI ad suum V. Cor. epistola; dat. Veron. vi. id. fol. 55.
Incip. "Cum tua in me beneficia."

8. COSMÆ et LAURENTII DE MEDICIS ad Carolum Malatestam, Ariminensem, epistola. fol. 57 b.
Incip. "Vellemus, prestantissime atque optime."

9. ANTONII DE CREMONA, ord. min. ad Antonium Pessinam epistola; dat. Ticino id. Mai. fol. 59.
Incip. "Facis tu quidem, frater, officium tuum."

10. ANTONII [BECCATELLI?] Panormitani ad Antonium de Cremona epistola. fol. 60 b.
Incip. "Ad celebrationem dive Julie."

11. ANTONII DE CREMONA ad Antonium Panormitanum epistola. fol. 60 b.
Incip. "Quod venturus sis ad nos."

12. ANTONII Panormitani ad Marcolinum Dominicum Franciscum epistola; dat. ex Papia. fol. 61.
Incip. "Id primum in epistolis."

13. Ejusdem ANTONII ad Mapheum Muzarium epistola. fol. 61 b.
Incip. "Quom hisce superioribus diebus."

14. Ejusdem ANTONII ad Antonium Ricium epistola; dat. ex Papia. fol. 62.
Incip. "Ex Stefano domestico tuo."

15. GUARINI Veronensis ad Fantinum adolescentem epistola. fol. 62.
Incip. "Hodie cum tuum clarissimum."

16. Ejusdem Deprecatio ad [Jo. Franc. de Gonzaga] principem Mantuæ pro profugo patris causa. fol. 63.
Incip. "Inter acerbissimas calamitates."

17. Ejusdem GUARINI ad Ludovicum Polentium epistola. fol. 64.
Incip. "Sepenumero pestem hanc."

18. Ejusdem ad Antonium Reginum epistola. fol. 64 b.
Incip. "Si quando de virtute."

19. Ejusdem ad Antonium Ricium epistola. fol. 65.
Incip. "Cuperem ut hasce ferias."

20. LEONARDI BRUNI Aretini ad Nicolaum Niccolum epistola. fol. 65.
Exstat impress. inter Leonard. epistolas, ed. Mehus, tom. ii. p. 175.

21. Ejusdem ad Petrum suum epistola. fol. 65 b.
Exstat ibid. tom. ii. p. 169.

22. LUCII COLUCCII ad Innocentium papam [VII?] epistola. fol. 66.
Incip. "Post humilem recommendationem."

23. LEONARDI BRUNI ad Lucium Coluccium epistola. fol. 67.
Incip. "Etsi sciam, quod tu nuper."

24. STEPHANI CARIÆ, sive DE CARIIS, Novariensis, ad regem Angliæ [Henricum VI.] oratio ad pacem hortativa. fol. 67 b.
Incip. "Semper posteaquam a sacro Basiliensi concilio orator ad te designatus extiti."

25. Ejusdem STEPHANI in desponsatione dominæ Florabelinæ oratio. fol. 69.
Incip. "Tantum apud me, patres amplissimi."

26. GUINIFORTI BARZIZII oratio in sponsalibus Philippi Borromæi et Franciscæ de Vicecomitibus. fol. 71.
Exstat impress. inter opera, 1723, part. ii. p. i.

27. LEONARDI BRUNI in funeralibus oratio. fol. 74.
Incip. "Plenam lachrimarum atque meroris."

28. ANTONII DE CREMONA ad Facinum Ricium epistola; dat. Mediol. 3 Jan. 1437. fol. 76.
Incip. "Quod requisitum libellum."

29. FRANCISCI PETRARCHÆ epistola prima libri sine nomine. fol. 76 b.
Exstat inter opera, Basil. 1581, p. 710.

30. MAFFEI VEGII ad Anton. Riccium, abbatem, epistola; dat. Papiæ, kal. Januar. fol. 77.
Incip. "Mitto tibi hosce versus, quos nuper scripsi ad ducalem Imperatorem nostrum Nicolaum Picininum."

31. Exempla exordiendi in genere judiciali juxta quatuor grammaticarum accidentalium edita per Gasparinum Pergamensem, oratorum principem. fol. 78.
Incip. "Nisi persuasum haberem, judices, vos ea virtute."
Desin. "nostra conati sunt juditia subvertere."

32. PAULI Veronensis, regularis canonici, ad Nicolaum, marchionem Estensem, epistola, ut duorum Hispanorum statutum singulare certamen fieri prohibeat. fol. 100.
Incip. "Cogitanti mihi, quibus ingenii viribus."

33. GUARINI Veronensis ad Nicolaum, marchionem Estensem, gratulativa oratio pro duobus Hispanis ab eo revocatis in gratiam inimicis. fol. 103 b.

Incip. " Tuis ex rebus preclarum aliquod facinus."

34. Exempla epistolarum, in visendo, de disjungenda amicitia, auctore forsan Gasparino Barzizio. fol. 107 b.

Incip. " Tanta tua, vir clarissime, in omnibus rebus et virtus."

35. Leonardi Bruni ad Nicolaum de morte Coluccii epistola. fol. 111 b.

Incip. " Gravem ac atrocem accepi."

36. Ejusdem ad Omnibonum suum epistola. fol. 112.

Incip. " Nescio quibus verbis aut qua oratione."

37. Gasparini Bergomatis ad Ferdinandum regem Aragonum oratio. fol. 112 b.

Exstat impress. inter opera, 1723, part. i. p. 27.

38. Ejusdem ad regem Cypri oratio. fol. 114 b.

Incip. " Si recte a nostris majoribus."

39. Ejusdem ad eundem oratio altera. fol. 116 b.

Exstat impress. inter opera, part. i. p. 33, necnon inter Beccatelli epistolas, 1553, fol. 122 b, sub tit. " Anton. Beccatelli ad Alphonsum, Siciliæ regem, oratio."

40. Ejusdem ad [Philippum Mariam de Vicecomitibus] ducem Mediolanensem pro populo Veronensi epistola. fol. 118.

Exstat inter opera, part. i. p. 59.

41. Ejusdem in laudibus philosophiæ oratio. fol. 120 b.

Incip. " Sentio, magnifici patres et doctores;" ibid. part. i. p. 55.

In calce, " Explicit liber iste, quem ego Michael de Vellate Papie scripsi et explevi die tercio Agusti anni 1453."

361.

Codex chartaceus, in 4to minori, ff. 66, sec. xv.; anno scilicet 1468 manu Joannis Coneglani scriptus.

1. Canones super tabulas Alphonsi, regis Castellæ, capitibus xli. comprehensi. fol. 1.

Incip. " Tempus est mensura motus, ut vult Aristoteles quarto Phisicorum."

Titulus ult. cap. est, " Primam inediam oppositionem solis et lunæ Januarii in quocunque anno volueris invenire."

Incip. " Scias dies horas."

In calce, " Hiis canonibus tabularum illustris regis Alphonsi est finis impositus anno Domini m°.cccc°.lxviij. die vero xxij mensis Augusti foeliciter per me Joannem Coneglanum, civem Tarvisinum, artiumque studentem Venetiis sub omnium philosophorum atque astrologorum principe domino Dominico Bragadeno."

2. Alphonsi X. regis Castellæ tabulæ astronomicæ. fol. 32.

In fine sunt,

a. Hexastichon de domibus planetarum.

Incip.
" Solis sola domus leo est, et sola Diane."

b. De exaltationibus planetarum tetrastichon.

Incip.
" Est tibi Saturne magis exaltatio libre."

c. De complexionibus planetarum tetrastichon.

Incip.
" Calidus et siccus leo stat, ariesque sagita."

362.

Codex chartaceus, in 4to minori, ff. 156, sec. xv.

1. Gasparini Barzizii Bergomatis de orthographia liber. fol. 1.

Incip. " Quoniam recta scriptura, quam greca appellatione orthographiam dicimus."

Desin. " Zoticus per simplex t. et sine aspiratione idem quod Vitalis."

In calce, " Explicit orthographia sequitur de dipthongo."

Exstat impress. liber iste, teste Mazzuchellio, Venet. 1554.

2. Ejusdem de diphthongo libellus. fol. 150.

Incip. " Quoniam ex quatuor locis in quos rationem hujus artis."

Desin. " Eneis, aeneis liber Virgilii ab Enea dictus."

In calce,
" Finito libro refferatur gratia Christo;
Orthographia Gasparrini de Barzeziis explicit;
Amen."

363.

Chartaceus, in 4to minori, ff. 194, sec. xv. exeuntis.

Blasii de Parma Quæstiones de Perspectiva, in tres partes distinctæ.

Tit. *manu altera*, " Questiones in perspectiva eximii doctoris magistri Blasii de Parma; duc. 4."

Incip. " Queritur, utrum pro visione causanda ponantur species diffuse ab objecto in oculum."

Desin. pars ult. " in secundo difficultates, in tertio ad rationes contrariumque."

In calce, "Explicit perspectiva Blasii Parmensis, doctoris famosissimi."

Sequitur tabula contentorum.

364.

Codex chartaceus, in 4to minori, ff. 280, sec. xvi.

D. Hieronymi Mercurialis, Foroliviensis, Lectiones plurimæ de affectibus a capite ad cor et partibus huic annexis.

Incip. "Etsi a veteribus disputatum sit, utrum majores sint."

Cf. Mercurialis Medicinam Practicam, edit. 1601, pp 1—245.

Datus est codex in fronte "1586 die iiij. Novembris," et in fine, "die primo mensis Julii 1587."

365.

Chartaceus, in 4to minori, ff. 164, sec. xv., haud una manu scriptus.

1. Raymundi cujusdam de fallaciis novis liber in distinctiones quinque distributus, cum prologo et capitulis præmissis. fol. 2.

Tit. "Deus cum tua sapientia et caritate incipit iste liber, qui de novis fallaciis est institutus."

Incip. prol. "Quoniam intellectus humanus est valde gravatus."

Incip. lib. "Dividitur iste liber in quinque distinctiones; Prima distinctio erit de fallaciis deductis per decem questiones."

In fine, "Finivit Raymundus librum istum in Monte Pessulano mense Octobris m°.ccc°.viiij. incarnationis Domini nostri Jhesu Christi, in cujus custodia commendavit ipsum et omnes alios, quos fecit et dictavit."

2. Anonymi cujusdam in figuras artis demonstrativæ Lectura, præviis oratione et prologo. fol. 43.

Incip. prol. "Quoniam Deus multum est recollibilis, intelligibilis et amabilis."

Incip. lib. "A. figura Dei esse supponitur, quia in duas partes dividitur."

In calce, "Auxiliante Deo cui per infinita secula sit laus et honor hanc lecturam artis demonstrative ad exitum duximus——— et exoramus suppliciter ut correctionem Romane ecclesie sacrosancte subeat, necnon cetera que fecimus et facere proponimus ad exaltacionem cognitionis et amoris omnipotentis Dei."

3. Anonymi cujusdam super Aristotelis Prædicamenta commentarius fol. 106.

Incip. "Cum sit necessarium, etc. Ad eam que est apud Aristotelem predicamentorum doctrina."

Desin. "Est autem, quod inest secundum moveri sursum ut ignis."

366.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 151, secc. xv., xii. et xiv.

1. Petri Hispani, postea Johannis papæ XX., Thesaurus pauperum. fol. 2.

Desin. cum cap. contra crepaturam; in edit. 1525, fol. cclxvii. b.

2. [Gariopontι, sive Warimpoti, medici,] Πραξεων libri quinque, subjunctis de febribus libris duobus, prævia unicuique libro capitulorum tabula. fol. 47.

Incip. lib. i. "De Cefalea; Cefalea est dolor capitis, qui multum tempus tenet."

Ult. liber est "de febribus" et incip. "Nunc diligentius et valde consideremus in quantum possumus perpense."

Exstant impress. in 8vo. Basil. 1536.

3. Præscripta varia medicinalia, variis manibus. fol. 104 b.

Ad fol. 111 b. versus isti,

"Annis bis centum sedecim cum mille gregatis
Hesperie padus, qui flumina ducit ad equor,
Tempore Phetontis radiis obsistere solis,
Quod potuit parvo stat sic algore restrictus
Ut sine pupe volens animal pertranseat omne.
Quindenis annis adjuntis mille ducentis
Concilium Rome noscat, qui scire peroptat,
Tempore quo triticum nummis septem fuit emptum."

4. Medicinalia alia de morborum cognitione et curatione; *imperf.* fol. 126.

Incip. "Radix lilii cum oleo communi."

5. Anonymi cujusdam casus medicinales; *initio mutil.* fol. 143.

Incip. cas. i. "Quodam namque tempore, quidam invitavit me cui vulnus erat putrefactum."

6. "Breviarium Petri de Bisgareto factum m.cc.lxxxxiiij. in die vij." fol. 151.

367.

Chartaceus, in 4to minori, ff. 132, anno 1442 manu Hieronymi Baduariæ descriptus.

Ebrardi, sive Eberhardi, Bethuniensis, liber, qui dicitur Græcismus, sive de figuris deque octo partibus orationis, carmine hexametro expressus.

Incip.

"Est pater hic cura, pater est alius genitura;"

in edit. sine loco vel anno cap. ix. sign. f. 2 b.

Desin.

"Verbaque cum motu sibi jungunt diptota, -tum -tu."

Deinde, "Deo gratias;

"Explicit Ebrardi grecismus nomine Christi,
Qui dedit alpha et ω. sit laus et gloria Christo."

In calce,

"Scriptor fuit Hieronimus Baduaria stirpe reducens,
Qui librum istum juste scripsit mente serena,
manu propria die Mercori kal. xiiij. Madii m.cccc.42, in Bassiano."

368.

Codex chartaceus, in 4to minori, ff. 164, sec. xv.

Liber qui dicitur 'Accidia,' sive cursus theologiæ moralis, in capitula, secundum alphabetum disposita, circiter centum quadraginta distinctus, cum tabula capitulorum annexa.

Tit. "Incipit liber accidie per alphabetum conscriptus, tam predicationibus quam sermonibus adaptandus."

Incip. cap. i. "De accidia: Nota quod accidiosus est sicut canis famelicus."

Desin. cap. ult. 'de Christi ascensione,' "elevati sunt malardi, id est, peccatores, in celum, ubi nos elevare dingnetur, qui est benedictus in secula seculorum; Amen."

In calce, "Explicit liber, qui per contrarium accidia nominatur, tam predicationibus quam sermonibus adaptandus."

In fine capitulorum tabulæ "Expliciunt capitula in generali libri hujus."

369.

Membranaceus, in folio, ff. 77, sec. xv.

Rolandini Rodulphini de Passageriis, Bononiensis, in ipsius summam contractuum sive artis notariæ commentarius; liber scilicet, qui dicitur, Aurora.

Tit. "In nomine Domini nostri Yhesu Christi, Amen. Incipit aurora magistri Rolandini Passagerii de Bononia super summa contractuum ipsius, constructa ad eorum expositionem."

Incip. "Solet aromatum esse natura."

Desin. "sub eadem distinctione ac ordinatione servandam esse."

In fine, "Explicit liber aurore magistri Rolandini feliciter, Amen; Laus Deo."

Cf. Fantuzzi, notiz. degl. Scrit. Bologn. tom. vi. p. 307.

370.

Codex chartaceus, in folio, ff. 259, sec. xv. exeuntis.

1. Arnaldi de Villa Nova, sive Villanovani, Liber de semine scripturarum, quæ est de prophetis dormientibus sive de dormientium prophetiis, prævia introductione. fol. 1.

Incip. introd. "In effectibus divini secreti adeo mirabile sapiencie rete continetur."

Cap. i. tit. "Incipit allocucio super signifficatione nominis Thethagramaton, tam in lingua Hebrayca quam Latina, et super declaratione misterii Trinitatis evidentibus rationibus atque signis."

Incip. "Pluries affectavi, carissime pater, ut semen illud Ebrayce lingue, quod zelus Religionis fratris B. Martini seminavit."

Alia capita sunt,

a. "Tractatus de tempore adventus Antichristi." fol. 60 b.

Incip. "Constitui super vos, Speculatores."

b. "Prophecia catholica et divina tradens artem ad nichillandi versucias maximi Antichristi et omnium membrorum ipsius ad sacrum collegium Romanorum." fol. 91.

Incip. "Homines pestilentes dissipant."

c. Apologia de versutiis atque perversitatibus pseudo-theologorum et religiosorum ad magistrum Jacobum Albi canonicum Dignensem. fol. 118 b.

Incip. "Ad ea que per vestras litteras."

d. Eulogia de notitia verorum et pseudorum apostolorum. fol. 149.

Incip. "Quoniam apostolus ad Thessal."

e. Confessio Ylerdensis de spurciciis pseudo-religiosorum. fol. 155.

Incip. "Quoniam scriptura sacra testatur."

f. Gladius jugulans Thomatistas ad magistrum Jacobum Albi canonicum Dignensem. fol. 160 b.

Incip. "Quia scripsistis mihi, carissime."

g. Carpinacio poetriæ theologi Demantis ad dominum Marcellum canonicum Cardonensem. fol. 177.

Incip. "Letificavit spiritum meum."

h. Antidotum contra venenum effusum per fratrem Martinum de Acheta prædicatorem adversus denunciationes finalium temporum ad reverendum patrem episcopum Majoricarum. fol. 193.

Incip. "Credo, carissime pater, quod a vestra."

i. Tractatus de mysterio cymbalorum ecclesie ad priorem et monachos Scalæ Dei. fol. 217 b.

Incip. " Qui interrogant interrogent."

k. Epilogus operis prælibati. fol. 238.

Incip. " Hec est igitur prophecia catholica."

2. ALKINDI, sive ALCHINDI, potius JACOB BEN ISAAC ALKENDI, liber de radiis stellatis. fol. 240.

Tit. " Alkindus de radiis stellatis, 1484 die Sancti Matthæi."

Incip. " Omnes homines qui sensibilium sensu percipiunt."

In fine, " Explicit theoria magice artis sive libellus Alkindi de radiis stellatis anno per me Theod. scriptus Domini 1484 die Sancti Mathei apostoli, ad honorem sui Domini et nostri Jhesu Christi filii Dei vivi per omnia secula seculorum; Amen."

371.

Codex chartaceus, in folio, ff. 238, sec. xv.; anno scilicet 1436 manu Alhardi de Zierixee binis columnis scriptus.

1. FRANCISCI DE MAYRONIS, Galli, ord. min., in Sententiarum librum primum commentarius, cum procemio. fol. 1.

Impress. exstat, nonnullis variantibus, in folio, Venet. 1520.

In calce, " Explicit conflatus magistri Francisci Maronis, ordinis minorum super primo libro sententiarum scriptus per me Alhardum de Zierixee anno Domini m°.cccc°.xxxvi."

Sequitur tabula quæstionum, cujus in fine, " Explicit tabula titulorum et questionum in hoc volumine contentarum scripta per me Alhardum de Zierixee in honorem fratris Petri Grossi de Sabaudia, anno Domini 1436."

2. Ejusdem FRANCISCI de signis libellus. fol. 236.

Tit. " Notitia de signis secundum eundem doctorem."

Incip. " Utrum signa et modi proseytatis sint idem."

Desin. " et tamen constat quod non idem sint per se, etc. Amen."

In calce, " Et sic finitur tractatus brevis de signis secundum magistrum Franciscum de Maronis, ordinis Minorum; sit laus Christo; Amen."

372.

Chartaceus, in folio, ff. 220, anno 1466 manu Victoris Sulimano, presbyteri, duabus columnis scriptus; olim V. S. qui portabat in scuto aureo fasciam prasinam.

BARTHOLOMÆI DE S. CONCORDIO, Pisani, ordinis Prædicatorum, Summa de casibus conscientiæ, ordine alphabetico disposita.

Tit. " Incipit summa de casibus conscientiæ compilata per venerabilem fratrem Bartholomeum de Sancto Concordio de Pisis, ordinis fratrum Predicatorum."

In calce, " Explicit summa de casibus, que comuni nomine Magistrucia dicitur, compilata per fratrem Bartolameum de Sancto Concordio, ordinis Predicatorum; et scripta manu mei Victoris Sulimano presbiteri ecclesie Sancti Pantaleonis, necnon completa anno Domini m.cccc.lxvi. die vero x. mensis Julii, hora xxj. die Jovis. Amen."

Sequitur index rerum alphabeticus.

373.

Codex chartaceus, in folio, ff. 94, sec. xv.; binis columnis descriptus.

ÆGIDII DE COLUMNA, Romani, ord. S. Augustini, super Aristotelis Posteriorum libris commentarius, in capita octo et quinquaginta distinctus, præviis ad Stephanum de Manlaum epistola et procemio.

Tit. " Incipit Egidius super libro Posteriorum."

Incip. epist. " Venerabili viro; etc. In secundo rhetoricorum philosophus volens de nobilitate ostendere aliqualem noticiam."

Incip. procem. " Philosophus in tercio de anima volens ostendere modum cognoscendi intellectus nostri."

Desin. " sciendi, nec oppinionem secundum scientiam. Hiis visis ad expositionem littere accedamus."

Incip. comment. " Omnis doctrina et omnis, etc. Secundum modum communem exponendi, huic operi vel in hoc libro non premittitur prohemium."

Desin. " sed de hoc non est nobis cure, talia enim prudentis lectoris in Deo relinquantur; etc. etc."

Commentarii istius, de quo haud mentio fit inter Ægidii opera a Caveo recensita, exemplar aliud exstat in Bibl. Laurent. a Bandinio citat. in Catal. tom. iv. col. 118.

Præmittuntur codici,

a. Tabula quæstionum operis prædicti.

b. Extracta quædam ex Ægidii commentis super Rhetoricorum libris.

c. Notitia sequens, " Egidius super libro Posteriorum pretio unius ducati auri."

374.

Codex chartaceus, in folio, ff. 238, sec. xv., variis manibus scriptus; olim Jo. Delphini.

1. ANTONII DE BUTRIO, Bononiensis, ad patres concilii Pisani epistola de schismate. fol. 2.

   Exstat a Mansi edit. in Concil. supplement. tom. iii. p. 1041.

2. FRANCISCI DE ZABARELLIS, Cardinalis, de schismatibus auctoritate Imperatoris tollendis. fol. 13.

   Tit. "Tractatus de scismate a domino F. de Zabarellis de Padua compositus, super cap. Licet. [tit.] De Electionibus."

   Impress. exstat in Schardii Sylloge Hist. Politic. Eccl. Argent. 1618, p. 235.

   In fine, "Completum quanquam non publicatum per eximium utriusque juris monarcham d. Fran. de Zabarellis de Padua, anno Domini m.cccc.viij. indic. prima die iiij. mensis Novembris."

3. Tractatus de schismate compositus a reverendissimo patre domino Petro Mauroceno Veneto, cardinal. papæ Gregorii xij. fol. 24.

   Incip. "Premissa debita protestacione, quod omnia infra dicenda."

4. Tractatus de schismate compositus pro parte domini Gregorii XII., in suppositiones duodecim distinctus. fol. 44.

   Incip. "Circa illud potissime facit."

5. Sermo reverendissimi domini Cardinalis Florentini [Fr. ZABARELLÆ?] in concilio Constantiensi. fol. 54.

   Incip. "Ad unionem et reformationem katholice et universalis ecclesie."

6. De sententia excommunicationis rubrica repetita per dominum FRANCISCUM DE ZABARELLIS. fol. 60.

   Incip. "Perpendimus. Difficilis in textu quoad casus positionem, difficillima et intricatissima."

   In calce, "Finit repetitio famosissimi juris utriusque doctoris, d. Francisci de Zabarellis."

7. Ejusdem FRANCISCI de consuetudine rubrica. fol. 80.

   Tit. "De consuetudine rubrica. Repetitio capituli finalis de consuetudine, Cum tanto, eximii utriusque juris doctoris dompni Francisci de Zabarellis."

   Incip. "Viso de jure scripto videndum est de non scripto."

   In calce, "Repetitum per famosissimum utriusque juris doctorem, dominum Franciscum de Zaborellis."

8. Ejusdem repetitio de Constitutionibus. fol. 92.

   Incip. "Que in ecclesiarum: Famosa est hec."

   In calce, "Finit repetio. clarissimi doc. Fran. de Zaba. in c. Que in ecclesiarum, de Consti."

9. JOHANNIS DE TURRECREMATA Flores sententiarum domini Thomæ Aquinatis de auctoritate summi pontificis. fol. 119.

   Impress. exstant Neap. 1718, et alibi.

   In calce, "Expliciunt flores sententiarum beati Thome de Aquino de auctoritate Summi Pontificis collecti per magistrum Johannem de Turracremata in concilio Basiliensi, anno Domini m°.cccc°.37, ord. Præd. sacri palacii apostolici magistrum."

   Deinde, "Hec sunt pater reverendissime que ego vester humilis capellamus frater Johannes de Turracremata, nacione Yspanus ex libris beatissimi doctoris Thome de Aquino jussu vestre reverendissime paternitatis et auctoritate summi pontificis collegi, que et si minus integro collecta sint dominatio vestra gratanter suscipere dignetur."

10. Tractatus unionis factus per dominum FRANCISCUM DE ZABARELLIS. fol. 136.

    Incip. "Unitatem ecclesie firmiter tenere ac vendicare debemus."

11. Allegationes PRODOCII [forsan PROSDOCIMI DE COMITIBUS]. fol. 149.

    Incip. "An papa sit super concilium."

12. GASPARIS DE PERUSIO, episcopi Frequentini, de potestate papæ et concilii tractatus. fol. 157.

    Incip. "Si est tibi intellectus, responde."

13. Quartæ sessionis celebratæ in concilio Basileensi in majori ecclesia, die xx Junii anno Domini m.cccc.xxxij., artt. ii.—vij. ff. 168, 172.

    Cf. Concilia, edit. Mansi, tom. xxix. col. 32.

14. Copia citationis, ut dicitur, affixa valvis S. Petri, die Veneris 6 Junii m.cccc.xxxij. fol. 170.

    Exstat ibid. tom. xxix. col. 23.

15. Commissio facta per concilium Cardinali S. Eustachii super regimine civitatis Avinionensis. fol. 173.

    Exstat ibid. tom. xxix. col. 34.

16. "Bulla eorum, que gesta sunt in conclavio," auctore Eugenio papa IV. Dat. Romæ, in eccl. S. Mariæ, ij. Mart. 1431. fol. 174.

    Incip. "Eugenius, etc. In qualibet monarcia, tam ecclesiastica quam mundana."

    Sequuntur subscriptiones Cardinalium.

17. Eugenii IV. subscriptio post assumptionem in Pontificem, cum subscriptionibus aliis Cardinalium. Dat. iiij. id. Mart. an. Pontif. 1. fol. 177.

18. Deliberatio facta in conclavio per dictos Cardinales. fol. 178.

In calce, "Cedula originalis, cujus copia premittitur, esse dicitur de manu propria D. Eugenii pape iiij. totaliter scripta usque ad subscriptiones dominorum Cardinalium et per manum proprium cujuslibet ex dictis dominis Cardinalibus subscripta, inter quos etiam subscribentes est idem Dominus papa et producta dicitur in concilio Basiliensi per dominum Dominicum, episcopum Firmanum."

19. Responsio concilii Basileensis ad dominum Eugenium papam. fol. 183.

Exstat impress. inter Concilia, ed. Mansi, tom. xxix. col. 239.

20. Concilii Basileensis ad Bohemos epistola. fol. 202 b.

Incip. "Advenerunt pridie cum litteris credentialibus."

21. [Angeli episcopi?] Domini Pesaurensis epistola, dum erat abbas de Passigniano, missi ab abbate suo Vallis Umbrose, noviter promoti ad visitandum papam. fol. 210.

Incip. "Non decet, beatissime pater, unice sponse militantis."

22. Domini Pesaurensis epistola ad Gregorium XII. postquam promotus fuit ad episcopatum. fol. 210 b.

Incip. "In epistola presentis Dominice, beatissime pater."

23. Collatio Vicarii ad clerum sive synodum. fol. 211 b.

Incip. "Venerabiles viri aliquid dicturus circha synodum."

24. Animadversiones quædam in Platonis Timæum. fol. 212 b.

25. Sermones breves in SS. Scripturarum loca varia; inter quos,

a. "Collatio, quam feci in conventu domini Phylippi de Cremona, dum eram Senis." fol. 223 b.

Incip. "Reverendi patres, etc. circhumstantes, non tantum in modum sermonis."

b. "Sermo que feci pro magisterio." fol. 224.

Incip. "Reverendi patres, etc. De tam sublimi materia loquuturus."

26. De Trinitate libellus. fol. 230.

Incip. "Deum esse," etc. "Primo ergo Deum esse fides testatur."

375.

Codex chartaceus, in folio, ff. 20 et 86, sec. xv.

1. Litteræ alphabeticæ nitide delineatæ et ornatæ. fol. 1.*

2. [Gasparini Barzizii, Bergomatis, de orthographia liber]. fol. 1.

Exstat impress., teste Mazzuchellio, Venet. 1544.

Cf. cod. supr. 362, fol. 1.

In calce "Explicuit orthographia aspa," scil. Gasparis.

376.

Chartaceus, in folio, ff. 2 et 47, sec. xv.; binis columnis haud una manu exaratus.

1. Anonymi cujusdam Sophismata quinquaginta [in Hentisberi Conclusiones] cum explicationibus, prævia præfatione. fol. 1.

Incip. præf. "Ad utrumque disputare potentes."

Incip. soph. i. "Sortes est albior quam Plato."

Desin. soph. ult. "faciliter ad alia insolubilia, quocumque genere fuerint potest responderi; Amen: etc."

Sequitur capitulorum tabula.

2. [Ejusdem Hentisberi] Probationes conclusionum de 'Incipit et Desinit.' [initio mutil.] fol. 23.

Incip. cap. i. integrum, "Sortes augmentabitur continuæ per totam horam," in edit. Venet. 1494, fol. 190 b.

3. [Ejusdem] Conclusionum probationes de 'maximo et minimo.' fol. 24.

Incip. "Quod non sit dare maximum, quod sortes," in edit. cit. fol. 194.

In calce, "Expliciunt conclusiones declarate de maximo et minimo."

4. [Ejusdem] Conclusiones declaratæ de motu locali. fol. 30 b.

Incip. "Aliquis est motus uniformis;" ibid. fol. 198.

5. Quæstio determinata per Johannem de Casali, "Utrum in moventibus ad qualitatem illud semper velocius moveatur, quod in equali tempore acquirit majorem latitudinem qualitatis ad quam movetur." fol. 32.

Incip. "Quod 'Non' arguitur, quia si sic sequeretur, quod aliquid agens."

In calce, "Explicit questio determinata per fratrem Johannem de Casali, Deo gracias; Amen."

377.

Codex membranaceus, in folio, ff. 50, sec. xv.; olim bibliothecæ .... Sancti Bartholomæi Cremonæ.

Mare magnum Carmelitarum, sive Sixti Papæ IV. Bulla, in qua declarantur atque confirmantur privilegia ordini Carmelitarum per prædecessores suos concessa.

Exstat impress. nonnullis variantibus, in Collect. Nov. Privileg. Apostolic. regularium mendicant. et non mendicant. edit. Antverp. 1623, pp. 165—190.

In calce, " L. Griffus F. de Suno; registrata apud me L. Griffum."

Sequuntur,

a. Attestatio Sixti papæ IV. Litterarum apostolicarum constituentium fratrem Oldroandis de Cremona, sacræ theologiæ magistrum, priorem conventus eccl. S. Bartholomæi Cremonæ, ord. fratris Carmelitarum, facta in curia episcopali Cremonensi; dat. 22 Mart. 1481. fol. 46.

b. Subscriptiones ad Attestationem prædictam per notarios factæ, scilicet, Bartholomæum de Malossis, Julianum de Allia, et Johannem Petrum de Crottis. fol. 47.

378.

Membranaceus, in folio, ff. 173, sec. xv.; binis columnis exaratus, in usum, ut videtur, Petri Donati, episcopi Paduani.

[Michaelis ?] Scoti de Cosmographia liber, figuris, tabulisque pictis et auratis perquam illustratus.

Distinguitur opus præcipue in tres partes, scilicet,

1. Situs et descriptio orbis terrarum. fol. 3.

Incip. " Lectionum pervigili cura comperimus senatum populumque Romanum."

2. De mensura orbis terræ, cum prologo. fol. 47.

Incip. " Post congregatam epistolam de questionibus."

3. De rebus bellicis, cum præfatione. fol. 67.

Incip. " Celesti semper instinctu felicis."

In calce fol. 170, a. descripta est notitia sequens " Exemplata est hec cosmographia, que Scoti dicitur, cum picturis ex vetustissimo codice, quem habui ex Spirensi bibliotheca, anno Domini m.cccc.xxxvj. mense Januario; Dum ego Petrus Donatus, Dei paciencia, episcopus Paduanus, vice sanctissimi domini Eugenii pape iiij. generali Basiliensi concilio presiderem."

In fine codicis est excerptum ex Gregorio Nazianzeno de septem mundi spectaculis.

379.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 92, sec. xiv., binis columnis exaratus; olim Francisci de Cesso.

Guidonis de Columnis, Messanensis, Historia Trojana, capitibus triginta quinque comprehensa, prævio prologo.

Tit. " In nomine Domini nostri Jhesu Christi incipit liber dictus ' Trojanus.' "

In calce, " Finis; Explicit liber exidi Troiae."

Præmisit codici Franciscus de Cesso " Lectori monitum," quod sequitur, " Guido de Columpna, auctor hujus operis, proffitetur, ut in prologo, idem recollegisse ex duobus precipue libellis, Græco Diti nempe Cretensi (potius quam Homero) ac Phrigio Dareti adscriptis ab ipsorum ab ipsoque Columpna Athenis inventis, quos latina trallatione compendiose conversos esse a Romano quodam Cornelio magni Sallustii nepote testatur. Quapropter cum Dares Phrigius Ditesque Cretensis, uti apocryphi falsique auctores a sapientibus viris reputentur, ut asserit plurimis in locis clarissimus ac eruditissimus Laurentius Pignorius, sacerdos Patavinus canonicusque Tarvisii, lampas antiquæ lectionis, nullius penitus fidei hæc hystoria esse poterit, ni forsan Guido ea comparatur cum Homero, Virgilio aliisque primæ notæ autoribus veritatem irreprensibilem...... erit, ut credere vacat.

Franciscus de Cesso,
Ludovici filius, C.N.
Patavinus anno 1647,
16 Augusti."

380.

Chartaceus, in folio, ff. 310, sec. xv., binis columnis exaratus; olim canonicorum S. Augustini S. Bartholomæi de Vincentia.

Raynerii a Rivalto, de Pisis, Summæ Theologiæ moralis partis primæ pars prima, incipiens a littera A. et progrediens ad litteram C. et vocem Contemplatio.

Tabulæ rubricarum præmittitur, " In nomine Sanctæ et individuæ Trinitatis, Amen. Incipit tabula dictionum sive materiarum, quæ tractantur in hac prima parte primæ partis Summæ Raynerii, remittendo ad folia signata."

In fronte fol. i. " Iste liber est canonicorum regularium...............Sancti Bartholomei de Vincentia."

Istius partis primæ pars altera invenienda sit infra in codice 405.

De auctore nostro necnon et de opere consulat lector Bandinii catal. tom. iv. col. 79.

381.

Codex chartaceus, in folio, ff. 88, sec. xiv. exeuntis, binis columnis scriptus; olim, ut videtur, Thomæ Notarii.

1. MARSILII DE HENGUHEN in Porphyrii Isagogen quæstiones, cum præfatione. fol. 1.

Incip. præf. " Respicio nutricem meam in cujus laribus, etc. Hanc proposicionem scribit venerabilis vir Boecius de consolatione."

Incip. quæst. i. " Sit questio ista, utrum dyaletica est ars artium et scientia scientiarum. Et arguitur primo quod non."

In calce, " Expliciunt questiones libri Porphirii secundum magistrum Marsilium de Henguhen; Deo gratias; Amen."

2. Anonymi cujusdam in Aristotelis Prædicamentorum librum quæstiones viginti septem. fol. 16.

Incip. " Circa librum prædicamentorum queritur utrum equivocum sit."

Desin. " cunctorum gubernator philosophus Christus in secula seculorum sit benedictus."

In calce, " Expliciunt questiones libri predicamentorum Aristotillis; Amen. Die xxviiij Maii m.ccc.lxxxvj."

3. Anonymi in Aristotelis de Interpretatione librum Quæstiones. fol. 61 b.

Incip. " Queritur primo utrum enunciacio sit subjectum sciencie libri."

Desin. " ad raciones post oppositum dicitur, quod sunt pro directis etc. et hic sit finis."

In calce, " Expliciunt questiones libri Peryermenias; Deo gratias Amen. Die Lune viiij. mensis Julii et hora xv. diey."

382.

Chartaceus, in folio, ff. 122, anno 1459 manu Gulielmi de Lyra, Concordiæ civitat. scholastici, nitide scriptus.

1. JACOBI DE ANCHARANO, sive DE THERAMO, canonici Aprutini, liber qui dicitur Belial, sive consolatio Peccatorum, prævia præfatione.

Tit. " In Christi nomine ejusque gloriosissime virginis matris Marie ac totius celestis curie necnon beatissimi confessoris atque pontificis Silvestri, in cujus sollemnitate presens opusculum feliciter scribi inchoatum est; Incipit liber nuncupatus Belial sive consolatio Peccatorum editus a venerabili viro domino presbitero Jacobo de Terrano, archidiacono Aversano et canonico Abrutino."

Exstat impress. in folio, Aug. 1472, et alibi.

In calce, " Explicit copia libri hujus dicti Belial sive Peccatorum consolatio scripta et copiata per me presbiterum Guilhelmum licet indignum, scolasticum Concordiensis ecclesie tituli Sancti Stephani prothomartiris, sub anno a nativitate Domini 1458, die decimo mensis Marcii, qui se suppliciter hoc opus legentium recommendat precibus, et ut ejus misereatur altissimus deprecatur, in Dei nomine Amen."

2. EUSEBII de morte Hieronymi ad Damasum liber, subjunctis AUGUSTINI et CYRILLI de magnificentiis et miraculis ejusdem Sancti epistolis. fol. 85.

Tit. " Transitus beatissimi Jeronimi presbiteri cardinalis doctoris eximii, qui lux est et decus ecclesie, compositus per beatum Eusebium ejusdem discipulum, ad laudem Dei."

Desin. Augustin. epist. in verbis, " glorie obtinere," edit. Vallars. tom. xi. col. 340 D. 9.

In calce, " Explicit transitus Sancti Ieronimi presbiteri et cardinalis et quedam ejus miracula per me Guilhelmum de Lyra, scolasticum Concordiensem, sub die xvii. kal. April. anno 1458."

3. S. HIERONYMI ad Asellam epistola " de fictis amicitiis, qui sibi detrahebant." fol. 114 b.

Exstat impress. in edit. cit. tom. i. col. 193.

4. Ejusdem ad matrem et filiam in Galliis commorantes epistola. fol. 115 b.

Exstat ibid. tom. i. col. 776.

5. Ejusdem ad Heliodorum episcopum epistola. fol. 118.

Ibid. tom. i. col. 329.

In calce, " Explicit liber dictus Belial sive Peccatorum consolatio, et quedam gloriosi Ieronimi epistole cum transitu ejusdem per me Guilhelmum Concordie civitatis scolasticum, ad honorem viventis in seculorum secula, sub die xvij. kal. Januarii 1459."

383.

Codex chartaceus, in folio, ff. 78, sec. xvi. ineuntis.

1. Quædam collecta super Aristotelis libros physicorum venerabilis patris D. Jo. Baptistæ Sipontini, canonici Regularis, secundum doctrinam beati doctoris [Thomæ Aquinatis], legente ipso Jo. Baptista, Tremitis 1518 composita et ordinata. fol. 1.

Incip. " Quoniam physicorum Aristotelis liber, quem anno isto, Deo auxiliante, suscepimus exponendum."

In calce, " Expliciunt nonnullæ annotationes super 8 libros physicorum Aristotelis secundum viam et doctrinam beati Thome de Aquino, angelici et acuti doctoris, collecte et ordinate per reverendum patrem D. Jo. Baptistam Sipontinum, canonicum regularem, artium ac medicine doctorem celeberrimum, ejusdem Aristotelis libros physicorum exponendo studentibus Tremitanis, ad laudem et gloriam omnipotentis Dei; Amen."

2. Ejusdem JOHANNIS super Aristotelis Metaphysicorum libros ex Aquinate collectanea. fol. 49.

Incip. " Intendentes anno presenti, patrocinante Deo, metaphysicæ Aristotelis librum interpretari, superflua declinantes."

Desin. " si Sor. diffiniretur et cetera singularia sub homine in ejus diffinitione poneretur homo."

384.

Codex chartaceus, in folio, ff. 59, anno 1421 manu Frederici Gudelman binis columnis scriptus.

THOMÆ DE ARGENTINA, prioris generalis ordinis eremitarum S. Augustini, in P. Lombardi Sententiarum librum tertium quæstiones.

Exstant impress. in folio, Genuæ 1585, part. ii. fol. 2.

In calce, " Et hec sufficiant de tertio libro Sententiarum egregii doctoris magistri Thome de Argentina olim generalis ordinis fratrum heremitarum Sancti Augustini, scriptus per me fratrem Fredericum Gudelman de Miltenberga, ejusdem ordinis et voti, et completus anno Domini 1421 in die conversionis Sancti Pauli, tempore quo eram cursor Erffordie, Deo gratias;

" Qui scripsit scribat, semper cum Domino vivat."

Sequitur Tabula quæstionum.

385.

Chartaceus, in folio, ff. 233, sec. xv.; binis columnis scriptus.

1. [NONII MARCELLI, Tiburticensis, compendiosa doctrina ad filium de proprietate Sermonum.] fol. 1.

Consentit quoad initium et finem cum edit. Perotti in Cornucopia, coll. 1229—1436.

2. Anonymi cujusdam in Aristotelis Rhetoricorum libros commentarius. fol. 95.

Incip. " Rethorica assecutiva dialetice est, ambe enim de talibus quibusdam sunt."

Desin. " dixit, auditis, hec judicare."

In fine, " Explicit rethorica Aristotelis."

3. [GUALTERI BURLÆI] super Porphyrii universalia et Aristotelis Prædicamentorum librum commentarii. fol. 137.

Exstant impress. Venet. 1509.

In calce, " Et finis, nunc jejunus fui circa tempora quando finivi."

4. Ejusdem BURLÆI in Gilberti Porretani librum de sex principiis expositio. fol. 216.

Incip. " Forma, etc. Iste liber intitulatur."

Contractior videtur in codice, quam in editione citata, ad fol. 50 b.

In calce, " Explicit subtilis exposicio supra librum sex Principiorum Gualterii Burley, non plus."

386.

Codex chartaceus, in folio, ff. 60, sec. xv.

S. AUGUSTINI de civitate Dei libri viginti duo in compendium redacti, [Fr. de Mayronis?] compilatore.

Tit. " In nomine Domini nostri Yhesu Christi; Incipit compendium veritatum extractarum ex libro beati Augustini de civitate Dei."

Incip. " In primo libro prima veritas est ista, Quod illa disciplina, que a teneris annis est imbuta est magis diuturna."

Desin. " sed et corporis requiem prefigurans capitulo ultimo, ubi sic concludit, vocabimus, videbimus, amabimus et laudabimus; Amen."

In calce, " Expliciunt veritates omnium librorum Augustini de civitate Dei."

Sequitur, " Tabula librorum Augustini de civitate Dei, in qua assignantur libri et veritates prescripte secundum ordinem alphabeti, utilis ad multa invenienda in illo excellenti libro de civitate Dei."

In calce, " Hec sunt dicta de civitate celesti, ad quam nos perducere dignetur, Qui est benedictus in secula."

387.

Chartaceus, in folio, ff. 151, sec. xv. exeuntis; olim, anno 1759, ex codicibus Co. Francisci Leonissa, Patavini.

TORELLI, filii Nicolai de Torellis, de Prato, civis Florentini, legum doctoris, Consilia plurima de casibus variis legalibus, omnibus fere tamen, ut videntur, ad Testamenta spectantibus.

Forma subscriptionis est, " Ego Torellus domini Nicholai de Torellis de Prato, civis Florentini, minimus legum doctor puto Juris esse, ut suprascripsi, ideo subscripsi, et sigillavi."

Ad foll. 124 b. seqq. sunt consilia alia de Testamentis variis, quorum auctores,

a. Andreas de Bartholomæo de Sicilia, Benedictus de Barsis, Dictesalus de Fulguno.

b. Johannes de Prato, sive a Prato Veteri.

c. Andreas de Bartholomæo de Sicilia.

388.

Codex chartaceus, in folio, ff. 60, binis columnis scriptus.

1. Anonymi cujusdam de sanitate conservanda libellus, in quatuor particulas distinctus, prævio procœmio. fol. 1.

Tit. "Liber medicine in practica de sanitate corporis conservanda et de infirmitate et pestilencia fugienda, et de omnibus proprietatibus bladi laguminum, carnium volatilium, piscium, herbarum, formagium fructuum, lactis ovium, piscium specierum et de fisonomia."

Incip. procem. "Deus, qui summa potestate mundum totum creavit, et primitus celum."

Incip. lib. "De elementis; Set cum omnia facta sint ex predictis quatuor elementis."

Incip. partic. i. cap. 1. "Aer est unus de quatuor elementis."

Desin. in tit. De judicio; Ad bene judicandum omnia, que diximus;" etc. "melius indicatur sunt oculorum et vultus."

2. Virtutes Rosmarini. fol. 38 b.

Incip. "Recipe flores Rosmarini et fac bulire."

3. Anthonii Musæ, sive cujuscumque sit, liber de herba Betonica, prævio ad Agrippam Cæsarem prologo. fol. 40.

Incip. prol. "Hoc cure mee experimentum ex omnium medicorum disciplina."

Incip. lib. "Nomen herbe Betonica, omocos, alii Croe."

Differt omnino a libello in Plinii edit. Basil. 1528 calce impresso.

In calce, "Expliciunt virtutes herbe Betonice."

4. Apuleii Madaurensis, Platonici, Herbarium, prævia ad cives præfatione. fol. 41.

Exstat præf. impress. in Bandin. catal. tom. iii. p. 79.

Incip. lib. "Plantago a Grecis dicitur Arno glossa."

Desin. in cap. De Mandragora, "reponatur nec radices etiam sicce reservantur."

In calce, "Explicit liber Apulei Platonis medicine herbarum; infinitas gratias Deo; etc."

Exstat impressum, multis tamen variantibus, inter medicos antiquos, Venet. 1547, fol. 211 b.

5. Arnaldi de Villa-nova, sive Villanovani, experimenta. fol. 56.

Incip. "Sucus lingue canis loquelam mire restaurat."

Desin. "et emplastrum valet ad quemcunque alium dolorem."

In calce, "Expliciunt experimenta magistri Arnaldi de Villa-nova."

389.

Codex chartaceus, in folio, ff. 109, anno 1425 binis columnis scriptus.

Liber distinctionum cum declarationibus terminorum theologicorum ac scientiæ naturalis, ad usum Scotizantium vel formalizantium, ab anonymo quodam ex Boneto, Franc. de Mayronis, aliisque compilatus; ordine alphabetico.

Incip. præf. "Aperta sunt prata et apparuerunt herbe, etc. Rex pacificus Salomon super naturali lumine captus ad veritatis indaginem."

In eadem præfatione librum istum conficiendi occasio necnon auctoris historia ita declarantur, "Ad hunc enim ordinem vel modum me induxit frequens sodalium peticio, cum quibus flores mee juventutis Bononie peregi, et licet hoc plures attemptare presumpserim horum precibus frequentantibus, timore mee grandis ignorancie tamen recusavi ———— hoc opus anotavi, quia fere totum speriatum est a conflatu Francisci de Maronis, cujus doctrina fulget ut sol et luna, huic enim spirat doctrina fran. et doc. subtilis et Boneti, me[ci]. et omnium Scotizantium sub brevi tamen compendio, hinc enim poterunt novelli studentes flores colligere formalizancium in odore suavitatis. Hii enim sunt cause motrices quarum contemplacione motus sum; reverendus in Christo, patri et mihi frater carissimus, frater Petrus de Portu-rotundo provincie Sancti Jacobi et custodie Elbocensis, que Elboca me genuit, Parisiensis studens una mecum Parisius et Bononie simul discurit socialiter, et reverendus frater Antonius de Fe...no, Romane provincie circa merito Bononie biblicus, qui et animo compassion. me ad hoc induxit, ut pauperibus studentibus subvenirem et frater Nardus Alat...o, provincie Romane, cujus gratia et amore multum festinavi, et quam plures alii, inter quos frater Johannes de Turonia, et alter Johannes de Aquertania, quorum contemplacione hoc insudavi, pre nimia ignorancia hoc scripsi tempore nostre vacacionis, anno Domini m°.cccc°.xvj. in collegio Hispanorum et Bononie memorie domini cardinalis Egidii;" etc.

Incip. liber, "Abel, ab dicit habitudinem cause."

Desin. sub. voc. 'Ydee;' "discipulis missus in unitate vivit et regnat; etc. et finis."

In calce, "Explicit liber distinccionum cum declaracionibus terminorum theologicorum ac sciencie naturalis, secundum ordinem alphabeti."

Sequuntur, De quatuor rationibus a se invicem abstrahentibus.

In fine, "Iste liber est concessus ad usum fratris .... de .... quem fecit scribi in Padua, anno 1425."

Notandum sit, quod Tractatus quidam de Formalitatibus ex Scoto et Mayrone compactus, exstat impress. (teste Lippenio in Biblioth. Philosoph.) Venetiis 1517, an vero consentiat cum codice nostro penitus ignoramus.

390.

Codex membranaceus, in folio, ff. 107, sec. xi. exeuntis; utrimque rescriptus et palimpsestus.

Pauli Warnefridi, Aquileiensis diaconi, sive cujuscumque sit, in regulam Sancti Benedicti expositio, cum tabula capitulorum posthabita.

Tit. "Incipit expositio in regulam sancti et beatissimi Benedicti;" et manu altera, "Incipit expositio Pauli Dyaconi in regulam Sancti Benedicti."

Præmittitur,

a. "Prephatio in eandem regulam, metrice dictata."

Exstat impress. Rhabani Mauri expositioni præfixa inter opera, tom. vi. p. 247.

b. "Prohemium."

Exstat ibid. tom. vi. p. 247, iterumque Smaragdi expositioni in regulam præmissa, in Regula S. Benedicti, cum commentariis, Colon. 1575, p. 291.

Incipit expositio, "Obsculta, o fili," etc. "Tres enim sunt ecclesiastice discipline; prima, phisica, id est, naturalis; secunda, ethica, id est moralis; tertia, logica, id est, rationalis."

Desin. "et cum hoc dixerit, jam nullus debet aliquid contendere et dicere, sed omnes taceant."

In calce, "Explicit feliciter Deo gratias; Amen."

In fine tabulæ,

"Est liber scriptus, Deus esto tu benedictus."

Videtur codex noster olim in seculo septimo fuisse exaratus, et continuisse officia quædam ecclesiastica, forsan evangeliarium.

391.

Chartaceus, in folio, ff. 116, sec. xv.

1. Dominici de Dominicis, Veneti, episcopi Torcellani, sermones in festis variis. fol. 1.

Tit. "Incipiunt sermones ad populum in quibusdam festivitatibus reverendi in Christo patris artium et sacre theologie doctoris domini Dominici de Dominicis, Veneti, episcopi Torcellani."

Incip. i. "Salutat vos Marcus, prima Petri, ult. capitulo, et ad propositum hodierne solemnitatis. Cum in omni sermone considerande sint persone auditorum."

Desin. ult. "ideo de his dicitur, Exi et compelle intrare, etc. Ne ergo simus ex eis quibus dicitur Prov. i. Vocavimus et renuistis etc. totum. Sequitur epilogus."

2. Ejusdem Dominici Quæstio de Prædestinatione. fol. 91.

Tit. "Incipit questio de predestinatione disputata publice per reverendum in Christo patrem dominum Dominicum, episcopum Torcellanum, et sacre theologie magistrum, et per eundem compilatum [*sic*]."

Incip. "Utrum certissime Dei predestinationis et reprobationis, quibus creaturas rationales."

Desin. "quod cognoscit in sua causa, quia in seipso, Qui est causa omnium; ergo, etc."

In fine, "Explicit tractatus seu questio de predestinatione disputata publice et compilata secundum doctrinam Sancti Thome, per reverendum patrem dominum Dominicum, episcopum Torcellanum, in Romana curia, dum esset sacre theologie bachalarius."

3. Ejusdem Quæstio de gratia et libero arbitrio. fol. 106.

Tit. "Incipit questio de gratia et libero arbitrio disputata per magistrum Dominicum de Dominicis, Venetum, episcopum Torcellanum, sacre theologie doctorem."

Incip. "Utrum gratia in anima nostra existens, que preveniens et subsequens, seu etiam operans."

Desin. "motus a Deo, et sic Deus non excluditur."

392.

Codex chartaceus, in folio, ff. 196, sec. xv., binis columnis, manu, ut videtur, Johannis presbyteri anno 1441 scriptus.

[Bartholomæi de S. Concordio, Pisani, Summa casuum conscientiæ, ordine alphabetico disposita, prævio prologo.]

In calce, "Finito libro, sit laus et gloria Yhesu Christo, 1441 die 15 mensis Novembris; Inc : : l : : r : t : : pr : t : p : rm : pr : sb : t : rum J : : h n : m."

Sequuntur,

a. Forma absolutionis.

b. Abbreviationes, cum declarationibus suis.

393.

Codex chartaceus, in folio, ff. 107, sec. XV.; partim anno 1402 manu Johannit. de Albeto, Neapolitani, scriptus, binis columnis; olim peculium Nicolai de Sancta Sophia, postea, an. 1636, F. O.

1. BLASII [DE PELICANIS] de Parma in Aristotelis de anima libros tres commentarii. fol. 1.

Tit. *manu altera*, "Questiones de anima Blasii de Parma et multi alii tractatus."

Incip. "Circa librum de anima, queritur primo, utrum subjectum proprium sit anima vel iste terminus."

Desin. "quomodo procedant rationes, que fiebant in principio questionis;" etc.

In calce, "Explicit liber iste per Dey gratiam."

Sequitur tabula titulorum.

2. Ejusdem forsan de terminis naturalibus in philosophia tractatus. fol. 78.

Incip. "Natura est principium et causa motus et quietis ejus, in quo est primo et principaliter per se."

In calce, "Expliciunt termini naturales in philosophia, scripti per me Johan. de Albeto, regni Neapolis, m°.cccc.ij. die Veneris xxviij. mensis Aprilis."

3. Ejusdem forsan de formarum latitudinibus tractatus. fol. 83.

Incip. "Quia formarum latitudines multipliciter variantur, que multiplicitas difficulter discernitur."

In calce, "Explicit tractatus philosophicalis scriptum [*sic*] per me Johannitium de Albeto, regni Neapolitani, artium studentem, anno Domini m.cccc.ij. die xxv. mensis Maii."

4. ALBERTI DE SAXONIA de proportionibus libellus. fol. 88.

Incip. "Proportio communiter accepta est duorum operatorum."

Exstat epitome operis supradicti, per Isidorum de Isolanis, in calce Soncinatis Quæstt. epit. Lugd. 1580.

In calce, "Expliciunt proportiones magistri Alberti de Saxonia scripte per me Johannitium de Albeto, regni Neapolis, artium Padue studentem, anno Domini m.cccc.ij. die xij. mensis Julii, indict. x[a]; Amen; Deus collaudetur in celo."

5. [JOHANNIS DE SACRO-BOSCO, tractatus de arte numerandi]. fol. 92 b.

Exstat impress. inter Rara Mathematica, ed. Halliwell, p. 1.

6. PETRI DE CANDIA, [postea Alexandri V. papæ,] de obligationibus libellus. fol. 98.

Incip. "Rogasti me, carissime, ut tue in crucifixi latere caritati aliquas regulas obligatorie artis."

In calce, "Expliciunt obligationes fratris Petri de Candia, ordinis fratrum Minorum, scripte per me magistrum Johannem de regno Neapolitano, scolarem artium Padue studentem, Amen.

Explicit expliciat, scribere scriptor erat; gratias."

Sequuntur quædam de Terminis, incip. "Terminorum quidam cathegorici."

In calce codicis Versus memoriales pro diebus festis recordandis.

394.

Codex membranaceus, in folio, ff. 80, sec. XV., binis columnis scriptus; olim cujusdam, qui portabat scutum ab latere partitum, alternante in eo colore prasino et argento.

[GASPARINI BARZIZII, Bergomatis,] liber de orthographia.

Incip. "Quoniam recta scriptura, quam greca appellatione orthographiam dicimus."

Deficit a verbis, "Simno; -as, sine p., vide in damnum. Sophia."

Exstat impress. teste Mazzuchellio, Venet. 1554.

395.

Chartaceus, in folio, ff. 186, anno 1441 manu Hieronymi Anachoritæ, binis columnis scriptus.

1. Vitæ Sanctorum quatuor, auctoribus SS. HIERONYMO et ATHANASIO, scilicet,

a. S. Pauli primi eremitæ, cum prologo. fol. 1.

Exstat inter Rosweydi vitas patrum, edit. 1617, p. 11.

b. S. Antonii vita, auctore S. ATHANASIO, interprete Evagrio, cum præfatione. fol. 3 b.

Exstat ibid. p. 24.

c. S. Hilarionis vita, auctore S. Hieronymo, cum prologo. fol. 17.

Exstat ibid. p. 57.

d. Vita S. Malchi, auctore S. Hieronymo, cum prologo. fol. 23.

Exstat ibid. p. 71.

2. [RUFFINI, Aquileiensis presbyteri,] liber de vitis sanctorum, cum prologo. fol. 25.

Exstat ibid. pp. 342,—370.

In codice narrationes quædam scilicet de Hor, Ammone, Beno, et Theone in fine occurrunt, quæ in edit. ad p. 349 *seq.* inveniuntur.

In calce, " Expliciunt vite monachorum Egiptiorum per beatum Ieronimum composite."

3. Vita S. Euphrosynæ, auctore incerto. fol. 45.
Exstat ibid. p. 278.

4. Vita S. Marinæ. fol. 48.
Exstat ibid. p. 300.

5. Vita et obitus S. Mariæ Ægyptiacæ, auctore Sophronio, ep. Hierosol., anonymo interprete. fol. 48 b.
Incip. " Fuit quidam senex in Palestinæ monasteriis."
Exstat ibid. alio, sc. Paulo diacono, interprete, p. 292.

6. Vita S. Thaisis. fol. 53 b.
Exstat ibid. p. 286.
In fine est adhortatio ad Fratres, ut Sanctæ ejusdem exemplum imitentur, et deinde, " Explicit prima pars hujus libri cum quibusdam aliis vitis."
Sequuntur, " Explicit vita sanctorum patrum ad laudem Sancte Trinitatis et ad utilitatem animarum scripta per me peccatorem Ieronimum sub anno m.cccc.xxxxj octavo kal. Februarii in loco S. Marie in Frisa de Lanzano ad remissionem peccatorum meorum; Amen. Pax per totum."

7. De vitis patrum liber alter, auctore Ruffino Aquileiensi, cum prologo. fol. 54.
Tit. " Incipit secunda pars hujus libri de dictis sanctorum patrum."
Exstat ibid. pp. 376—406.

8. De vitis patrum " liber quartus," [auctoribus Severo Sulpitio et Johanne Cassiano,] cum prologo. fol. 69 b.
Tit. " Incipit quartus liber super instituendis seculo renuntiantibus Johannis Cassiani."
Exstat ibid. pp. 409—424, col. ii. l. 1.
In codice subjunguntur narrationes aliæ, scilicet,

a. De sene in visione videntem locum gloriosum. fol. 81 b.
Incip. " Contigit autem ut quidam religiosi."

b. De abbate Milido. fol. 82.
Exstat ibid. p. 445.

c. De abbate Apolline. fol. 82.
Ibid. p. 436.

d. De diaconi pœnitentia. fol. 82 b.
Ibid. p. 439.

e. De duobus fratribus. fol. 83.
Ibid. p. 440.

f. De abbate Moyse. fol. 83.
Ibid. p. 440.

g. De abbate Pastore. fol. 83.
Ibid. p. 439.

h. De sene solitario ægrotante. fol. 83 b.
Ibid. p. 449.

i. De solitario quodam a fornicatione tentato. fol. 83 b.
Ibid. p. 440.

k. De fratre a fornicatione impugnato. fol. 83 b.
Ibid. p. 441.

l. De quodam de Thebæis senibus. fol. 84.
Ibid. p. 441.

m. De abbate Macario Antonium invisente. fol. 84 b.
Ibid. p. 445.

n. De sene, cujus filio ostenderunt dæmones mulierum imagines. fol. 84 b.
Ibid. p. 438.

o. De quodam in Scithi veniente, ut fieret monachus. fol. 85.
Ibid. p. 438.

p. De duobus fratribus carnalibus. fol. 85.
Ibid. pp. 397, 471.
In calce, " Noscat quicunque legerit precedentes vitas patrum, scilicet, ab illo secundo libro, qui incipit, *Vere mundus quis dubitet*, usque ad presentem finem, secundum meum pauperem intellectum in multis locis fore diminutas et falsas, hoc est, non plenarie scriptas; ego autem sic reperi exemplar, et ad celum manus tetendi, quod etiam isto modo potui habere exemplum; 1441; anachorita Ieronimus."

9. Macarii Romani vita [auctoribus Theophilo, Sergio et Hygino.] fol. 85 b.
Exstat ibid. p. 173.

10. S. Johannis monachi Romani vita. fol. 89 b.
Incip. " Beatus igitur Johannes clarus genere, sed clarior fide."
Desin. " dives et potens celos adscendit; Amen."

11. S. Alexis Romani vita, [auctore Simeone Metaphraste,] interprete anonymo. fol. 94.
Incip. " Fuit Rome vir magnus et nobilis nomine Eufamianus."
Exstat, interprete alio, apud Surium, tom. iv. p. 220.
In calce, " Anachorita Jeronimus finivit scripturam istam anno a nativitate Salvatoris

m.cccc.xli. de mense Septembris ad laudem et gloriam omnipotentis Dei, ad salutem animarum necnon ad remissionem peccatorum suorum; Queso quicunque possederit hunc librum, ne in vanum et sine utilitate animarum teneat, scilicet ipsum occultando, sed de eo sit benignus cuilibet, maxime religiosis et servis Dei, ut glorificetur Deus, ad cujus laudem scripsit cum magno labore et vigilantia ac etiam cum magna infirmitate sinistri oculi; si autem aliter presumpserit, sciat se divine ultionis penam non evadere, ut qui mihi dedit incipere, prosequi et finire, sit per omnia benedictus et laudatus in secula seculorum; Amen. Idem peccator Ieronimus octava hora noctis manu propria in loco Sancte Marie virginis in Frisa Lançani finivit Deo gratias. Continet autem in se liber hic vitas Sanctorum patrum et instituta eorum, quattuordecim collationes, Instituta Sancti Basilii et Regulam Sancti Pachomii, quam, revelante Angelo, scripsit."

12. Johannis Cassiani, monachi Massiliensis, collationes Patrum quatuordecim posteriores, in duas partes distinctæ, cum prologis. fol. 96.

Tit. i. "Incipit prologus Johannis Cassiani super septem secundo collationes sanctorum patrum ad venerabiles viros Honoratum et Eucherium."

Exstant impress. inter Cassiani opera, Lips. 1733, p. 396, *seqq.*

In calce, "Expliciunt collationes sanctorum Patrum; et notandum est, quod collationes sanctorum patrum sunt xxiiij. sed in hoc volumine non sunt nisi xiiij. tantum et sunt ultime; Decem autem prime non reperiuntur faciliter. Johannes Cassianus eas composuit, ad honorem et gloriam Sancte Trinitatis; Amen. 1441."

13. S. Basilii, Cæsariensis, ad monachos mirifica doctrina, cum [Ruffini] prologo ad Urseum. fol. 174.

Continet Regulæ S. Basilii responsiones et interrogationes quindecim priores, quæ exstant impress. in Codice Regularum Luc. Holstenii, Paris. 1663, a p. 97 ad p. 116.

In calce, "Explicit doctrina mirifica sancti Basilii episcopi, Deo gratias."

14. S. Pachomii Regula, prævio Hieronymi prologo. fol. 180 b.

Tit prol. "Incipit prologus sancti Ieronimi presbiteri super regulam sancti Pachomii, hominis Dei, quam, docente angelo, scripsit."

Sunt centum quinquaginta novem præcepta priora, quæ inveniuntur ibid. impress. pp. 32—48.

In fine, "Explicit ad laudem Sancte Trinitatis regula sancti Pachomii, hominis Dei."

Sequitur notitia ista, "Explicit liber iste anno nativitatis Yhesu Christi m.cccc.xli. sub Eugenio quarto, sanctissimo nostro papa, quando morabatur Florentiæ; Ieronimus anachorita scripsit cum magno labore et angustia ac etiam infirmitate sinistri oculi ad laudem et gloriam omnipotentis Dei, ad remissionem peccatorum suorum necnon ad utilitatem animarum; Rogo ergo quicunque hunc librum habuerit in sua potestate, ne inutiliter teneat, scilicet sine honore Dei et utilitate animarum, secus sine vindicta severissima sciet se penitus non evadere in ista vita et in alia, Amen. Manu propria Ieronimus anachorita prefatus anno 1441 die xi. mensis Septembris, in loco Sancte Marie in Frisa Lançani. Continet autem in se liber iste vitas et instituta sanctorum patrum, Collationes xiiij., instituta sancti Basilii, regulamque sancti Pachomii; Deo gratias; Amen. Deo semper gratias."

Deinde, "1485, a di 8 Novembrio; Menechina cujusdam Zeni filia et nepta magistri Cristofari ab Oleo obiit die 8 mensis Novembris et milesimo, ut supra."

396.

Codex membranaceus, in folio, ff. 112, sec. xiv. exeuntis; binis columnis nitide exaratus.

1. Zaelis Bebrit, sive Bebiz, Israelitæ Introductorium ad astrologiam, de Planetarum aspectibus, judiciis astrologicis, etc., anonymo interprete. fol. 2.

Incip. "Scito quod signa sunt duodecim et ex eis sex masculina et sex feminina."

Desin., ut videtur, abrupte, in interrogat. xi. "destruent omne, quod pertinet ad eandem domum et omnes res ejus."

2. Albumasaris, sive Abu El-Maasar, liber qui dicitur, Flores Astrologiæ, anonymo interprete. fol. 41.

Incip. "Hic est liber, quem collegit Abimasar de floribus eorum, etc. Dixit Abimasar oportet te primum;" ut in edit. Jo. Bapt. Sessæ, s. l. vel anno.

3. Liber Hali, filii Hahamet Enbrani, de horarum electionibus liber, cum prologo, interprete Abraham Judæo. fol. 55.

Incip. prol. "Rogasti me, carissime, ut tibi librum de horis eligendis componerem."

Tit. "Differentia prima; Utrum electiones utiles sint."

Incip. "Opera judiciorum astrorum certa esse."

Desin. "sed quia neminem ex antiquis reperi, qui hoc testantur non feci mentionem."

In calce, "Perfectus est liber in ellectionibus horarum laudabilium, editione Ali filii Achamet Embrani, translatus de Arabico in Latinum, in civitate Barchinona, Abraam Judeo Ispano, existente interprete; et perfecta est ejus translatio die lune vij. kal. Octobris, hora duodecima, ascendente Aquario, anni Domini, m.c.xxxiiij."

4. ZAELIS BEBIZ de electionibus liber. fol. 75.

Tit. "Liber ellectionum Zael Benbriz de ellectionibus."

Incip. "Omnes concordati sunt, quod electiones," ut in calce Firmici Astronomiæ, p. 103.

Desin. "hec planetam receptorem dispositionis in quarto."

In fine, "Explicit liber ellectionum Zael Benbriç."

5. Ejusdem ZAELIS liber temporum. fol. 83 b.

Tit. "Incipit liber temporum Zaelis Benbris; In Aribico vero dicitur, Hora ubicomh'ie est tempus."

Incip. "De eo quod non sit in xij. signis ex electionibus. Cum volueris scribere epistolam."

Desin. "in depositione regis, si Deus voluerit."

Cf. Bandin. catal. tom. ii. col. 77, quo omnes libri supradicti sub titulo 'Zaelis Introductorium ad Astrologiam,' comprehenduntur.

6. MESSAHALÆ Arabis, de lunæ eclipsibus, anni revolutionibus, etc. epistola, interprete Johanne Hispalensi. fol. 88.

Tit. "Incipit epistola Messehallah in rebus eclipsis lune, et in conjunctionibus planetarum ac revolutionibus annorum breviter elucidata, et sunt in ea xij. capitula."

Incip. "Primum capitulum de ratione circuli stellarum et qualiter operantur in hoc mundo. Dixit Messehallah, Quia Dominus altissimus fecit."

Desin. "que protulimus in hoc libro; et est ex secretis scientie astrorum."

Impress. in calce Firmici, p. 115.

In calce, "Perfectus est liber Messahalah translatus a Johanne Yspalensi in Limia ex Arabico in Latinum, sub laude Dei et ejus auxilio."

Sequitur, *manu recentiori*, JOHANNIS Hispalensis de imbribus epistola.

Incip. "Cum multa et varia de ymbrium cognicione precepta."

In calce, "Explicit liber ymbrium."

7 "Liber Messehalla de receptione, interpretatus a Johanne Yspalensi ex Arabico in Latinum." fol. 93.

Incip. "Invenit quidam vir ex sapientibus."

Exstat impress. cum aliis ejusdem libris, Norimberg. 1549, sign. L iiij.

In calce, "Finit liber Messeallah."

8. "Rememoratio Spatulæ et expositio ejus." fol. 106.

Incip. "Incipiam, adjutorio Dei, de ratione Spatule, ex modo Spatule, tres digiti sunt."

Desin. "cognitor et occultantium revelator. Amin."

---

9. MESSAHALÆ liber de ratione ditescendi; *manu recentiori*. fol. 110 b.

Tit. "Hunc librum scripsit Mesala propter unum ex amicis suis, qui mercator erat, fecerantque ambo societatem in lucro, et lucrati sunt in parvo tempore magnam pecuniam; Intende ergo ad hoc quod dicam et secundum hoc operare in quacunque villa fueris."

Incip. "Constitue igitur, bene, Alchahale."

Præmittuntur codici,

a. "Oratio beathe crucis et beathe Helene, et Yhesu Christi, ad inveniendum amissa;" *metrice*.

b. "Oratio beathe Trinitatis, ut remuneremus sibi beneficia;" etc.

397.

Codex chartaceus, in folio, ff. 58, sec. xv.

MATTHÆI PALMERII, civis Florentini, de Temporibus liber, prævio ad Petrum Medicem procemio, cum præfatione.

Tit. "Mathei Palmerii Florentini de temporibus incipit et primo, Proœmium ad Petrum Medicem, Cosmæ filium."

Incip. proœm. "Animis nostris innatum esse constat.

Desin. "temporum distinctione cognoscere."

Incip. præf. "Verenti mihi sepenumero, quibus."

Desin. "ad exemplaria conferat et emendet."

Incip. liber, "A principio mundi, sive ab Adam, primo hominum, usque ad diluvium."

Desin. "Mediolanenses Laudum receperunt."

Particulam ex hoc chronico, nimirum ab anno 1294 ad 1448, excusam habes typis Petri Cai. Viviani, in tom. i. Rer. Ital. Scriptt. Florent. 1748, p. 215.

In calce, "Mathei Palmerii Florentini ad Petrum Medicem [liber] de temporibus explicit. Laus sit, honor et gloria omnipotenti Deo in eternum; Amen."

398.

Codex chartaceus, in folio, ff. 70, sec. xv.; binis columnis scriptus.

Johannis Climaci Scala paradisi, præviis epistolis solitis, interprete Ambrosio Traversario, cum ejusdem Ambrosii ad Matthæum Guidonis filium Cardinalem præfatione.

Tit. præf. " Domino amantissimo et merito venerabili patri Matheo Ambrosius."

Incip. " Hortatus es, domine amantissime."

Incip. Grad. i. " Cum summe incomprehensibilis atque incircumscripte bonitatis Deus."

Deficit in sermone ad Pastorem a verbis, " hic rationales animas perturbat et perimit."

De versione ista conferat lector Ambrosii vitam, ed. Mehus. p. ccclxxxix.

399.

Chartaceus, in folio, ff. 94, sec. xv. ineuntis.

1. [Lini] Coluccii [Pierii Salutati] de seculo et religione libri duo, ad Fr. Hieronymum de Uzano, ord. Camald. cum procemio. fol. 1.

Tit. " Incipit feliciter liber primus de seculo et religione editus a Collucio, Petri de Stignano cancellario, Florentino, ad fratrem Ieronimum de Uçano ordinis Camadulencium in monasterio Sancte Marie de Angelis de Florencia."

Incip. procem. " Memor semper fui, venerabilis et karissime frater postquam te mundo subtractum."

Tit. operis, " Incipit tractatus, in quo, premisso ordine dicendorum, quid sit mundus multis diffinicionibus explicatur."

Incip. " Hec igitur tantisper exordiendo prefatus vir merito."

Desin. lib. ii. " Trinitatis in sue eternitatis indivisibili perseverat: Amen."

In calce, " Explicit feliciter liber secundus et ultimus de seculo et religione compositus a Colucio, Petri de Stignano cancellario, Florentino, ad fratrem Geronimum de Açano, ordinis Camaldulensis, in monasterio Sancte Marie de Angelis de Florencia."

2. " Epistola fratris Raphaelis ad Ser. Collucium supradictum quando exivit de monasterio Sancte Marie de Angelis pro hedificando monasterium novum contra voluntatem sui prioris et tocius conventus." fol. 59 b.

Incip. " Reverende pater ac singularis vir, Bartholomeus lator presentis."

Desin. " vestre benivolencie erga nos."

3. " Epistola responsiva Ser. Collucii predicti ad predictum fratrem Raphaelem super eandem epistolam et super predictum inordinatum exitum." fol. 60 b.

Incip. "Vir religiose, pater karissime, cum prima duo verbula scriberem veritatis epistolam."

Desin. " Vale sicut obtari debet in Domino. Florencie vj. idus Januarii."

4. " Epistola fratris Johannis, monaci Sancte Marie de Angelis, ad Ser. Colluccium cancellarium Florentinum." fol. 65.

Incip. " Pater venerande, accipe librum tuum, sed si vacaret, si Palatine."

Desin. " meis rogacionibus occuppare; Vale in Domino."

5. Ejusdem Coluccii epistola amœbæa. fol. 65 b.

Tit. " Collucius predictus ad eundem fratrem super requisita."

Incip. " Petis a me nec solum tu petis, sed eciam venerabiles fratres tui."

Desin. " quod et tu imittacione dignus evadas. Florencie, kalendas Novembris, Amen; Deo gracias."

6. Francisci Petrarchæ, Florentini, poete laureati, Psalmi septem pœnitentiales. fol. 67.

Exstant inter opera, in edit. 1581, p. 369.

7. S. Ildefonsi, archiepiscopi Toletani, de perpetua virginitate Beatæ Mariæ libellus. fol. 72.

Tit. " In nomine Domini: Incipit libellus de virginitate sancte et gloriose genitricis Domini Marie editus a beato Ildefonso Tholetane sedis episcopo, anti tris apistos, id est, contra tres infideles, ordine sumonimorum conscriptus."

Exstat impress. in collect. SS. Toletanorum ed. Lorenzana, tom. i. pp. 110—151, col. i. l. 8.

In fine notitia est de eodem Ildefonso, " ex chronicorum Yspania per dominum Rodericum, archiepiscopum Toletanum capitulo xlii;" et in calce, " Explicit libellus de virginitate sancte et gloriose genitricis Domini Marie, editus a beato Ildefonso, Tholetane sedis episcopo, anti tris apistos, id est, contra tres infideles, ordine sumonimorum conscriptus."

400.

Codex membranaceus, in folio, ff. 298, sec. xv. ineuntis, binis columnis nitide exaratus; olim peculium fratris Antonii de V...n... postea Fa[bricii Marliani] episcopi Placentini, cujus arma gentilitia præmittuntur, denuo Gabrielis de Rodillis e dono Luchini de Magistris.

Bartholomæi de S. Concordio summa de casibus ad conscientiam pertinentibus, prævia capitulorum tabula.

Tit. " Incipit Summa de casibus conscientie, que vocatur Maystrucia, edita a fratre Bartholomeo de Sancto Concordio, Pisano, ordinis fratrum Predicatorum."

In calce, " Consummatum fuit hoc opus in

civitate Pisana, anno Domini m°.ccc°.xxxviij°. de mense Decembris, tempore sanctissimi patris Domini Benedicti pape duodecimi."

Deinde, "Est reverendissimi D.D. Fa. episcopi Placentini;" et postea, "Ad usum D. Gabrielis de Rodillis donatus per dominam Luchinum de Magistris, die 4 mensis Aprilis, 1542."

Folio verso, est tabula, cujus titulus, "Incipiunt abreviationes declarate, que ponuntur in Summa."

401.

Codex chartaceus, in folio, ff. 234, sec. xv.

Anonymi cujusdam liber, qui dicitur Scrutinium scripturarum, contra Judæos, in partes duas distinctus, cum procemio.

Incip. procem. "Scrutamini scripturas, etc. Christus volens Judeos instruere circa ipsius cognicionem, in qua vita eterna consistit."

Desin. "quam nobis concedat Christus Dei Filius."

Tit. i. "Distinctio prima de scrutinio scripturarum que loquntur de hiis, qui salvandi seu reddimendi erant per Christum in lege promissum, et continet quatuor capitula."

Incip. cap. i. "Saulus ad Paulum. O Paule audivi, quod magister tuus dum viveret, dicebat."

Adnotavit manus recentior, "Contra Judeos, et est cujusdam episcopi, qui prius fuerat Judeus."

Desin. pars i. "sic ad vota tua implenda, Deo duce, procedamus."

Tit. part. ii. "Incipit secunda pars tractatus de scrutinio Scripturarum et est didascalica, cujus prima distinctio, que est quasi continuativa eorum, que dicta sunt ad dicenda, continet sex capitula."

Incip. cap. i. "Discipulus. Firmiter credens ea que per te mihi tradita sunt circa Deytatem Christi."

Desin. pars ii. "felicitas sive miseria, cui honor et gloria in secula seculorum, Amen."

In calce, "Explicit secunda pars dyalogi; Deo gratias; Amen."

Præmisit codici manus aliquantulum recentior tabulam distinctionum et capitulorum quæ in unaquaque parte inveniuntur, sub titulo, "Hec est tabula in libro, qui dicitur Scrutinium Scripturarum editum ad convincendam induratam perfidiam Judeorum, per scripturas et doctores, quos ipsi Judei recipiunt; Et quia potissimus eorum error est de adventu Messie quem expectant, ut salvet, redimat et restituat eos, fundantes se super eo, quod scribitur Ysaie 4° capitulo, "In die illa erit germen Domini in magnificentia et gloria;" etc. "propterea ponitur prima distinctio cum hiis capitulis."

Notandum sit, quod in parte prima decem, in altera sex sunt distinctiones.

402.

Codex chartaceus, in folio, ff. 131, anno 1442 binis columnis scriptus.

1. Alberti Magni, episcopi Ratisbonensis, de generatione et corruptione libri duo. fol. 1.

Tit. "Magni commentatoris Alberti de generatione liber primus incipit."

Exstant impress. inter opera, Lugd. 1651, tom. ii. part. 3.

In calce, "Magni commentatoris Alberti de generatione et corruptione liber secundus explicit feliciter."

2. Ejusdem Alberti de origine animæ liber unicus. fol. 41.

Tit. "Magni commentatoris Alberti liber de natura et origine anime incipit."

Exstat ibid. tom. v. p. 185.

In calce, "Amen, Deo gratias. Magni commentatoris Alberti de origine anime et natura et statu ejus post mortem tractatus explicit; Ex Venetiis 17 kalendas Aprillis, 1442."

3. Ejusdem Alberti de intellectu et intelligibili libri duo. fol. 61.

Tit. "Magni commentatoris Alberti liber de intellectu et intelligibili incipit."

Exstat ibid. tom. v. p. 239.

In calce, "Magni commentatoris Alberti de intellectu et intelligibili secundus et ultimus liber explicit; Ex Venetiis octavo kalendas Junii 1442; Deo gratias infinitas."

4. Ejusdem de unitate intellectus liber contra Averroim. fol. 75.

Tit. "Magni commentatoris Alberti de diversitate animarum post mortem, resolutus corporibus contra Averroim et eum sequentes liber incipit."

Exstat ibid. tom. v. p. 218.

In calce, "Magni commentatoris Alberti contra Averroim et ejus de anima intellectiva disciplinam sequentes questio Rome disputata explicit, in qua, non nisi secundum peripateticorum philosophiam erga eos objecta formavit eorum rationes contra optime solvens; Ex Venetiis idibus Juniis, 1442."

5. Anonymi cujusdam de anima intellectiva liber. fol. 90.

Incip. "Si ignoras te, o pulcherrima mulierum, vade et abi post greges."

Desin. "quod ad minus de intellectuali anima constat esse verum."

In calce, "Tractatus de anima intellectiva explicit, quem 10 kallendas Augusti complevi; Ex Venetiis 1442."

6. Johannis Duns Scoti super Aristotelis de anima libros quæstiones. fol. 111.
Tit. " Incipiunt quæstiones Johannis Scoti, ordinis Minorum, super libro de anima."
Exstant impress. inter opera, Lugd. 1639, tom. ii. p. 485.
In calce, " Expliciunt questiones Johannis Scoti super libro de anima feliciter."
Sequitur tabula quæstionum.

403.

Codex membranaceus, in folio, ff. 255, sec. xiv. ineuntis; binis columnis nitide exaratus.

1. Roberti [Kilwarby] Anglici, super Porphyrii Isagogen commentarius. fol. 1.
Incip. " Si homo est finis universalis creature et finis, ut habetur secundo Fysicorum."
Deficit a verbis, " et omnia genera prejacere, quia"—

2. Ejusdem Roberti in Aristotelis Prædicamentorum librum commentarius. fol. 15.
Incip. " Equivoca dicuntur, etc. Causa efficiens extra hujus libri, qui est primo de integritate logices."
Desin. " secundum quod magis sunt usitati."
In fine, " Expliciunt scripta super predicamenta."

3. Ejusdem super librum de Interpretatione commentarius. fol. 31.
Incip. " Dupliciter contingit significare rem."
Desin. " Hec sunt ea, que queruntur."
In fine, " Expliciunt notule supra librum peryarmenias compilate a magistro .... Amen, Amen, Amen, Amen, Amen."

4. Ejusdem in Posteriorum libros duo commentarius. fol. 56.
Incip. " Cognitio fit secundum potentiam cognoscentis."
Desin. " quod eorum habitus esset opinio, etc. Explicit."
In fine, " Expliciunt notule super librum Posteriorum."

5. Ejusdem in Priorum libros duo commentarius. fol. 134.
Incip. " Voces sunt note earum passionum, que sunt in anima passiones."
Desin. " et ita non est inconveniens."

6. Ejusdem in Topicorum libros octo commentarii. fol. 182.
Incip. " Totum negotium logicum est de sermone."
Desin. "Et sic patent solutiones ad ea, que querebantur."
In fine, " Explicit scriptum super libro Thopicorum secundum reverendum doctorem magistrum Robertum."

7. Ejusdem in Sophisticorum elenchorum libros duo commentarius. fol. 222.
Incip. " Diversis potenciis et virtutibus diversi."
Desin. " semper priora ad posteriora conferunt cognoscenda. Et hec dicta de sophisticis elencis sufficiant."
In calce, *manu altera*, " Scriptum super toto testu logicæ Aristotelis, scilicet, super tota arte veteri et nova scriptum, emptum ducatis tribus cum dimidio Paduæ."
Postea, " Hunc librum donavit eximius artium et medicine doctor Johannes M..ch..nna de Venetiis congregationi .... regule Sancti Augustini.........ad usum dicte .... Padue, m°.cccc°.lxvij." Deinde, " 1450, a di 29 di Zenaio...........Jac. de Vinamia."

404.

Codex chartaceus, in folio, ff. 196, sec. xv.; binis columnis scriptus.

1. Thomæ Aquinatis,[potius Hugonis Argentinensis, sive Alberti Magni,] Compendium Theologicæ Veritatis cum proœmio. fol. 1.
Impress. exstat inter Alberti Magni opera, tom. xiii. part. 2.
In calce,
" Explicit ecce pie, codex hic theologia;
Laudem do Christo, qui me liberavit ab isto;
Finitus est iste liber, qui vocatur compendium theoloyce veritatis; et ascribitur Thome de Aquino sub anno Domini millesimo quadrigentesimo vigesimo quarto die xxviii. mensis Octubris, inditione tertia; Deo gratias: Amen."

2. Anonymi cujusdam compendium physicum de generatione et de anima ex Aristotele et Averroi confectum. fol. 113.
Incip. " Natura est primus motus et quietus ejus, in quo est per se et non secundum accidens."
Desin. " dividitur in duo membra sicut appetitus secundus."

3. Nicolai de Lyra in S. Matthæi evangelium commentarius, cum præfatione. fol. 127.
Desinit in verbis, " de hoc facto sed in quod imponitur," in comment. in verba, "Cum ergo videritis," cap. xxiv.

405.

Codex chartaceus, in folio, ff. 359, sec. xv.; binis columnis scriptus; olim canonicorum S. Augustini S. Bartholomæi de Vincentia.

Rayneri a Rivalto, de Pisis, Summæ Theologiæ moralis partis primæ pars altera, incipiens a litera C. et voce Contemplatio, et progrediens ad literam H. et voc. Heresis.

Præmittitur tabula rubricarum sub titulo, "In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis; Amen. Incipit tabula dictionum sive materiarum, que tractantur in hoc secundo volumine sive secunda parte primæ partis summæ Raynerii, ordinatæ per alphabetum, remittendo ad folia."

In fronte p. i. "Iste liber, qui dicitur summa Rayneriana, videlicet, prima pars ipsius summe est monasterii Sancti Bartholomei de Vincentia, canonicorum regularium Sancti Augustini."

In calce, "Explicit prima pars Rayneriane, Deo gratias; Amen. Soçus Volateranus."

406.

Chartaceus, in folio, ff. 365, sec. xv.; binis columnis optime scriptus.

Johannis de Anania, archidiaconi Bononiensis, super Decretalium librum quintum commentarii, usque ad tit. xix. inclusive.

Tit. "Explicit liber quartus; Incipit liber quintus; de accusationibus, inquisicionibus et denunciacionibus Rubrica."

Desin. "condiciatur quantitati et pena facto, etc. Jo. de Anania;" in edit. Lugd. 1546, fol. 228 b. col. 1.

407.

Chartaceus, in folio, ff. 126, sec. xv.; binis columnis scriptus.

Johannis de Gandavo, sive Janduno, super Aristotelis physicorum libros octo commentarii.

Consentiunt, quoad initium et finem, cum edit. Locatelli, 1501, ad fol. 121 b. col. i.; sed codici subjicitur quæstio alia, "Utrum quod movetur continue per aliquod spatium sit accidenter."

408.

Chartaceus, in folio, ff. 127, sec. xv., binis columnis scriptus.

1. Herbarium, sive herbarum tabulæ plurimarum depictæ, quibus subjiciuntur explicationes, de earumdem virtutibus; etc. ff. i. 83.

Delineatio prima herbam 'Antola minor' repræsentat.

Incip. explicat. "Antolla minor. Ad sanandum omnia vulnera; accipe folia et radicem istius herbe."

In fine liber est imperfectus, desin. cum verbis, "Ista aqua est fortis et calcinativa multum bona, qua fit modo supradicto."

2. Liber medicus, in quo tractatur de herbis, de cibis, de sanitate tuenda, etc. metrice expressa; *Italice.* fol. 116.

Incip. "De Zucharo:
"Zucharo e temperato caldo e humido,
La gola el ventre humilia e lo molifica
Colera rossa abassa e la purifica."

Cap. ult. est, "De lordine e modo del Vagno:
"Chi volesse ingrassiare bene pol cibo
Ma fare meglio de no cosi lo scrivo."

3. Cardonis de Spango, vel Spangotis, consilium de preservatione a pestilentia. fol. 124.

Tit. "Hec sunt breviter et sumatim collecta ex tractatu de preservatione a pestilentia ex auctoritatibus sapientibus medicine fulcito compillata per magistrum Cardonem de Spango, de Mediolano, fisicum, magnifici domini domini Galeas [Galeotti] domini Mediolani, et cetera. Millesimo trecentessimo sexagessimo decimo octavo mensis Octubris in nobili civitate Mediolani, que quidem si quis observaverit indubitanter a pestilentia securus erit et predictus magister, ut sequitur, ordinavit."

Incip. "Primo ergo ponatur regimen sex rerum non naturalium."

Desin. "Albertum in .... de mineralibus."

In calce, "Explicit consilium de preservatione a pestillentia secundum magistrum Cardonem de Spanzotis in Mediolano compillatum, etc."

In calce,

a. "Quatuor, que medico congruunt."

Incip. "Morbi causam dilligenter perquirere."

b. "Quatuor, que per egrum servari expediunt."

Incip. "Ut medenti obediat."

409.

Codex membranaceus, in folio, ff. 156, sec. xiv. exeuntis; binis columnis nitide exaratus; olim magistri Nicolai Theatini.

1. [Gulielmi Hentisberi, sive de Heytesbury,] Regulæ solvendi sophismata. fol. 1.

Exstant impress. Venet. 1494, fol. 4 b.

In calce, " Deo gratias; Amen."

2. Ejusdem GULIELMI HENTISBERI Sophismata triginta duo. fol. 29.

Exstant ibid. fol. 77 b.

In calce, " Expleta sunt sophismata Gulielmi de Hentysbari anno Domini millesimo ccc. 86, die 13 mensis Septembris, per me..... .... Deo gratias."

3. Anonymi cujusdam in Hentisberi de veritate et falsitate propositionis sophisma commentarius. fol. 99.

Incip. " Ad utrumque dubitare potentes facile speculabimur verum et falsum."

Desin. abrupte, " quod C. sit propositio scripta."

4. Ejusdem GULIELMI de Scire et Dubitare conclusionum probationes. fol. 115.

Tit. " Incipiunt conclusiones super tractatum Tisbari, de scire et dubitare."

Exstant impress. in edit. cit. col. 191 b.

In calce, " Expliciunt conclusiones de scire et dubitare secundum solempnissimum artium doctorem magistrum Guilielmum Hesberi doctorem artium."

5. " Conclusiones relativorum super tractatu relativorum magistri Guilielmi Hentisberi." fol. 117 b.

Exstant ibid. fol. 188 b.

In calce, " Expliciunt conclusiones super tractatu relativorum magistri Guilielmi Hentisberi, doctoris egregii."

6. Conclusionum probationes de Incipit et Desinit. fol. 118 b.

Tit. " Incipiunt conclusiones extirpate ex dictis magistri Guilielmi Hentisberi in suo de incipit et desinit tractatu nobilissimo, quod utinam bene scirem."

Exstant ibid. nonnullis variantibus. fol. 189.

7. Conclusionum probationes de Maximo et Minimo. fol. 120 b.

Ibid. fol. 194, col. 1.

8. Conclusiones declarativæ de motu locali. fol. 126.

Ibid. fol. 198.

9. De motu augmentationis et alterationis. fol. 127 b.

Ibid. fol. 200 b.

In calce, " Et sic est finis conclusionum extracte de tractatu Tysberi."

10. Anonymi cujusdam conclusiones Hentisberi sophismatum. fol. 131.

Incip. " Duo contraria sunt similiter vera cum eodem tertio; Probatur sic conclusio ista; Duo sunt similiter."

Desin. " non est dare maximum, quod erit prolatum a Sor. ante b."

In calce, " Istum librum reliquit eximius artium doctor magister Nicolaus Theatinus .... ad usum Can. reg. commorantium in dicto; quare oratis."

Fol. 29 pag. prima optime est depicta, et habet in litera initiali Hentisberi effigiem librum aliquem exponentis, et in margine inferiori tesseram possessoris antiqui gentilitiam, qui portabat in scuto alternatim aureo et cyaneo balteum coccineum, balteo alio exiliore argenteo impressum.

410.

Codex membranaceus, in folio, ff. 212, sec. xv.

BARTHOLOMÆI DE S. CONCORDIO, de Pisis, ordinis Prædicatorum, Summa de casibus ad conscientiam pertinentibus.

Præmittuntur,

a. Fratris PHILIPPI præfatio. fol. 1.

Incip. " Cogitantem, acerrime, quid in Summa Pisana contineatur habundancius."

b. Præfatio altera. fol. 2 b.

Incip. " Circa Pisanellam, sicut et in principio."

c. Tabulæ breviaturarum duæ. fol. 3.

d. Declarationes, sive potius dispensationes factæ per beatissimum Eugenium papam quartum in civitate Florentiæ, Ariminensi tunc episcopo petente et plurimo clero assistente. fol. 3.

Operis calci subjunguntur,

a. PHILIPPI versus viginti novem heroici de libro. fol. 197.

Incip.

" Summi summa viri completur Bartholomei,
Ordine qui Domini nutritus lumine pulcher,
Doctrinæ sacræ sed non minus et laicalis,
Jura legumque simul sanctorum dogmata morum."

Desin.

" Qui cupis injustæ vitare piacula vitæ,
Æternique boni fieri spe providus emptor,
Cum sociis que piis ad sidera currere gressu
Felici nimium, semper hunc perlege librum.
Scripsit Philippus, qui dat se plebibus unus."

b. BONIFACII Papæ VIII. Regulæ juris. fol. 198 b.

In calce, " Expliciunt rubricæ omnes sexti libri Decretalium domini Bonifacii papæ octavi."

c. PHILIPPI versus viginti egregii " contra fratres ignorantes doctrinam novam sectantes." fol. 199 b.

Incip.

" Sunt isti summæ qui credunt esse necesse
Apponi quasdam, frater Nicholae, minorum."

Desin.
"Mixto non paucis herbis male dando saporem,
Scripto non grato, faveas rogo Bartholomeo."

In margine adnotatur, "Philippus frater predicator et sacræ theologiæ doctor, humilis erga veros, sed acer impugnator contra fallaces ypocritas, mentito nomine, religiosos nuncupatos."

d. "Excerptus ex decretis Juramentorum utilis tractatus." fol. 200.

Incip. "Sit sermo vester; Est, est, Non, non."

e. Excerpta ex Isidori Etymologiarum libro. fol. 201.

f. Questio super matrimonio. fol. 201 b.

Incip. "Quia de matrimonio tactum est."

g. "Tabula ex Thoma super totam Pisanellam;" ordine alphabetico. fol. 202.

In calce, "Expliciunt quædam confirmatissime conclusiones Sancti Thome in Pisanella positæ usque 'Confessio.'"

h. Ejusdem Thomæ tabula dubiorum in eodem libro, ordine alphabetico. fol. 203.

In calce, "Explicit tabula dubiorum Sancti Thome in Pisanella per capitula sparsim transumptorum."

i. Thomæ Aquinatis ad Jacobum Viterbiensem, lectorem Florentinum, epistola de quibusdam casibus. fol. 212.

Incip. "Recepi litteras tuas cum quibusdam casibus, in quibus electi Capuani et meam sententiam."

k. Ejusdem dubium super moneta diminuta. fol. 212.

l. Ejusdem ad fratrem Gerardum, lectorem Bisantinum, epistola de dubiis variis. fol. 212 b.

Incip. "Quesisti num pro certitudine sit tenendum id, quod ab aliquibus."

m. Bartholomæi Pisani ad Ne . . . . . priorem conventus Pisani, ordinis Prædicatorum. fol. 212 b.

Incip. "Quesisti, karissime, quom dixerim in prologo istius summæ de casibus."

In calce, "Nota quod in presenti volumine non solum habes Pisanellam egregie descriptam per me fratrem Philippum predicatorem et accurate correctam, sed etiam et in principio et in fine operis nobilia dogmata conjunxi, que ad rem perutilia quidem et accomoda fore videbantur, qua de re liber edebatur; que dogmata sic poteris per ordinem invenire; videlicet, In tribus primis foliis codici presertim prenexis, invenies commentariolum autenticum super totum jus canonicum et specialiter super hanc Pisanellam, quod ex decretorum libris laboriose compactum est," etc.

411.

Codex membranaceus, in folio, ff. 210, secc. xiv. exeuntis et xv.; binis columnis exaratus.

1. Bernardi de Gordonio Lilium Medicinæ in particulas septem distinctum, cum præfatione. fol. 1.

Exstat impress. in 8vo. Lugd. 1574, p. 6.

In calce, "Expletus est liber; Benedictus Deus in secula; Bene possum igitur dicere,
Hoc opus exegi, quod nec Jovis ira, nec ignes,
Nec ferrum nec coax poterit abolere vetustas.
Laus virtus semper gloria Deo Patri et Filio suo simul Paraclito in sempterna secula Amen. Explicit Flos lilii, Benedictus Deus in secula."

2. Ejusdem Bernardi "Tabula ingeniorum curationis morborum." fol. 121.

Exstat ibid. p. 981.

3. Ejusdem tractatus super regimine acutorum. fol. 123 b.

Tit. "Incipit tractatus super regimine acutorum traditus a magistro Bernardo de Gordonio."

Exstat ibid. p. 964.

In calce, "Hec autem omnia facta sunt post lecturam continuam undecim annorum."

4. Ejusdem liber de prognosticis in particulas quinque distinctus, prævia præfatione. fol. 126.

Tit. "Incipit liber pronosticorum compositus a magistro Bernardo de Gordonio et de crisi et diebus creticis."

Exstat ibid. p. 993.

5. Ejusdem liber de phlebotomia, cum præfatione. fol. 145.

Exstat ibid. p. 667.

In calce, "Benedictus Deus, qui incepit, mediavit et complevit."

6. Ejusdem Liber de urinis, prævia præfatione. fol. 158 b.

Exstat ibid. p. 728.

In calce, "Explicit de urinis; Deo gratias, Amen."

7. Ejusdem de cognitione pulsuum tractatus. fol. 179 b.

Tit. "Capitulum tercie particule unicum et singulare de pulsibus."

Exstat ibid. p. 824.

8. Ejusdem de gradibus liber. fol. 180 b.

Tit. "Incipit tractatus de gradibus ordinatus a magistro Bernardo de Gordonio, decano Medicorum, in almo studio Montis Pesulani, anno Domini millesimo trecentesimo tercio, indictione prima."

Incip. "Doctrinam de gradibus intendimus triplicem ordinare."

Desin. "sed non bene ad sensum distinguibilles, etc."

In fine, "Expletus est tractatus brevis et utillis compositus a magistro Bernardo de Gordonio, decano medicorum, in almo studio montis Pesulani."

9. PHILIPPI, medicinæ professoris, de conservatione sanitatis liber ad Raynerium de Pallierensibus, prævia capitulorum tabula. fol. 187.

Inscribitur, "Sermo de conservacione sanitatis: Domino Raynerio de Pallierensibus de Senis nobili viro utriusque juris doctori eximio, amico karo, Phylippus medicine professor immeritus olim bone memorie magistri Bandini de Arezio bene valere et semper optime agere."

Incip. cap. 1. "Quoniam promissum est alibi scribentibus nobis ad eundem Dominum."

Desin. lib. "ydolum sensui visivo penitenter representaretur; Explicit. Deo gracias, Amen, Amen."

412.

Codex membranaceus, in folio, ff. 93, sec. xiv. ineuntis; duabus columnis nitide exaratus.

1. ABUBECRI RHASIS, filii Zachariæ, Arabis, liber dictus Almansorius, a Gerardo Cremonensi Latine versus. fol. 1.

Tit. "Abuberici Rasis filii Çacarie liber incipit, translatus a magistro Girardo Cremonensi in Toleto de Arabico in Latinum, qui ab eo Mansorius vocatus est, eo quod regis Mansoris, Ysaac filii, precepto editus est."

Exstat impress. in folio, Basil. 1544, p. 5.

2. Ejusdem RHASIS Divisionum liber, eodem interprete. fol. 65 b.

Consentit cum edit. Venet. 1508, a Bandinio cit. in catal. tom. iii. col. 47.

In calce est tabula capitulorum.

3. Ejusdem de antidotis liber, eodem interprete. fol. 86.

Tit. "Verba Abuberici filii Çacarie."

Exstat in edit. 1544, p. 452.

413.

Membranaceus, in folio, ff. 114, sec. xiv.; manu Ugonis, monachi Camaldulensis, binis columnis exaratus.

RAYMUNDI DE PENNA-FORTI, ord. Prædicatorum, Summæ theologiæ moralis libri quatuor.

Tit. "Incipit summa magistri Raymundi de Penna."

Exstat impress. edit. Veron. 1744, p. 1.

In calce, "Frater Ugo monachus, Camaldulensis ordinis, qui scripsit hunc librum, post suum finem ab angelis deducatur in Paradisum."

414.

Codex chartaceus, in folio, ff. 238, anno 1469 manu Cornelii de Meera-Zeelan binis columnis scriptus; olim Francisci Viarii.

JOHANNIS DUNS SCOTI, ordinis Minorum, in Sententiarum librum primum quæstiones; initio mutilæ.

Incip. cum verbis "reddens finem," in edit. Lugd. 1639, tom. v. part. i. p. 6, l. 52.

In fine, "Explicit liber primus doctoris subtilis magistri Johannis Scoti, de ordine fratrum Minorum, sepulti in Colonia in choro fratrum Minorum, cujus anime propicietur Deus, scriptus et completus per manus Cornelii de Mera-Zeelan anno 1469, die septima mensis Marcii hora ferme 14, Padue, etc."

Sequitur tabula quæstionum, cujus fini adponuntur, "Cornelius scripsit; Domini Francissi Viarii est hic liber."

415.

Membranaceus, in folio, ff. 140, sec. xiv.; binis columnis exaratus.

GERVASII RICOBALDI de Ferraria, canonici Ravennatis, Liber, qui dicitur, Pomerium, sive chronicon totius orbis ex Hieronymo, Prospero, Mileto, Isidoro, Eutropio, Orosio, aliisque collectum, in partes sex distinctum, quorum tres priores ab orbe condito ad Christum natum, tres posteriores a Christo nato ad annum 1302 progrediuntur; cum prologo.

Tit. "Liber pomerium ecclesie Ravennatis."

Incip. prol. "Instancie tue," et exstat impress. in Murator. Rer. Ital. Scriptt. tom. ix. p. 105.

Tit. cap. i. "Tabula supputacionum annorum, ad quam recurere sepius opus est ut habeatur temporum succedencium scientia."

Incip. "A creatione mundi seu ab Adam."

Protulit in lucem Muratorius istius chronici partem, historiam scilicet Imperatorum Romano-Germanorum a Carolo Magno usque ad an. 1298, in Rer. Ital. Scriptt. tom. ix. col. 107, necnon Pontificum Romanorum a Petro usque ad an. 1295, *ibid.* col. 147.

Partes supradictæ in codice nostro inveniendæ sint, a fol. 102 b. ad 118 b, et a fol. 126 ad finem.

Præmittuntur,

a. Tabula capitulorum totius operis. fol. 1.

In calce, " Compilatum est autem hoc opus anno Christi m.cc.xcvii. ceptum Februario, finitum infra mensem quintum, studio et labore Ricobaldi Ferariensis, anno ij. papatus Bonifatii octavi."

b. Tabulæ Pontificum Romanorum, Antiochenorum, Hierosolymitanorum, Alexandrinorum et Ravennatum. fol. 12 b.

c. Tabulæ Imperatorum. fol. 13 b.

d. Genealogia regum Franciæ, et Principum Normannorum. fol. 15.

e. De synodis sex œcumenicis. fol. 15.

f. Brevis historia Maccabæorum, cum brevi historia Herodis regis et filiorum. fol. 15 b.

Præmittitur quoque Laurentii Barotti epistola ad abbatem Matthæum Ludovicum Canonicum, de auctore nostro. Dat. Ferrara, 4. August. 1784. *Italice.*

416.

Codex membranaceus, in folio, ff. 226, sec. xiv. ineuntis; binis columnis bene exaratus et ornatus.

1. Azzonis, Bononiensis Jurisconsulti, Summa in Justiniani Imperatoris codicis libros novem. fol. 1.

Tit. " Incipit prohemium ad Summam Codicis per dominum Açonem compositam."

Exstat impress. in folio, Basil. 1563, col. 1.

2. Ejusdem Azzonis in Institutionum libros quatuor summa. fol. 143 b.

Tit. " Incipit prohemium ad Summam Institutionum a domino Aço compositam."

Exstat ibid. col. 1065.

Defic. a verbis, " capitalia quedam non—" in edit. cit. col. 1164, l. 16.

3. Ejusdem in rubricas Digesti Veteris Summa. fol. 164.

Incip. abrupte, " non facit contrarium," in edit. cit. col. 1167, l. 23.

4. Ejusdem in rubricas Infortiati et Digesti novi Summa. fol. 168 b.

Exstat ibid. capitulis haud in eodem ordine dispositis, col. 1195.

Sequuntur [ejusdem?] commentarii in titt. 'de agricolis et censitis,' 'de senatoribus,' 'de officio proconsulis,' 'de officio legati.'

Incip. " Dictum est scilicet de aquaductu."

5. Ejusdem Summa in Novellarum sive Authenticorum librum, cum procemio. fol. 174.

Tit. " Incipit prohemium ad Summam Authenticorum, secundum Joannem cum additionibus."

Impress. exstat ibid. col. 1246.

6. Ejusdem Summa in Codicis tres libros posteriores. fol. 189.

Tit. " Incipit prohemium super Summa trium librorum."

Exstat ibid. col. 960.

Consentit cum edit. impress. ad rubricam, " De iis, qui ex officio, quod administraverunt, conveniantur," col. 1012, col. ii.; deinde ad fol. 200 b., procedit codex noster abrupte cum Summa in Infortiati rubricas, in edit. cit. col. 1195, ad col. 1197.

Sequuntur ad fol. 201 b. commentarii sive Summa rubricarum variarum, qui incip. " Sub rubrica primi vel de novo C. faciendo. Sub circa primi libri de novo C. faciendo parte exprimere."

In fine sunt commentarii in Codicis libri viii. rubric. ult. et lib. ix. priores.

Incip. lib. ix. " Et ff. demum et ho. Scripto, quod si quis accusator, ut extra."

7. Tractatus de feodis. fol. 213 b.

Incip. " Tractaturi de feudis primo videndum est, quod sit feodum, secundo unde dicatur."

Desin. " qui curiam vendidit, c. filius non pater."

In calce, " Explicit Summa usus feudorum."

417.

Codex membranaceus, in folio, ff. 124, sec. xv.; binis columnis scriptus.

Pauli de Venetiis in Aristotelis Posteriorum libros duo commentarii.

Incip. " Omnis doctrina et omnis disciplina; Iste est liber posteriorum Aristotelis, in quo determinat de sillogismo demonstrativo, postquam in libro priorum determinavit de sillogismo simplici."

Desin. " ad tollendum difficultatem sciendi quam incurrimus per peccatum, a quo absoluti per gratiam mereri valeamus eternam vitam ac sempiternam gloriam; Amen; Amen."

In calce, " Explicit lectura, sive notabile scriptum libri Posteriorum editum et traditum per excellentissimum et in orbe famosissimum magistrum Paulum de Venetiis, artium necnon sacre theologie doctorem egregium, ordinis fratrum Heremitarum beati Augustini, Deo gratias; Amen."

418.

Codex membranaceus, in folio, ff. 181, sec. xv. ineuntis; binis columnis scriptus.

1. Aristotelis de generatione et corruptione libri duo, anonymo interprete. fol. 2.

"Incipit liber de generatione et corruptione in simpliciter dictis."

Incip. "Cum due sint considerationes de mobili."

Desin. "in tercio et quarto de celo et mundo dicta sunt."

2. Ejusdem de animalium historia libri decem, anonymo interprete. fol. 28.

Incip. "Earum que sunt in animalibus partium hee quidem sunt incomposite."

Desin. "spasmi a dorso incipiunt."

In calce, "Explicit liber de ystoriis animalium; Deo gratias; Amen."

3. Ejusdem de motu animalium, ex antiqua versione. fol. 104.

Incip. "De partibus autem oportunis."

Desin. "consequens est de anima contemplari."

Cf. Bandin. catal. tom. iii. col. 238.

4. De gressu animalium liber, anonymo interprete. fol. 108 b.

Incip. "De motu autem eo quod alium."

Desin. "Reliquum autem de generatione dicere."

5. De partibus animalium libri quatuor, anonymo interprete. fol. 112.

Tit. "Intemptio hujus primi libri est de ingenio ad cognossendum naturas animalium et secundum quem modum sit considerandum in naturis ipsorum."

Incip. "Circa omnem theoriam et methodum."

Desin. "circa generationem ipsorum pertransire."

6. De generatione animalium libri quinque, interprete anonymo. fol. 142.

Tit. "Incipit liber primus de generatione animalium et eorum naturis."

Incip. "Quoniam autem de aliis partibus animalium."

Desin. "sed ex necessitate et propter quendam causam motivam."

In calce, "Explicit liber de animalibus, de nova translatione; Deo gratias: Amen."

Subjecit manus recentior omnium Aristotelis librorum de animalibus intentionum tabulam.

In fine, "Iste intentiones sunt posite secundum translationem Arabicam super libro animalium Aristotelis."

Præmittuntur, (a.) Notitia sequens, "Liber de animalibus; de proprietatibus et ystoriis eorum, pretii, duc. 3." (b.) Pauca de generatione; auctore "P. de V." forsan Paulus de Venetiis.

419.

Codex chartaceus, in folio majori, ff. 203, sec. xv; manu Jo. de Herane Francigenæ binis columnis scriptus.

Johannis Petri de Ferrariis, Papiensis, Practica Judicialis, cum procemio.

Incip. procem. "Quoniam vita brevis ac incerta qua fruimur."

Incip. opus; "Cum jure cautum sit, quod agens seu agere intendens."

Desin. "si fidejussor in fi. ff. qui satis mes. et l. Imperatores, ff. De app. cum sy. ergo, etc. Deo gratias Amen."

In calce, "Explicit praticha excellentissimi utriusque juris doctoris domini Campetri de Papia, de cujus complemento sit laus et gloria Christo; per manus Jo. de Herane, Francigena; Feltre locum dedit. Hic est finis vere, cupis laus dicitur esse."

In præfatione dicitur auctor opus istud composuisse anno 1400 in sui ipsius memoriam ac Manfredi filii, necnon procuratorum et notariorum civitatis Papiæ.

420.

Chartaceus, in folio majori, ff. 171, sec. xv., duabus columnis scriptus; olim fratrum S. Sebastiani de Venetiis.

[Bartholomæi de S. Concordio, de Pisis, Summa de casibus ad conscientiam pertinentibus, prævia præfatione.]

In calce,

"Finito libro referamus gratiam Christo. Deo gratias; Amen."

Sequuntur,

a. Tituli de Regulis Juris.

b. Extractum ex Directorio Juris de baptismo et confirmatione.

c. Abbreviaturæ Pisanæ, sive istæ quæ in Bartholomæi Summa reperiuntur.

d. De indumentis in missa utendis.

Præmittitur codici, "Questo libro sie de li poveri fratri di sancto Sebastiano in Venezia."

421.

Codex chartaceus, in folio, ff. 222, sec. xv., binis columnis haud una manu scriptus; olim Antonii Pĥe.

1. MARSILII AB INGEN, sive INGUEM, Alemanni, Quæstiones super Aristotelis libros de generatione et corruptione. fol. 1.

Extant impress. in folio, cum aliis super libros de generatione commentariis Venet. 1526, fol. 59.

In calce, "Expliciunt questiones libri de generacione magistri Marcilii de Alamannia."

Deinde, "Iste questiones sunt mey Anthonii Pĥe, quas emi a fratre Joh. de Colonia, ordinis sancti Augustini Predicatorum per ducatorum ducis............"

Sequitur tabula quæstionum.

2. Fragmentum commentarii in Aristotelis librum de anima primum. fol. 90.

Desin. "secundum dicta procedunt, rationes que fiebant, etc."

In calce, "Et sic est finis hujus tercii libri de anima; Amen."

3. BLASII DE PARMA in Magistri Petri Hispani artem logicam commentarius. fol. 99.

Tit. "In Christi nomine, Amen; Incipiunt questiones Magistri Blaxii de Parma super tractatus loyce Magistri Petri Hyspani."

Incip. "Questio principalis sit hec; Utrum dialectica sit scientia; Arguitur quod non."

Desin. "ex hoc sequitur falsitas sophismatis, ut patet, et hoc de primo articulo, et cetera. Per li Saidelli."

In fine, "Explicit hic codex per Simonis .quu. manumque; Deo gratias; Amen.
"Finito libro referatur gratia Christo."

422.

Chartaceus, in folio, ff. 129, sec. xv., binis columnis haud eadem manu scriptus; olim Johannis Sabatano.

1. BLASII DE PARMA, de Pelicanis, in Aristotelis de cœlo et mundo libros commentarii. fol. 1.

Incip. "Obmissis causis aliisque consueverunt [sic] inquiri in principiis aliorum librorum condescendam ad textum."

Desin. "hoc modo determinandum est de generatione et corruptione; etc."

In calce, "Explicit Summa super libro de celo et mundo compilata per famosissimum artium doctorem magistrum Blazium de Parma de Pelacanus in Bolonia."

2. Anonymi cujusdam, forsan ejusdem BLASII, in Aristotelis Parva Naturalia commentarii, scilicet in libros de sensu et sensato, de memoria et reminiscentia, de somno et vigilia, de longitudine et brevitate vitæ, de vita et morte. fol. 53.

Incip. "Circa materiam parvorum primo circa librum de sensu et sensato queritur, utrum de passionibus et operationibus animatorum."

Desin. "quamvis habeant laciores venas, hoc est propter magnitudinem corporis eorum, auctoritas patet."

In calce, "Et sic est finis questionum Parvorum Naturalium, etc."

3. JOHANNIS BIRIDANI in Aristotelis de physiognomia librum commentarius. fol. 111.

Incip. "Circa librum physiognomie Aristotilis queritur primum, Utrum per physonomiam potest haberi aliquid certum judicium de moribus hominum."

Desin. "Nec homo precognoscens futura assimilatur Deo quantum ad equalitatem; etc."

In fine, "Expliciunt questiones physognomie Aristotilis edite per magistrum Johannem Biridanum, cujus anima requiescat in pace, etc."

Præmittitur, "Emi pretio ducat. 3."

In calce est notitia per possessorem antiquum facta de pecuniis receptis, die 5 Maii 1449. *Italice.*

423.

Codex chartaceus, in folio, ff. 104, sec. xv.; duabus columnis scriptus.

ALBERTI DE SAXONIA, Augustiniani, in Aristotelis de cœlo et mundo libros quatuor commentarii.

Exstant impress. in fol. edit. Venet. 1520.

In calce, "Et sic est finis questionum super totalem librum de celo et mundo compilatarum per magistrum Albertum de Saxonia, episcopum Halunstardensem, juxta ea, que didicit Parisius a magistris suis in facultatibus arcium; Deo gratias; Amen."

Sequitur tabula quæstionum.

424.

Chartaceus, in folio, ff. 152, sec. xv.

1. JACOBI Siciliensis, sive de Sicilia, Lectiones in Aristotelis de anima libros tres.

Tit. "Scriptum super libro de anima......... Jacobum de Sicilia."

Incip. "In prima parte Aristoteles intendit."

Desin. "habet jussum, ut posit inspicere in ac. aq. etc."

In calce, "Explete sunt recoleciones super omnibus his libris de anima......artium et medicine doctorem magistrum Jacobum de Sicilia usque ad......partem......libri......sicut de residu.........magistrum Christoforum de Did................recolete per me magistrum Johanolum de Capa de Buza......artium...... studentem in......mccclxxxiii. xxv. Madii."

2. Ejusdem Jacobi super Aristotelis Metheororum libros duo commentarii. fol. 84.

Incip. "De primis quidem; etc. Iste est liber metheororum, in quo intentio Aristotelis."

In calce, "Expliciunt expositiones Jacobi de Sicilia super secundum librum Metheororum."

425.

Codex chartaceus, in folio, ff. 6 et 230, sec. xv.; olim cujusdam de familia, [forsan Ant. de Orlandis] quæ portabat aream quadrifariam diremptam, ex ostro atque argento, superposita coronide argentea cum aquila, alis extensis, nigra.

Johannis Petri Forzosii, seu Sforzosii, Summa de casibus, sive Speculum Conscientiæ, prævia capitulorum tabula per don Antonium de Orlandis compilata.

Tit. tab. "Tabula hujus operis per don Antonium de Orlandis edita."

Tit. operis, "Venerabilis decretorum doctoris D. Johannis Petri Forzosii Summa, sive conscientie speculum; De sex vitiis capitalibus incipit per don Antonium de Orlandis feliciter."

Incip. "Superbia secundum Thomam 22. q. clxij. § ad tertium, et etiam secundum archiepiscopum Florentinum in secunda parte Summe."

Deficit in tit. De Votis a verbis, "Item limita secundum eum ibi, ut scilicet......... perpetuo omnino——"

Præmittuntur versus duodecim elegiaci ad librum, qui incip.

"Vade liber properesque manus sub.........
Quos beat humanis lingua latina modis."

426.

Chartaceus, in folio, ff. 248, sec. xv.; binis columnis scriptus.

1. Gulielmi de Saliceto, Placentini, Summa conservationis et curationis. fol. 1.

Tit. "In nomine Domini nostri Yhesu Christi et matris ejus Virginis Marie, per quem prima causa voluit ostendere potentiam suam esse supra naturam et intra, liber Gulielmi Placentini de Saliceto in scientiam medicine et specialiter in operam sui, et Summa conservationis et curationis appellatur."

Exstat impress. Venet. 1489, et alibi.

2. Antonii Guaynerii, Papiensis, de venenis tractatus, prævia capitulorum tabula. fol. 124.

Tit. "Incipit tractatus de venenis editus per magistrum Antonium Guaynerii artium et medicine doctorem Papiensem."

Exstat impress. inter opera alia, Venet. 1497. fol. 113.

In calce, "Explicit tractatus de venenis per D. magistrum Antonium Guaynerii editus; Deo gratias, Amen."

3. Ejusdem Antonii de arthetica et de calculosa passione tractatus. fol. 146.

Tit. "Antonii Guaynerii Papiensis de artetica et calculose passionis [*sic*] ad magnificum Andream de Birago ducalem camerarium commentariolus."

Exstat ibid. fol. 80 b.

In calce, "Antonii Guaynerii Papiensis de arthetica et calculosa passione commentariolus ad magnificam Andream de Birago, ducalem camerarium, feliciter explicit; Deo gratias; Amen."

4. [Ejusdem] de febribus liber, prævia præfatione. fol. 187.

Incip. præf. "Summarium hoc de febribus in tres divisum est partes."

Exstat liber ibid. fol. 122.

5. Anonymi cujusdam "liber secundus, qui est de febribus et de hiis que sunt necessaria in curatione febrium et ejus divisione in sua genera et suas species;" cum tabula capitum xxxviii. præmissa. fol. 229.

Incip. cap. i. "Febris est calor naturalis alteratus in corde, ad quod est."

Deficit a verbis, "induat multociens in die camisiam infusam in aqua—"

427.

Codex chartaceus, in folio, ff. 132, sec. xv.; binis columnis scriptus.

1. Leonardi de Bertapalea, de Padua, Chirurgia, sive recollectæ super quarto Fen Avicennæ. fol. 5.

Tit. "Incipit Cirugia magistri Leonardi de Barthopalia una cum receptis suis."

Exstat impress. cum aliis de chirurgia tractatibus, in folio, Venet. 1539, fol. 219.

In calce, "Explicit et expliciunt hec dicta per magistrum Leohardum excellentissimum professorem, Cirogie de Barthapalea preceptorem meum, etc."

Deinde, "Istam cirogiam fecit scribere Wilhelmus filius Petri de Hagen in Hollandria, quod protestatur per manum scriptoris, qui hunc librum complevit in studio Paduano, anno lx. octavo, die vero xxviij. May; Laus Deo."

Præmisit manus recentior titulum istum, "Geronimi de Benedictis Verone chirurgus, opus fecit," et in fol. 4. notitiam, *Italice* scriptam, quæ incip. "Questo libero a composto M. Gerolimo di Benedeti da Verona, abitante in Padoa al tempo che S. Bartolameo da Bergamo a la sedio de Padoa 1509, qual fu fisico;" etc.

2. Anonymi cujusdam liber emplastrorum, pulverum, unguentorum, etc. fol. 81.

Incip. "Rememoracio quarundam medicinarum, que sunt apte cyrugie secundum sententiam Galeni."

3. MUNDINI DE LENTIIS, Florentini, de Anatomia liber. fol. 101.

Exstat sæpius vulgatus.

In calce, "Finit sic anathomia Mundini."

Deinde, "Finitur hec anathomia magistri mei Mundini, cujus anima requiescat in pace."

4. Anonymi cujusdam quæstiones medicinales. fol. 120 b.

Incip. "Dubitatur, utrum evacuatio possit fieri ante digestionem."

Desin. "quid sit dictum ad rationes ad oppositum adductas."

5. Modus faciendi balsamum. fol. 132.

Præmittuntur codici, *manu recentiori*,

a. Tabulæ quædam astronomicæ.

b. Tabula humani corporis, cum notitiis de venis.

428.

Codex chartaceus, in folio, ff. 74, sec. xv., binis columnis scriptus; olim cujusdam, qui portabat in scuto coccineo stellam octo radiorum auream.

Liber receptorum medicinalium pro oleis, lotionibus etc. ex auctoribus diversis collectorum, ordine alphabetico.

Tit. "Incipit Receptarium optimum medicine nec non [non]nullarum rerum ad egrotos spectantium."

Foliorum ordo per bibliopegi negligentiam mire confusus est.

429.

Membranaceus, in folio, ff. 159, sec xiv.; binis columnis exaratus.

Anonymi cujusdam in Gratiani Decretum commentarius, cum præfatione.

Incip. præf. "Cum multa super concordia discordantium canonum sint hactenus edita commenta prudentum, nec ipsorum perfecte."

Desin. "in quinta de jejuniis terminat, opere consummato in duobus capitulis de Spiritu Sancto."

Incip. liber, "*Humanum genus;* Tractaturus de jure canonico, quia altius ducto stilo expandit."

Desin. "in benedictione spirituali hujus laboriosi operis et operiosi laboris querens requiem in gloria sempiterna memor quia in legi veteri caput cum cauda jubetur offerri."

430.

Codex chartaceus, in folio, ff. 152, sec. xv., binis exaratus columnis.

1. GULIELMI [DE SALICETO], Placentini, Chirurgia, in libros quatuor distincta. fol. 1.

Tit. "Incipit cyrugia magistri Gulielmi de Placentia."

Exstat impress. Venet. 1502 et alibi.

In calce, "Explicit Cyrurgia M. Gulielmi Placentini de Saleto; Deo gratias; Amen."

2. Ejusdem GULIELMI Summa conservationis et curationis, sive de universali medicina libri quatuor. fol. 31.

Tit. "Incipit liber seu summa magistri Gulielmi de Placencia in scientia medicine et specialiter in operativa, que summa conservationis et curationis appellatur."

Exstat impress. Venet. 1489 et alibi.

3. Distinctio mensurarum et ponderum secundum Avicennam et Serapionem. fol. 152.

Incip. "Distinctio mensurarum et punderum diversificatur tribus modis."

4. Distinctio mensurarum et ponderum secundum ALSEIR, [ALSHARAVIUM?] et NICOLAUM. fol. 152 b.

Tit. i. "Distinctio punderum et mensurarum ex breviario Alseir."

Incip. "Et scias, quod ista distinctio mensurarum et ponderum non est in usu."

In calce, "Expliciunt pundera medicinalia secundum Nicolaum."

431.

Chartaceus, in folio, ff. 198, sec. xvi.

1. BERNARDINI SCODOBII, juris utriusque doctoris, Mutinensis, "ad Authenticam Habita C. ne fil. pro Pat. commentatio." fol. 1.

Adnotavit manus recentior, "longe his quæ impressa circumferuntur locupletiora."

Subjunguntur,

a. JOHANNIS FRANCISCI Bellentani Carpensis in opus supradictum ode.

Incip.

"Multum debuit ante Federico."

b. "FERRANDUS CASTALDUS Mutinensis ad lectorem," hexastichon.

Incip.

"Tu quicunque cupis studiorum nosce favores."

2. Ejusdem BERNARDINI Cautionum liber singularis, prævia præfatione. fol. 118.

Incip. præf. "Quoniam sepenumero usu evenire comperimus." Data est, kal. Mai 1541.

Incip. lib. "Si debitor impetraverit a principe."

3. Ejusdem Memorabilium liber, prævio prologo. fol. 138 b.

Incip. prol. "Masurium Sabinum inter veteres jureconsultos."

Incip. lib. "Baldus in rubrica C. Quomodo et quando judex, dicit judices."

4. Collecta ex lectionibus UBERTINI ZUCHARDI super Digest. titulos varios per Bernardinum Scodobium. fol. 151.

Tit. "Ex domino Ubertino Zuchardo legente Ferrariæ publice, ad cujus lectionem ego Bernardinus Scodobius cum ceteris scholaribus ibam, 1537."

5. Adnotationes ad omnes fere titulos primi libri Institutionum ex Jo. CASTRO-VITREO, per eundem Bernardinum collectæ; dat. 1536, die 2 Octobris. fol. 174.

6. "Pulcherrime annotationes D. PROSPERI PASETTI, doctoris ingeniosissimi et accutissimi, qui legebat Ferrarie publice anno Domini 1537, cujus gimnasium ego Bernardinus Scodobius frequentabam." fol. 188.

7. Adnotatio in tit. De fidejussoribus "ex domino JOH. BAPT. CAPITE-BOVE Mutinæ legente, m.d. xxxviij. die xxij. Januarii." fol. 192.

8. Adnotatio in tit. De Donationibus "ex doctore quodam Ferrarie legente, 1535." fol. 193.

9. Domini LAURENTII APINII Interpretatio in l. Edita, c. De edendo, 1538, 22 Novembris, Bononiæ. fol. 195 b.

432.

Codex chartaceus, in folio, ff. 38, sec. xv.

1. Canones abbreviati super tabulas Alphonsi. fol. 1 b.

Incip. "Si vis invenire motum capitis draconis."

2. Dichiaratione de canoni di D. Marc. Antonio Veneto; *Italice.* fol. 6.

3. ALPHONSI X. regis Castellæ tabulæ astronomicæ. fol. 11.

433.

Codex membranaceus, in folio, ff. 291, sec. xv., binis columnis nitide exaratus; olim "liber... ...ad usum .... ordinis eremitarum Sancti Augustini."

Homiliarum liber de diversis in SS. Scripturarum loca varia, auctore anonymo.

Incip. i. in istud, 'Erunt signa in sole et luna et stellis,' etc. "Pro hujus sancti et sacri evangelii historiali declaracione notandum quod tres conclusiones ad rectum judicium principaliter requiruntur."

Desin. ult. de jejunio, "ut crucifigamus vitam nostram cum concupiscenciis carnis orantes simul et deprecantes Dominum Yhesum Christum ut Ipse nos dignetur;" etc.

In fine est tabula homiliarum.

Sequuntur, *manu recentiori*, homiliæ duæ, scilicet de Verbo Dei et de beatitudine.

434.

Chartaceus, in folio, ff. 300, anno 1409 Paduæ scriptus.

Anonymi cujusdam in Gregorii papæ IX. Decretalium librum secundum annotationes.

Incip. "De Judiciis. *De quo:* Quero quod est judicium: Summiste describunt quod cum aptus."

Desin. "major, ut legatus, Ar. de officio legati, Dilectus."

In fine, "Explicit secundus liber Decretalium die 13 Julii 1409 Padue, in primo anno studii mey in jure canonico, inceptus die 21 Octobris."

435.

Chartaceus, in folio, ff. 276, sec. xv.; binis columnis scriptus.

1. ANDREÆ VENDRAMINI, Venetiarum ducis, responsum ad capitula per civitatis Paduanæ oratores sibi exhibita; dat. die viij. mens. Junii, indict. x. 1477. fol. 1.

2. PASCHALIS MARIPETRO, seu MALIPIERO, Venetiarum ducis, ad Andream Bernardum et Nicolaum Contarinum, Paduæ capitaneum, deliberatio ad consuetudinem spectans de bonis ob debita publica vel privata distinguendis; dat. die iiij. Decembris, indict. vij. 1458. fol. 2.

In calce, "1458 die xiv Decembris retulit Albertinus Tubeta magnifici domini Potestatis Padue publice stridasse et proclamasse in locis solitis et consuetis Padue effectualiter in omnibus, ut supra continetur, astante magna populi multitudine et in diebus merchati, sono duarum tubarum premisso."

3. [Christophori Mori, Venetiarum ducis, deliberatio de eadem materia;] dat. viij. Januar. indict. xv. 1467. fol. 3 b.

4. Francisci Foscari, Venetiarum ducis, deliberatio, ejusdem momenti; die penult. mens. Febr. indict. octav. 1444. fol. 3 b.

5. Nicolai Bolani et Dominici Bembo, provisorum, ad Bernardum Donatum, Paduæ potestatem, epistola; dat. Venet. 12 Sept. 1476. *Italice.* fol. 4.

6. Jacobi de Belviso, Bononiensis, super tit. de Matrimoniis Summa. fol. 5.

Tit. "Incipit summa super matrimonijs D. Jacobi de Belvixo, de Bononia."

Incip. "Quoniam in foro spirituali frequenter dubitationes, ymmo interdum quedam prolixitates, occurrunt."

In calce,
"Finito libro sit laus et gloria Christo
Amen."

Deinde, "Ego Jacobus complevi tractatum hunc de matrimoniis secundum d. Jac. de Belviso de Bononia, in anno nativitatis Domini nostri Yhesu Christi millesimo quatricentesimo sexagesimo, die duodecima mensis Novembris, in Portunaonis, in domo nostra, in chamera anteriori supra viam publicam, ad laudem omnipotentis Dei, totiusque curie triumphantis."

7. Aliquæ quæstiones disputatæ per doctores cum decisionibus suis. fol. 23 b.

Incip. i. "De jure cesso contra fidejussores fugitivi de carceribus: Questio talis est hic inserenda, quam habui Florentie."

8. Roffredi [Beneventani] de jure dotium lectura. fol. 24.

Incip. "De quibusdam utilissimis questionibus, que sepius in judiciis tractantur."

In calce, "Explicit lectura Rof. in materia dotium."

Deinde, "Anno Domini m.cccc.lx. die 22 mensis Novembris ego Jacobus perfeci et in purgatione quadam existente facta per magistrum Petrum de Francia."

9. Dictionum, quæ in jure canonico maxime frequentantur, expositiones, ordine alphabetico. fol. 28.

In initio codicis intitulantur, "De verborum significatione domini Jacobi de Belviso."

Præfigitur unicuique litteræ distichon, quorum prius ita legitur,
"Alpha sub altivolis aquilis se prodit et omnes
Explicit hic vires officiumque suum."

Incip. "A. Interdum dictio ponitur causative ut in Decretis xxvij."

Desin. "Zoylus. Similiter hoc est proprium nomen viri, ut C. de heredibus instituendis, l. Cum proponas."

In calce, "Completum per me Jacobum de Mitisaspris de Portunaonis anno Christi optimi millesimo quatricentesimo sexagesimo septimo die 14 mensis Augusti, scilicet in vigilia assumptionis beate Virginis, in mane et in contrata columbinorum, tempore exilii mei et meorum absque causa, etc. Et hoc exercicii causa scribere constitui ad utilitatem meam et meorum successorum."

10. Bartholomæi Cepollæ, Veronensis, Reportata super tit. De verborum significatione. fol. 203.

Tit. "Reportata clarissimi juris utriusque doctoris domini Bartolomei Zepola super titulo de verborum significatione."

Incip. "Glossa super rubrica habet duas partes, in prima continuat istum titulum ad precedentes."

Desin. abrupte in verbis, "Quero primo, quia hæc fit mentio de ——"

436.

Codex chartaceus, in folio, ff. 57, sec. xv.; binis columnis exaratus.

1. Johannis de Sacro-bosco, sive Halifax, liber de sphæra. fol. 1.

Tit. "Tractatus spere Johannis de Sacro busco Anglici foeliciter incipit."

Exstat impress. Lutetiæ, 1564.

In fine, "Tractatus spere magistri Johannis de Sacro busco Anglici finit, cum Dei laude; die v. Novembris 1468."

2. Johannis Hispalensis liber theoricæ Planetarum, cum figuris. fol. 8.

Tit. "Incipit liber theorice Planetarum compilatus a magistro Johanne Ispalensi, et primum de sole."

Incip. "Circulus eccentricus dicitur vel egressio cuspidis."

In calce, "Liber theorice Planetarum compositus a Johanne Ispalensi finit cum Dei laude, este die 29 Novembris 1468."

3. Jacobi de Dondis, Patavini, Planetarium, præviis expositionibus ab anonymo quodam confectis. fol. 13.

Incip. expos. "Cum plures et varie tabule ad celestes motus composite sint et nonnulle veluti Toletane."

Desin. " ad hoc aptum prout in eorum docetur canonibus; Finis cum Dei laude 1468, 17, viiij.bris."

4. Canones varii Astrolabii utilitatem declarantes. fol. 50.

Incip. " Cum plurimi ob nimiam quandoque accurationem et magnam scriptorum sententtiam canones astrolabii utilitates declarantes."

Desin. " latus umbre extense et numerus punctorum, que sunt inter lineam fiducie."

437.

Codex membranaceus, in folio, ff. 40, sec. xiv. exeuntis; olim Hieronymi Justiniani.

1. S. Hieronymi, presbyteri, adversus Jovinianum libri duo. fol. 1.

Tit. " Incipit liber beatissimi Jeronimi doctoris eximii contra Jovinianum."

Exstat impress. in edit. Vallars. tom. ii. p. 237.

In fine descripsit manus recentior Lentuli epistolam ad Romæ Senatores de Jesu Christo.

2. Ejusdem Hieronymi de viris illustribus liber, prævia præfatione. fol. 35 b.

Deficit a verbis, " de fato vel contra mathematicos—" in edit. cit. tom. ii. col. 883, l. 33.

438.

Membranaceus, in folio majori, ff. 412, sec. xv. ineuntis, binis columnis nitide manu Silvestri Plenus-amoris exaratus.

Titi Livii, Patavini, Historiarum decades secunda et tertia, e Latino in Gallicum sermonem translatæ, [interprete forsan Petro Berchorio.]

Tit. "Cet la seconde decade de Titus Livius."

Incip. dec. ii. " Il me plaist a parler en une partie de mon oeuure de ce dont pluseurs autres escriptures ont parle."

Desin. dec. iii. " et li dihomme manderent supplicacions par deux jours pour cause de celles maladies par tous marchiez et par tous lieux publiques."

In calce, " Cy fenist le neufiuesme liure de la tierce decade de Titus Livius."

Deinde,

" Le nom de le scripuain . est Seuestre damour plain,
Et le sein nom est durant . qui tousiours endure endurant,
Aussi fault il moult endurer
Qui en cest monde veult durer."

439.

Codex chartaceus, in folio majori, ff. 195, sec. xv.; binis columnis manu Jacobi. . .Christiani de Rey Merzwael scriptus.

Jacobi Foroliviensis in Hippocratis aphorismos commentariorum liber.

Exstat sæpius impressus.

Sequitur "tabula quæstionum, quas disputavit magister Jacobus Forliviensis super lectura afforismorum."

In calce, " Est igitur finis questionum per Jacobum Forliviensem disputatarum super lectura Afforismorum extra litteram, etc. Scriptum per manus Jacobi fratris Christiani de Rey Merzwael; Deo gracias. Zeelant brult."

440.

Chartaceus, in folio majori, ff. 246, anno 1464 binis columnis Paduæ scriptus.

Avicennæ Canonis de medicina liber tertius, [per Gerardum Cremonensem] Latine versus, prævia tractatuum capitulorumque tabula.

Tit. " Liber canonis tercius Avicenne de egritudinibus particularibus, que fiunt in membris hominis a capite usque ad pedes manifestis et occultis, continens 22 Fen, que complectuntur quinquaginta et quatuor tractatus."

Exstat impress. Venet. 1582, fol. 181.

In calce, " Divinum et admirabile opus hoc libri tercii magni canonis summi medicorum ac gloriosissimi principis Avicenne exscripsi a die Veneris 29 Marcii usque ad diem 16 Augusti sub anno a nativitate Domini 1464, quod opus me scribere fecit magister Laurencius doctus Tarvisinus, arcium doctor et studens in medicina sub anno quarto sui studii in medicina Padue; cui ut liber hic honori maximo et lucro opulentissimo futurus sit Deum optumum ac omnium benefactorem obsecro, cui laudes sint innumerabiles, Amen."

441.

Chartaceus, in folio majori, ff. 296, sec. xv.; binis columnis scriptus.

Anonymi cujusdam liber practicæ medicinæ, seu de sanitate conservanda, in quo de morbis et curationibus eorum tractatur, in capitula 139 distinctus, præviis præfatione et tabula.

Incip. præf. " Oportet eum, qui vult esse magister et artifex perfectus in artibus activis."

Desin. " et quia de sanacione multi multipliciter tradiderunt ex quorundam eorum dictis aliqua recolegi."

Incip. opus, "De alopicia et tixia videnda quatuor, primo de essentia, secundo de causis, tertio de signis, et quarto de cura."

Desin. cap. ult. quod est de febre quotidiana, "dispositis ejus uno tempore, quandoque alba, quandoque rubra."

442.

Codex chartaceus, in folio majori, ff. 174, sec. xv.; binis columnis scriptus.

Frederici Petrucii de Senis disputationes, quæstiones et consilia super casibus ad jus canonicum spectantibus, præviis tabula et præfatione.

Tit. tab. "Hec est tabula super disputacionibus, questionibus et consiliis domini Frederici de Senis per titulos Decretalium, et primo de constitutionibus."

Incip. præf. "In nomine Domini nostri Jhesu Christi ejusdemque matris sanctissime Marie virginis gloriose suffragiis invocatis; Incipiunt questiones disputate, concilia reddita ad consultationes, responsa interdum allegando sed ut plurimum consulendo, ad collationem habite cum juris utriusque doctoribus per dominum Fredericum de Senis, Decretorum doctorem."

Exstant impress. Rom. 1472, et alibi.

In calce, "Et sic est finis, laus Deo, Amen."

Deinde, "Expliciunt disputationes, questiones et consilia eximii doctoris Decretorum domini Frederici de Senis, etc. Deo gratias."

443.

Chartaceus, in folio majori, ff. 171, sec. xv.; binis columnis manu Theodrici de Hollandia scriptus.

Albohazen Haly, filii Abenragel, liber de judiciis stellarum, "quem Jhuda filius Muce, precepto domini Alphonsi Romanorum et Castellæ Dei gratia regis illustris, transtulit de Arabico in maternum, videlicet Hispanicum idioma, et quem Ægidius de Tebaldis, Parmensis, aulæ imperialis notarius, una cum Petro de Regio, ipsius aule protonotario, transtulit in Latinum."

Exstat impress. nonnullis variantibus in folio, Basil. 1571.

In calce, "Theodricus de Hollandia morans in Ytalia ad habendum victualia scripsit hec et alia; Penna precor siste, tenuit labor iste satis te."

Deinde, "Hic explicit liber completus in judiciis stellarum quem composuit Albolhaçen Aly filius Abenragel, de quo laudes et grates ago per sempiterna secula, Deo Patri, Deo gratias. Scriptum in domo venerabilis domini Johannis de Siega juris utriusque doctoris canonici Paduani; etc."

444.

Codex chartaceus, in folio majori, ff. 201, sec. xv.; binis columnis scriptus.

1. Anonymi cujusdam in Decretalium librum quintum commentarii, ex. Jo. Andreæ, Franc. Zabarellis, Goffredo [de Trano], Jacobo [de Zocchis], et aliis confecti. [mutil.] fol. 1.

   Incip. præf. "Liber iste continuatur," etc. ut inter Fr. Zabarellis opera invenitur.

   Incip. comment. "Si legitimus; Breve sed per alia verba h. d. Prius discutitur accusatoris persona."

   Deficiunt a tit. ĩ. § xiii. usque ad tit. xxxviii. § xii.

   Desin. "ut ibi notatur in glosa hic apparet et per archid."

2. Ejusdem? in Bonifacii VIII. regulas juris commentarius, [præcipue ex Francisco de Zabarellis.] fol. 73 b.

   Incip. "De continuatione hujus rubrice;" etc. "*Olanis;* Oppono quod non procedat regula."

3. Antonii de Rosellis in Rubicam, Concordantia discordantium canonum, commentarius. fol. 80.

   Incip. "Ista rubrica habetur duobus modis."

   Desin. "Ego autem ista plenissime scripsi in prohemio Decretalium; Dominus Anthonius Rosellus."

4. Anonymi in Gratiani Decreti causam secundam integram et tertiæ quæstionem primam commentarius. fol. 83.

   Incip. "Quidam episcopus; Hec causa secunda continuatur per magistrum Gracianum."

5. Anonymi in Clementinarum titt. i—iii. § 4. commentarius. fol. 178.

   Incip. præf. "Quoniam hic non orandi sed jura canonica interpretandi."

   Incip. comment. "Johannes; Nota quod ubi superior scribit inferiori."

445.

Chartaceus, in folio majori, ff. 244, anno 1462 manu Leonardi Montaldi, Januensis, duabus columnis scriptus.

Hugonis Bentii, Senensis, in Hippocratis Aphorismos commentarii, prævia præfatione.

Exstant impress. in folio, Venet. 1523.

In calce, "Explicit sexta et ultima particula Afforismorum secondum modernorum principem medicorum magistrum artium et medicine monarcham, dominum Ugonem Senensem."

"Opere finito. Sit laus et gloria Christo."

Deinde, "Scriptum per me Leonardum Montalduno Januensem, anno Domini 1462 die viiij. Decembris mensis, cum calor me multum ymo intense infestaret, ut pene calamum in manibus tenere poteram.

Aristotilles dixit amicis suis, Et bene menti trade, O amici, nullus amicus.

Scribere qui nescit nullum putat esse laborem. Amen."

446.

Codex chartaceus, in folio majori, ff. 211, sec. xv.; binis columnis descriptus.

1. Anonymi cujusdam, forsan MICHAELIS DE ALLODIO, in Galeni Micro-tegni sive artem parvam glossæ. fol. 1.

   Incip. "Tres sunt omnes doctrine; etc. Rejectis multis ambagibus in hujus et aliorum librorum exordiis."

   Desin. "ex hiis notis vel quia infra in aliis declarabitur."

   In calce, "Sciendum, ut supra, quid Michael de Allodio."

2. Anonymi cujusdam in Galeni librum supradictum quæstiones. fol. 41.

   Incip. "Queritur primo utrum tantum tres sint omnes doctrine ordinarie; arguitur primo quod non; quot sunt questiones tot sunt doctrine."

   Deficiunt a verbis, "per fortem ymaginacionem affeccionem in verum et prolificum sperma convertere."

   Sequuntur "Latitudinum" humani corporis tabulæ.

447.

Chartaceus, in folio majori, ff. 258, sec. xv.; binis columnis scriptus.

BARTOLI A SAXOFERRATO, Jurisconsulti, in Justiniani primam partem Infortiati, seu Digestorum Juris civilis tomi secundi, commentarius.

Exstat impress. inter opera Basil. 1588, tom. ii. p. 1.

In calce, "Explicit lectura prime partis Inforciati, edita per dominum Bartholum de Saxoferrato, doctorem legum profundissimum; Deo gracias."

448.

Codex chartaceus, in folio majori, ff. 201, sec. xv.; binis columnis exaratus.

BARTOLI A SAXOFERRATO, in Digesti Novi, seu Juris civilis tomi tertii, partem primam commentarius.

Impress. inter opera, Basil. 1588, tom. iii. p. 1.

In calce, "Explicit prima pars lecture domini Bartoli super ff. novo, etc. etc. Deo gratias Amen."

449.

Membranaceus, in folio, ff. 192, sec. xv. ineuntis.

1. JACOBI DE LA LANA, in Dantis Comœdiæ partem primam, quæ dicitur Infernus, commentarius per Gulielmum de Bernardis Latine versus, prævüs prologis. fol. 1.

   Incip. prol. i. "Liber iste dividitur in tres partes principales, quarum prima appellatur Infernus et continet capitula 34."

   Incip. prol. ii. "Ad intelligentiam presentis chomedie secundum quod Expositores in scientiis perutuntur, quatuor sunt notanda."

   In prologo isto inserta sunt Boson. de Ugobbio comœdiæ epitome et Petri Dantis de eadem carmen, quæ ambo impressa exstant in edit. Florent. 1830, tom. v. p. 269.

   Incip. text. expositio, "Nel meço del camin, etc. In primis duobus capitulis presentis chomedie auctor prohemizat et ostendit dispositionem."

   Desin. "Studeat in prima parte fratris Thome de Acquino questio 44, ubi ob declarationem ejusdem venerabilis doctoris cognoscet integre veritatem."

   In fine, "Hic finit tractatus Inferni Dantis Adhigherii cum glosa secundum Jacobum de la Lana, quam siquidem glosam ego don Guilliellmus de Bernardis reduxi de lingua vulgari in literratam prout superius continetur, curente anno Domini m.ccc.xlviiij. indictione secunda."

   Consentit expositio nostra cum versione ista Italica per Vindelin de Spira an. 1477 impressa et Benvenuto de Ymola adscripta.

   Sequitur,

   "Est liber expletus sum Christi munere letus,
   Grates sint Danti, devotio magna paranti,
   Propter opus scriptum Yhesum laudo benedictum.
   Amen."

2. Ejusdem JACOBI, sive cujuscumque sint, in Dantis Purgatorium commentarii, prævia præfatione, per Albericum de Rosata Latine redditi. ff. 101—110 b., 92—100.

Incip. præf. "Notandum est quod licet sequentes chomedie dicantur tractare de purgatorio et contentis in ipso."

Incip. comment. "*Per corer miglio*, etc. Vult dicere auctor quod a divino intendit tractare de melliori et altiora (*sic*) materia."

Desin. "sicut dictum est in precedenti 32° capitulo per plantam intelligitur lignum vite et obedientie, que planta per inobedientiam primi parentis decoriata fuit."

3. Ejusdem JACOBI, sive cujuscumque sint, in Dantis Paradisum commentarii, prævio prologo, per eundem Albericum Latine versi. fol. 122.

Incip. prol. "Gloria etc. Gloria et divitie in domo;" etc. ut in edit. 1477.

Desin. prol. "quod non est aliud dicere nixi impossibille. Hiis visis accedendum est ad expositionem textus."

Incip. expos. "La gloria; Iste primus motor est Deus, qui totum movet."

Desin. "quod erat impossibile alicui creature ad hoc videndum et recessit ab istis in illo amore, Qui vivit in secula seculorum, Amen."

In calce, "Explicit liber comedie Dantis Alligerii de Florentia per eum editus sub anno Dominice Incarnationis m.ccc. de mense Marcii, Sol in ariete., Luna nova in libra. Qui obiit in civitate Ravene die festo sancte Crucis de mense Septembri, anni Dominice Incarnationis mccc.xxi, cujus anima in rosa Paradissi, de qua cum tanto affectu loquutus est collocetur."

Deinde, "*Iocredo;* Hoc commentum totius hujus chomedie composuit quidam [*erasit manus recentior nomen* Jacobi de la Lana et *imposuit* magister Benvenutus] Bononiensis licentiatus in artibus et theologia, fillius fratris Filipi de la Lana, ordinis Gaudentii, quod fecit in sermone vulgari Tusco, et quia talle ydioma non erit omnibus notum, ideo ad utilitatem volentium studere in ipsa chomedia transtuli de vulgari Tuscho in gramaticam literaturam ego Albricus de Roxata, dictus in utroque jure peritus Pergamensis; si autem defectus aliquis foret in hujusmodi translatione maxime in astrologicis demonstrationibus vel algorismo veniam peto, meque et aliqualiter excusent deffectus exempli et ignorantia dictarum scientiarum; Ipse enim dominus Jacobus commentator in fine sui operis subicit, et prudenter et bene subicit, quecumque scripsit in ipso correptioni sancte ecclesie Romane catolice, approbans omnia que cum ipsa ecclesia concordant, et reprobans omnia, que contra determinationem ejusdem sancte ecclesie apparent, volens tallia haberi debere pro non dictis nec scriptis tanquam bonus et catholicus Christianus, et ideo subdit. *Jocredo*, etc."

Sequuntur odæ et versus magistri ANTONII Ferrariensis.

Incip. i.

"Acç co che parte sieno computite
Le lode chetifo compiato amaro
E chemi doni adoperar vertute
Io giuro in sullo tuo sacro santo altaro."

Desin.

"M.ccc. fi questo proposto
Quaranta apresse cum gracia de sianca
A xx, di domeniga d'Agosto;
M. Antonio de Ferara."

Incip. ult.

"Si legger Dante mai caso machagia
Jo. Alberto Todescho che abandoni."

Desin.

"Et atradito ognum che lui speraua
Et perdinari a fatto Ytalia schiaua."

Deinde versus quatuor proverbiales, qui incip.

"Vir videas, quod tu jubeas, dum magnus haberis."

450.

Codex membranaceus, in folio, ff. 111, sec. xiv.; partim scilicet manu Benedicti de Verona anno 1384 binis columnis exaratus; olim forsan cujusdam e familia de Destainiis, cujus insignia gentilitia in fronte videntur.

1. "C. Julii Cæsaris historia" ex Suetonio, Lucano, aliisque per LUDOVICUM, comitem de Porcilia, civitatis Vincentinæ capitaneum, confecta; *Gallice.* fol. 1.

Incip. "Chascun hom a qi dex a done reison et entendement se doit pener qil negast le tems en occiose vie eqe il ne vive come beste qe est endinee et obeisant a son ventre tant solemment."

Cf. comment. Cæsaris per J. Duchesne traductos, cujus cum prologi initio consentit fere initium codicis nostri.

Desin. "Ne onqes nul ne morut a sa mort li un moroient en bataille, li autres morent en mer, Tiex jot qi se ocistrent de lor greffes meesmes dont il orent ocis Cesar."

In fine, "Ci fenist le varaie histoire Jullius Cesar."

Deinde, "Explicit istoria Jullii Cesaris domini Lodovici comitis de Porcilia honorabilis capitanei civitatis Vincentine pro magnifico domino domino Antonio de la Scala, Verone et Vincentie imperiali vicario generali; Et dictum opus expletum fuit per magistrum Benedictum scriptorem de Verona; de millesimo ccc°. octuagessimo quarto, vij. indictione, die Veneris primo Aprilis."

Præmittitur ÆNEÆ SAVERII DE PORZIA ad abbatem Canonici epistola de istius historiæ scriptore; dat. Porzia, 3 August. 1792: *Italice.*

De eodem auctore necnon de codice nostro consulat lector Liruti "Notizie delle vite ed opere scritte du letterati del Friuli" Venez. 1760, tom. i. p. 301.

2. Anonymi cujusdam, ni nomen ejus sit Senes, de Hectore carmen; *lingua Provinciali scriptum.* 102 b.

Incip.
"Nos trovons por escripture
Che Hercules outre nature
Fu fier, ardis, sortut e grans
Sage legers et sor puissans."

Desin.
"Por la Deu grace e de mun sire
Est finis le liure descrire
De Hector au cor vaillant
De Hercules le sor puissant
Coment audens furent en champs
Hector tua le fier Jeans
Senes le scrit scriptor nomes
Cui Diex doint vie e saintes."

Deinde,
"E plante de monoie
E damor complie joie;
Deo gratias; Amen."

451.

Codex chartaceus, in folio, ff. 175, sec. xv., haud una manu scriptus.

1. ARNALDI DE VILLA-NOVA, seu Villanovani, Breviarii libri quatuor, prævio prologo. fol. 1.

Inscribuntur, "Ego Arnoldus de Villa Nova, domini pape physicus, aggregavi florem omnium philosophorum medicine super omnes egritudines, que in humano corpore nasci possunt a capite usque ad plantam pedis secundum quod veri physici probaverunt et pro parte probavi vel per probatas et fide dignas personas probata accepi."

Exstant impress. inter opera, Basil. 1585, col. 1055.

In fine, "Explicit liber quartus cum nova additione Arnoldi de Villa Nova, Deo gracias; Amen. Arnaldus nova de villa condidit ista; Finitum 1443 die xix mensis Julii."

Sequuntur, a. Tabula capitulorum totius operis, cujus in fine "Et sic est finis practice majoris Arnoldi de Villa Nova ad papam, etc."

b. Additiones quinterni uniuscujusque libri; quæ incip. "Syrupus magistri Johannis de Perusio valens ad generandum leticiam."

Desin. "in colicam vel ylyacam passionem de facili facere cadere, etc."

In calce, "Explicit liber Arnoldi de Villa nova; Deo gratias, 1441."

c. "Pillule gloriose."

2. [ANTONII DE GUAYNERIIS, Papiensis,] de peste liber in tractatus duo distinctus, prævia præfatione ad Philippum Mariam de Vicecomitibus, ducem Mediolanensem. fol. 127.

Exstat impress. inter opera, edit. 1497, ff. 96 b.—111 b.

3. [Anonymi cujusdam in Galeni Tegni seu artem parvam commentarius.] fol. 160.

Incip. "......Avicenna primo canone Fen."

Deficit a verbis "et in secunda parte determinat, etc."

452.

Codex chartaceus, in folio, ff. 263, sec. xv., anno scilicet 1463, manu Cornelii de Zeelandia binis columnis scriptus.

1. FRANCISCI DE SENIS, sive cujuscumque sit, in Porphyrii Isagogen commentarius, præviis prologis duobus. fol. 1.

Incip. prol. i. "Maxima et incredibili gloria virorum illustrium judicio me dignissimum arbitrarer."

Incip. prol. ii. "Quanta denique juxta ea que ad commendacionem logice dicta sunt."

In fine, "Magister Franciscus de Senis."

Incip. comment. "Cum sit necessarium Grisarori, etc. Iste est liber universalium Porphirii introductorius."

Desin. "non autem ut dividit genus aut constituit speciem, etc. et sic est finis; Amen."

In calce, "Burghængen: Finita completa atque incepta per me Cornelium de Mera necnon de Zelandya anno Domini m°.cccc°. 63°. dominica prima post festum sancti Sebasti 20 die mensis Januarii in domo magistri Johannis Calderie Venetiis hora ferme 22 ad laudem Dei Amen. Expliciunt universalia; Ave Maria; Amen."

Deinde,
"Qui scripsit hec scripta . sua dextera sit benedicta;
Explicit hic totum . de vino da michi potum;
Laus tibi sit Christe . quoniam explicit liber iste:
Finito libro . reddatur laus et gloria Cristo;
Detur pro penna . scriptori pulcra puella;
In fine laboris reddatur precium operantis;
Deo Patri altissimo,
Pio et benignissimo,
Cuntisque devotissimo;
Referatur gratia; Amen, Amen;
Ihesus Maria; Iohannes; Amen."

2. Pauli de Venetiis, sive cujuscumque sit, ordinis S. Augustini, in Aristotelis prædicamenta commentarius. fol. 79.

Incip. præf. "Iste est liber Predicamentorum Aristotelis, in quo determinatur de ordine predicabilium."

Desin. "et instans est pars diffinitionis temporis; etc."

In calce,
"Et sic est finis sit laus et gloria Trinis."

Deinde, "Finitum et completum per me Cornelium filium Wilhelmy de Mera, necnon de Zeelandya, anno Domini m.cccc.lxiij. ix. die post festum Sacramenti ad laudem sancte Trinitatis."

In calce fol. 98 notatum est, "Et in hoc finitur expositio ante prædicamentorum Aristotelis data per me fratrem Paulum de Venetiis, sacre theologie professorem humilem, ordinis fratrum heremitarum sancti Augustini, in florentissima universitate Parisina; Amen; Amen."

453.

Codex chartaceus, in folio, ff. 212, sec. xv.; binis columnis scriptus.

[Bartholomæi de S. Concordio, Pisani, ordinis Prædicatorum,] summa de casibus ad conscientiam pertinentibus.

Exstat impress. Paris. 1470 et alibi.

Sequuntur,

a. Tabula abbreviationum.

b. Index rerum alphabeticus.

454.

Chartaceus, in folio, ff. 149, sec. xv.; olim, ut videtur ex gentilitiis insignibus præmissis, cujusdam e familia de Prioliis, de Venetiis.

Johannis Blanchini, mathematici, Bononiensis, Canones tabularum et tabulæ de motibus Planetarum et ipsorum latitudine, prævia ad Fredericum III. Imperatorem epistola.

Tit. "Incipiunt canones tabularum Joannis Blanchini, Bononiensis, de motibus planetarum et ipsorum latitudine."

Inscribitur epistola, "Cristianissimo imperatori Frederico tercio, Romanorum que regi semper Augusto, Austriæ et Stiriæ duci, etc. Johannes Blanchinus factor generalis illustris principis et excelsi domini domini Borsii Mutinæ et Regii ducis, Estensis marchionis, Rodigiique comitis ac Ferrarie domini etc. sese humillime commendat."

Incip. "Cum nuper majestas tua, serenissime Cesar, proprio ore ex me fidelissimo."

Incip. canon. i. "Ptholomeus, qui merito illuminator divine artis astrologie."

Desin. "tabulæ reperies cum regulis supra scriptis; et hoc sufficiat tibi, etc."

Exstant, teste Mazzuchellio, impress. Venet. 1495, et alibi.

In fine, "Expliciunt, canones super tabulas excellentissimi viri domini Johannis de Blanchinis artium doctoris necnon in armis militis et strenuissimi factoris generalis, illustrissimi principis divi Brosii ducis Mutinæ, regii comitis Rodigii, marchionis Estensis et Ferrariæ, anno 1458 die 17 Januarii per manus mei Galieri Loen de Turuhout in artibus doctoris et in medicina studentis pro tunc in venerabili universitate Ferrariensi. Laudetur igitur de his Deus, qui sua clementia hoc canones finire dignatus est, quem oro ut me ita finire permittat tabulas predicti domini Johannis sua clementia; Amen."

455.

Codex chartaceus, in folio, ff. 6 et 270, sec. xv., binis columnis scriptus; olim cujusdam qui portabat in parmula coccinea arborem radicitus evulsam.

1. Bernardi de Gordonio, liber, qui dicitur Lilium medicinæ, in septem partes distinctus, cum prologo. fol. 1.

Exstat impress. Lugd. 1574.

In calce,
"Hoc opus exegi quod nec Jovis ira nec ignis,
Nec ferum nec edax poterit abolere vetustas."

Deinde, "Explicit per Damianum de Garbaciis 1454, die xvj. Marcii, ad laudem Altitonantis; Amen. Cujus liber est iste."

Præmittuntur,

a. De causis tetrastichon. fol. 2*.

Incip.
"De qua res trahitur dicatur materialis."

b. De diminutione versus. fol. 2*.

Incip.
"Prima secunda dies omnibus prestantque quietem."

c. Versus ad medicos. fol. 2*.

Incip.
"Si, medice, vellis putridæ cognoscere causas."

d. "Conditiones necessariæ medicis." fol. 2*.

Incip.
"Clemens accedat medicus cum veste polita."

e. Aliæ, ejusdem fere momenti. fol. 2*.

Incip.
"Cum dolet infirmus medicus sit pignore firmus."
In fine,
"Dat Galienus opes, dat Sanctio Justiniana
Ex aliis paleas, ex istis collige grana."

f. Versus de ordine calidorum, frigidorum, etc. fol. 2* b.
Incip.
"Ordo calidorum que sunt in corpore nostro."

g. Tabula capitulorum Lilii medicinæ. fol. 3*.

h. Distinctiones febrium et humiditatum. fol. 5* b.

i. Divisio corporum, et definitiones variæ medicinales. fol. 6*.

2. Gentilis de Fulgineo de balneis tractatus. fol. 154 b.
Tit. "Tractatus Gentilis de Fulgineo de naturis balneorum nos circumstancium et de virtutibus eorum et de temporibus ipsa visitandi."
Exstat impress. in edit. Venet. de Balneis, p. 181.
In calce est nota de diebus creticis.

3. Bernardi de Gordonio de prognosticis liber in particulas quinque distinctus, præviis procemio et capitulis. fol. 156.
Exstat impress. edit. Lugd. 1573, p. 993.
In calce, "Et hic terminatur tractatus de pronosticatione et de diebus creticis Bernardi de Gordonio; Τέλος."
Præmittuntur Gerardi Cremonensis de febribus versus decem heroici.

4. Ejusdem Bernardi de ingeniis curandorum morborum liber, prævia tabula. fol. 182.
Exstat impress. ibid. p. 981.
Tit. "Tractatus tabule ingeniorum curandi morbos Bernardi Gordensis."

5. Anonymi cujusdam de regimine acutorum liber. fol. 184 b.
Tit. "Tractatus de regimine acutorum."
Incip. "De cibis et potibus preparandis infirmis videamus, et qualiter earum malicia reprimatur."
Desin. "mirtus, camphora, etc. et hec jam sufficiant."

6. Bernardi de Gordonio de graduatione medicinarum tractatus, præviis capitulis. fol. 188.
Tit. "Tractatus de graduatione medicinarum Bernardi Gordensis."
Incip. "Doctrinam de gradibus intendimus triplicem ordinare."
Desin. "sed non bene sensu distinguibiles."
In calce, "Explicit doctrina de gradibus secundum Bernardum de Gordonio."

7. Libellus de regimine acutorum morborum Bernardi de Gordonio. fol. 192 b.
Exstat impress. Lugd. p. 964.
In calce, "Finis tractatus de regimine acutorum morborum B. G."

8. Ejusdem Bernardi de phlebotomia liber unicus, prævia præfatione. fol. 196.
Tit. "Tractatus valde singularis Bernardi de Gordonis de flobotomia, de ventosis, sanguisugis et cauteriis."
Exstat impress. ibid. p. 667.
In calce, "Completus est tractatus de flebotomia, et ventosis et sanguisugis et cauteriis Bernardi de Gordonio. λαυσ ΔΕΟ, παξ ομνιβυσ, υιτα ετερνα δεφοντισ, αμεν."

9. "Tractatus Gentilis de Fulgineo de complexione, compositione, proportione et dosi invenienda medicinarum solutivarum." fol. 208.
Exstat impress. in Avicennæ canon. vol. iv. p. 103.
In calce, "Explicit tractatus Gentilis de Fulgineo de proporcionibus medicinarum ad invicem miscendarum et de modo investigandi compositiones earum et ad sciendum convenientem doxim medicinarum quarumlibet solutivarum; Laus Deo."

10. Gualteri [Salernitani] de dosibus medicinarum liber. fol. 213.
Incip. "Medicinarum quedam sunt simplices quedam composite; simplices sunt, ut dicit Avicenna."

11. Tractatus de quantitate laxationis medicinarum laxativarum tam simplicium quam compositarum compositus a magistro Johanne Stephani. fol. 223.
Incip. "Hec est ars medicinarum lasativarum tam simplicium quam compositarum."

12. Bernardi de Gordonio de conferentibus et nocentibus libellus. fol. 226.
Tit. "Tractatus parvus de medicinis conferentibus et nocentibus infrascriptis membris, Gordonii."
Incip. "Conferunt cerebro fetida, scilicit, ut in gravi."

13. Ejusdem Bernardi de cautelis necessariis medico ad urinas. fol. 237.
Incip. "Primo pete semper cujus est, si dicit mulieris."

14. "Opusculum de authenticis urinarum compositum per magistrum Bernardum de Gordonio." fol. 239.

Incip. "Urina quinquies distinguitur, scilicet, ratione substantie, ratione turbulentie vel claritatis, ratione qualitatis ratione colorum et ratione contentorum."

15. PETRI DE ABANO, sive APONO, Patavini, de venenis tractatus, præviis prologo et capitulis. fol. 249.

Tit. "Incipit tractatus Petri de Ebano de venenis."

Exstat sæpius impressus.

16. JOHANNIS DE MEDIOLANO, sive cujuscunque sit, Regimen Scholæ Salernitanæ de sanitate servanda; poema versibus circiter mille centum comprehensum. fol. 259.

Incip.
"Anglorum regi mittit scola tota Salerni
Si vis incolumem, sic vis te reddere sanum."

Desin.
"Mingere si nequeas fiat tibi tale juvamen,
Ex apio maratro paritaria quoque liquamen,
Pone super renes pecten, fiet inde juvamen."

In calce, "Explicit tractatus, qui dicitur, flos medicine compillatus in studio Salerni a magistro Joanne de Mediolano in medicina doctore clarissimo, cujus auctoritate acquieverunt omnes medici studii Salernitani, missus ad regem Angliæ, qui hoc requisiverat a dictis doctoribus."

17. Ejusdem JOHANNIS de phlebotomia, casi integra, etc. fol. 263 b.

Incip.
"Prima die vene . tibi sit moderatio cenæ."

18. ÆGIDII [Corboliensis?] de signis et causis febrium poema, versibus circiter quingentis triginta heroicis comprehensum. fol. 264.

Tit. "Signa et cause febrium Egidii."

Incip.
"Effimeram generat frigus, calor, ira, lavacrum."

Desin.
"Tempore, quique legit, fugiat discrimina prudens."

19. ANTONII DE SCARPARIIS de signis febrium liber, prævia præfatione. fol. 266 b.

Tit. "Liber Antonii de Scarpariis de signis febrium."

Incip. præf. "Quia cura febrium dependet ex earum cognitione."

Incip. lib. "Signa generalia febrium putridarum."

Desin. "et hec sane febrium putridarum dicta sufficiant; Deo gratias."

456.

Codex chartaceus, in folio, ff. 123. sec. xv., anno 1467 per Ludovic. Angel. de Auximo binis columnis scriptus; olim liber canonicorum regularium commorantium in monasterio Sanctorum quadraginta martyrum extra Tarvisium.

1. GULIELMI HENTISBERI, sive de Heytesbury, Regulæ solvendi sophismata. fol. 1.

Tit. "Regulæ doctissimi viri Hentisberi incipiunt foeliciter, et primo de Insolubilibus."

Exstant impress. in folio, Venet. 1494, fol. 4 b.

In fine, "Finis capituli de tribus predicamentis necnon et regularum omnium acutissimi viri Hentisberi per me Ludovicum Ser. Angeli de Auximo Ferrariæ studentem sub egregio artium doctore Mengho Blanchello Faventino, anno Domini, 1467, sexto kalendas Apriles."

2. GAIETANI DE THIENIS in ejusdem regularum omnia præter ultimum capitula commentarius. fol. 43.

Tit. "Recollectæ Gaietani de Thienis viri doctissimi in insolubilia acutissimi Hentisberi incipiunt foeliciter."

Exstant impress. ibid. fol. 7.

In calce, "Finis expositionum Gaietani de Thienis in capitulum Hentisberi de maximo et minimo per me Ludovicum Ser Angeli de Auximo, Ferrariæ studentem."

3. MESSINI in ejusdem regularum capitulum ultimum De motu locali commentarius. fol. 93.

Tit. "Expositiones Messini viri doctissimi in capitulum de tribus prædicamentis Hentisberi acutissimi incipiunt foeliciter."

Exstat ibid. fol. 52 b.

Notandum est quod istius commenti conclusio non est Messini sed Gaietani de Thienis, qui opus a Messino haud perfectum complevit.

In calce, "Finis expositionum Messini viri doctissimi in capitulum de tribus predicamentis acutissimi Hentisberi, per me Ludovicum Ser Angeli de Auximo, Ferrariæ studentem."

Deinde, "Ad laudem Dei suæque genitricis Mariæ et omnium sanctorum atque sanctarum ejus vita æterna fruentium hoc opus completum fuit 1467, 6° kalendas sextilis hora 18°."

457.

Chartaceus, in folio, ff. 228, secc. xv. et xvii.

1. Fabulæ recollectæ sub JOHANNE DE VIRGILIO, Cæsenate, super Ovidii Metamorphoseon libris. fol. 1.

Incip. "Repletus es quasi flumen; etc. Verba hec scripta sunt libro Ecclesiastes, cap. xxxiiij. in quibus quidem verbis quatuor possunt tangi."

Desin. "et hoc dico si presagia vatum habent aliquid veri et veritatis."

In calce, "Expliciunt fabule recolecte sub magistro Johanne de Virgilio super Ovidio Methamorpheseos, Deo gracias; Amen."

Sequuntur quædam de Trojanorum genealogia, et deinde, "Ego Johannes de Zilianis scripsi hunc librum sub anno carente m.cccc.xx. die v. Augusti."

2. Ejusdem Johannis Tabulæ transmutationum, quæ in Metamorphoseon libro unoquoque inveniuntur. fol. 82 b.

Tit. "Hic describitur de transmutacionibus mondanarum in aliud."

Incip. "Quoniam uniuscujusque poete finis mentes sit hominum informare in omnibus."

Cf. eadem *Italice* reddita in Bandinii catal. tom. v. col. 65.

---

3. Theophili Raynaudi, e soc. Jesu, Tabulæ chronologicæ. fol. 100.

Præmittitur notitia ista, "Tre carte del P. Teofilo Rainaudo della Compagnia di Giesu, una intitolata, Tabulæ cronologicæ regum, Dinastarum, et urbium, L'altra Breviarii Christianæ chronologiæ pars prior complectens sacra, L'altra, Breviarii Christianæ chronologiæ pars posterior complectens humana; Romæ excudebat Angelus Bernato; Venduntur prope collegium Romanum Biblioteca Jacobi Antonii Celsi."

4. Instruzione di Cabala; *Italice.* fol. 117.

5. Anonymi cujusdam de quinta essentia tractatus; prævia ad Clementem papam VIII. præfatione. fol. 129.

Incip. præf. "Quemadmodum absurdum est et inane."

Incip. tract. "De excellentia nostræ quintæ essentiæ; Hippocrates medicorum facile princeps naturam exiguum."

6. Johannis Sautre monachi de lapide Philosophorum libellus. fol. 147.

Tit. "Incipit tractatus magistri Joannis Sautre monachi, de lapide Philosophorum per ipsorum dicta declarato, omisso prohemio."

Incip. "Nomen autem proprium epis patefacit his quatuor versibus."

Desin. "quoniam nihil deerit timentibus eum; Finis."

7. Baptistæ de Sancto Blasio, Juris utriusque doctoris, de bonis feudalibus et allodialibus concilium. fol. 170.

Incip. "Dubium super quo petitur consilium est utrum bona Schinelle senioris paterna et materna et acquisita."

In calce, "Et ita dico et consulo juris esse, prout superscriptum est, ego Baptista de Sancto Blasio, utriusque juris doctor publice legens jura civilia in felici studio Patavino, in quorum fidem mea propria manu scripsi et meo proprio sigillo munivi; Laus Deo."

8. "La sfera o Cosmografia d'Orontio;" *Italice.* fol. 183.

Incip. "Essendo il nostro instituto."

9. Extracta ex Euclidis libris ij. prioribus; *Italice.* fol. 186.

10. Astronomica quædam de eclipsibus, etc. *Italice.* [mutil.] fol. 194.

Desin. "ma in parti, che haveranno diversi nomi."

11. "Annuæ Antonii Possevini de sua in Moscoviam missione ad reverendum patrem Claudium Æquanum, præpositum generalem, scriptæ Rigæ in Livonia, die 28 Aprilis, 1582." fol. 218.

Incip. "Annus elapsus est cum in Moscoviam missi atque in Mosci ditione."

458.

Codex chartaceus, in folio, ff. 76, anno 1469 per manus Ludovici Ser Angeli de Auximo binis columnis exaratus.

1. Pauli Veneti Logica parva, prævio procemio. fol. 1.

Tit. "Logica Pauli Veneti doctoris eximii incipit foeliciter."

Exstat impress. Venet. 1614.

In calce, "Finis octavi et ultimi objectionum tractatus contra regulas consequentiarum per me Ludovicum Ser Angeli de Auximo Petavii artium studentem, et consequenter totius logicæ eximii doctoris Pauli Veneti, quam quinto idus Septembris scribere incepi millesimo cccc° 69° ipsique octavo idus Octobris ejusdem imposui finem, ad laudem Omnipotentis Dei, suæque genitricis Mariæ et omnium sanctorum atque sanctarum ejus vita æterna fru entium; Amen."

2. Tractatus de sensu composito et diviso eximii doctoris Pauli Pergulensis, cum procemio [ad Petrum de Guidoncionibus.] fol. 72.

Incip. procem. "Cum sepenumero cogitarem non mediocrem juvenibus fructum afferre."

Tract. tit. i. "Narratio a divisione modorum, quibus compositionis et divisionis fallacia committitur."

Incip. "Septem modis committitur fallacia compositionis et divisionis."

Desin. "aliter non sentiet, quid dicat in hac materia."

Sequitur epilogus qui incip. "Habes, mi Petre, tractatum brevissimum sed uberrimum."

459.

Codex chartaceus, in folio, ff. 169, sec. xv., anno scilicet 1464 manu Thomæ de Plebe Agurdi binis columnis scriptus; anno 1521 peculium Bartholomei Cæsani.

[Bartholomæi de S. Concordio] liber qui dicitur Pisanella, seu Summa de casibus ad conscientiam pertinentibus, ordine alphabetico, præviis procemio et tabula contentorum.

In fine "Explicit summa de casibus concientiæ. Consummatum et compositum fuit hoc opus;" etc.

Deinde, "Scriptum per me Thomam de plebe agurdi, 1464."

Sequitur notitia ista, "Venerabilis sacerdos dominus presbiter sanctus Libanus patruus ex matre mei Bartolomei Cæsani, domini Nicolai filii civis Seravallensis amore et benivolentia mihi dedit et donavit hunc librum nominatum Pisanella scriptum propria manu viri nobilis, quondam domini Manfredini Libani gramatice professoris patris ejusdem venerabilis domini presbiteri sancti ac etiam meæ matris; in quorum fidem ad futurorum memoriam presens donatio et subscriptio ego ante dictus Bartolomeus propria manu scripsi et subscripsi cum vulgari arma, Cæsane, sub die 28 mensis Octobris, indictione nona anni D. nostri Jesu Christi m.ccccc.xxi. pontificatus sacratissimi in Christo patris et domini Leonis, divina providentia papæ serenissimi anno viij."

Præmittitur codici, Andreæ Gritti, Venetiarum ducis, ad Alexandrum Quirinum aliosque carta, dat. Palat. Ducal. die ult. Octob. ind. iv. 1530. *Italice.*

460.

Chartaceus, in folio, ff. 109, sec. xv., binis columnis descriptus.

1. Gualteri Burlæi, Anglici, super artem veterem Porphyrii et Aristotelis, expositio. fol. 1.

   Tit. "Burleus super arte veteri."

   Exstat impress. in folio, Venet. 1509. fol. 2.

2. Ejusdem Burlæi in Prædicamentorum librum expositio. fol. 12.

   Tit. "Incipit commentum Burley super predicamentis Aristotelis."

   Exstat ibid. fol. 17 b.

   In calce, "Deo gratias; Amen. Explicit Burleus super libro Predicamentorum Aristotelis."

3. Ejusdem expositio in librum Perihermenias; seu de Interpretatione. fol. 54.

   Tit. "Incipit liber peryerminias."

   Exstat ibid. fol. 64 b.

   In calce, "Explicit commentum Burlei super toto libro peryerminias Aristotelis; Deo gratias; Amen."

4. Ejusdem in librum sex Principiorum Gilberti Porretani expositio. fol. 94.

   Exstat ibid. sed locupletior, ut videtur, fol. 50 b.

   In calce, "Explicit expositio sive commentum super librum sex Principiorum egregii et subtilis doctoris magistri Gualterii Borley de Parisius; Deo gratias Amen."

461.

Codex chartaceus, in folio, ff. 134, sec. xv.; manu Johannis Istranei, binis columnis scriptus.

Pauli Veneti in Aristotelis Posteriorum libros duo commentarii.

Tit. "Tractatus supra libros Posteriorum Aristotelis."

Incip. lib. i. "Omnis doctrina, etc. Iste est liber posteriorum Aristotilis in quo determinat."

Desin. lib. i. "hominem si fuerit acquisita, quam si fuerit innata."

In calce, "Explicit primus liber posteriorum per excellentissimum artium ac sacre pagine magistrum magistrum Paulum de Venetiis, heremitarum ordinis Sancti Augustini, compositus, ad laudem omnipotentis Dei ejusque virginis matris, que cum beatissimo Bernardino ad Dominum pro nobis intercedere dignetur, Amen."

Incip. lib. ii. "Questiones sunt equales; Iste est secundus liber Posteriorum in quo philosophus determinat de modo demonstrationis."

Desin. "a quo absollupti per gratiam mereri valleanus heternam vitam ac sempiternam gloriam. Amen."

In fine, "Adoptatum jam finem præclara ac subtilissima expositio secundum reverendissimum sacre pagine monarcham magistrum Paulum de Venetiis composita pheliciter ducta est per me Johannem Istraneum, de Tarvisio, ad laudem omnipotentis Dei," etc.

462.

Codex chartaceus, in folio, ff. 133, binis columnis scriptus.

1. Alberti de Saxonia in Aristotelis de cælo et mundo libros quatuor commentarii. fol. 1.

Exstant impress. Paris. 1516, et alibi.

In calce, "Et sic cum Dei auxilio est finis questionum super totum de celo et mundo, quas conscripsit Parisius magister Albertus de Saxonia; Deo cui omnia vivunt infinite sint gratie; Amen; Amen; Amen."

Sequitur tabula quæstionum uniuscujusque libri.

2. Johannis Bridani in Aristotelis Meteororum libros commentarii, prævio procemio; in fine mutil. fol. 69.

Incip. procem. "Scientiam opinamur honorabiliorem, ex eo quod ceteris paribus."

Incip. liber, "Queritur igitur primo, utrum de impressionibus methaphisicis."

In calce lib. i. "Expliciunt questiones primi libri Metheororum secundum excellentem doctorem magistrum Johannem Bridan finite anno m°.cccc°.xx. die 7 mensis Octobris."

Incip. lib. ii. "Circa secundum librum Methaurorum queritur primo de proprietate vel generatione maris."

In calce lib. ii. "Expliciunt questiones secundi libri Methaurorum secundum excellentissimum doctorem magistrum Johannem Bridanum etc. Scripte 1420 die 24 Novembris."

Incip. lib. iii. "Restat aliqua dicere circa tertium librum Methaurorum et verum est."

Deficit a verbis, "debeat proprie circulus."

463.

Chartaceus, in folio majori, ff. 445, sec. xv., binis columnis scriptus; olim peculium D. Grimani cardinalis S. Marci, postea Joh. Baptistæ, et deinde Antonii, de Morone.

[Petri Quesnel, Angli, ordinis fratrum minorum] summa, quæ dicitur Directorium Juris in foro conscientiæ vel judiciali, in libris quatuor, prævio procemio.

Incip. procem. "Si quis ignorat, ignorabitur i. ad Corinth. xiiij. cap. et hec verba ponuntur Di. xxxviii."

Incip. lib. i. "Dignus es, Domine, aperire librum et solvere signacula ejus; etc. Hic est liber scriptus intus et foris signatus sigillis septem."

Desin. lib. iv. "Ego enim rogatus a pluribus presens opus compilavi licet multa habuerim contraria propter infirmitatem et alia, ac me distraxerunt ardua negotia et diversa; Adjutorio tamen Illius in quem speravi, meritis beate Marie Virginis ac beati Francisci cursum operis consumavi, a quo exspecto michi premium reddi; cui laus et gloria per omnia secula seculorum; Amen."

In calce, "Explicit quartus liber summe, que vocatur, Directoria Juris."

Sequuntur, ut unicuique libro præcedenti, tituli subjuncti.

Subnectitur Tabula quæstionum specialis, ordine alphabetico, prævia præfatione, quæ incip. "Licet tabula supradicta sufficere posset ad inveniendum questiones."

In fine, "Explicit tabula specialis summe, que vocatur Directoria juris; Deo gratias."

464.

Codex chartaceus, in folio majori, ff. 183, sec. xv.; binis columnis scriptus.

[Bartoli a Saxoferrato] in Digestorum libros xlv—xlvii. tit. 7. commentarii.

Exstant impress. inter opera, Basil. 1562, tom. iii. pp. 422—746.

465.

Chartaceus, in folio majori, ff. 201, sec. xv., binis columnis scriptus.

[Gentilis Fulginatis, sive de Fulgineo, super Avicennæ canonis quarti Fen prima expositiones.]

Impress. exstant, Papiæ, 1511, tom. iii. fol. 83.

In calce, "Et sic est finis laudetur Deus in sublimis."

466.

Chartaceus, in folio majori, ff. 145, sec. xv.; per manus Simonis de Alcmaria, binis columnis scriptus; olim peculium cujusdam, qui portabat in parmula cyanea fasciam auream.

Johannis de Janduno, sive Gandavo, in Aristotelis de anima libros tres commentarii.

Deficit lib. iii. a verbis, "ymmo animal indiget" in edit. Venet. 1561, col. 462, l. 34.

In calce, lib. ii. "Deo gracias, Amen. Laus Deo et beate Virgini Marie et omnibus sanctis Amen. Item expliciunt et questiones secundi libri de anima edite et copulate ab honorabili

viro magistro Johanne de Gaudono finaliter scripte per manus Symonis de Alcmaria, anno Domini m°. cccc°. lxiij°. octava die mensis Julii in domo D. magistri Lodovici de Seravallo, tunc temporis Padue studentis."

Deinde,

"Et sic est finis . sit laus et gloria Trinis,
Finis est vere . primum vult scriptor habere;
Detur pro penna . scriptori pulchra puella.
Amen."

Ad fol. 69 a. notatum est, "Alcmaria dicitur ab Allec et mare, quia circa illam civitatem capiuntur alleca ex mari salso."

In calce codicis scribuntur dies obituales, Pauli papæ II.; Borsi Estensis, marchionis Ferrariensis; Francisci Barocio, episcopi Tarvisini; et Matheoli Perusini, medici et philosophi.

467.

Codex chartaceus, in folio majori, ff. 157, sec. xv.; anno 1440 binis columnis per manus Joh. de Heraus scriptus.

ALBERICI DE ROSATE, Pergamensis, commentariorum de Statutis libri quatuor, præviis uniuscujusque libri capitulis.

Inscribitur capitulorum tabula, "In Christi nomine, Amen. Incipit opus Statutorum compositum ab Albrico de Rosate de Pergamo advocato."

Exstant commentarii impress. inter Tract. Univ. Juris. Venet. 1584, tom. ii. fol. 2.

In calce, "Explicit materia pulcherrima super statutis composita per famosum et sollempnem advocatum dominum Albricum de Rosate de Pergamo, et scripta per me Johannem de Heraus, de Francia, sub dominio nobilis et egregii viri artium et juris utriusque doctoris famosissimi domini Ludovici Fuschareni (*sic*) potestatis ac capitanei pro illustrissimo ducali dominio Veneciarum, currente anno Domini m.cccc. et xl. die 3 Marcii illa hora nona complevi."

468.

Chartaceus, in folio majori, ff. 161, sec. xv.; binis columnis (quoad partem primam manu Johannis de Heraus) scriptus.

1. BARTOLI A SAXOFERRATO super Codicis libris tribus ultimis commentarii, adjectis hic illic notis quibusdam ANGELI de Perusio. fol. 1.

Exstant impress. inter Bartoli opera, edit. 1588, tom. iv. part. iii.

In fine, "Explicit lectura domini Bartoli de Saxoferato legum doctoris excellentissimi super tribus ultimis libris codicis et exe. et sc. et copiata per manus Jo. de Heraus proles Francigena et Brabant.

Numquam natura mutavit sic sua una,
Quem virgo pareret, quando virginitate careret;
Ut sol non violat per quod vitrum tamen intrat,
Nos cum prole pia manet immolata Maria."

2. ALBERTI DE GANDINO de maleficiis tractatus, prævia præfatione. fol. 64.

Exstat, multis variantibus, in calce Angeli Gambelionis tractatus, Venet. 1598, p. 269.

In calce, "Tra...... Domini nostri Jhesu Christi, hic finem impono ordinandi presentis libelli; Summa malleficiorum appellatur per doctores et judices."

3. De maleficiis tractatus ex GUIDONE DE SUZARIA aliisque collectus. fol. 127.

Tit. "Tractatus domini Guidonis de Suzaria in materia maleficiorum."

Incip. "Tractatus super malleficiorum ordinacione et examinacione."

In calce, "Explicit tractatus domini Guidonis de Suzaria super malleficiis."

4. BARTOLI A SAXOFERRATO de consiliis habendis per officiales et assessores. fol. 134.

Tit. "Tractatus domini Bartoli circa materiam consiliorum habendorum per officiales et assessores."

Exstat inter Tract. Univer. Juris, tom. iii. part. i. p. 300.

5. PAULI DE CASTRO consilium in causa incarceratorum per dominum Potestatem civitatis Mantuæ pro homicidio. fol. 135 b.

Incip. "In Christi nomine, Amen. In causa incarceratorum."

6. [BARTOLI A SAXOFERRATO,] de reprobatione testium tractatus. fol. 137.

Exstat inter Tract. de Testibus, 1596, p. 80.

7. Ejusdem BARTOLI de præsumptionibus tractatus. fol. 143.

Incip. "Præsumitur contractus simulatus."

In calce, "Explicit tractatus presumpcionum compositus per dominum Bartholum de Saxoferato."

8. Ejusdem de citationibus tractatus. fol. 143 b.

Incip. "Quia ut dicitur in autenticis offeratur."

In calce, "Explicit tractatus de citacionibus per egregium legum doctorem dominum Bartholum de Saxoferato."

9. Rubrica de ætate et qualitate ordinis. fol. 145 b.

10. "Repeticio l. Vectigalia, C. de Nova Vectigal. institui. non posse, per dominum Segnorolum de Mediolano." fol. 146.

Incip. "Vectigalia in repeticione."

In calce, "Segnorolus de Mediolano legum doctor excellentissimus."

11. Petri Baldi de Ubaldis de Perusio in librum de pace Constantiæ commentum. fol. 150.

Impress. exstat Lugd. 1550, fol. 117 b.

In calce, "Explicit commentum d. Bal. de Perusio juris utriusque doctoris excellentissimi super pace Constancie; Deo gratias Amen."

469.

Codex chartaceus, in folio majori, ff. 251, sec. xv., binis columnis scriptus.

1. Tractatus domini Bartoli de Saxoferrato de Guelfis et Gibellinis. fol. 1.

Incip. "Ista cum circa literalem expositionem."

In calce, "Explicit tractatus de Guelfis et Gebellinis compilatus per excellentissimum legum doctorem dominum Bartolum de Saxoferrato."

2. Tractatus ejusdem Bartoli de regimine civitatis. fol. 3.

Incip. "Quia hec ultima pars Tiberis est."

In calce, "Explicit tractatus de regimine civitatis compilatus per famosissimum legum doctorem Bartholum de Saxaferato."

3. Ejusdem tractatus de tyrannide. fol. 6 b.

Incip. "Cum dominacio tyranni sit pessima."

In calce, "Explicit tractatus de tyrannide seu de tyranno compositus et compilatus per famosissimum legum doctorem Bartolum de Saxaferrato de Parusio; Deo gratias."

4. Ejusdem Quæstio an securitate data a statuto, quod quis citatus veniens ad se excusandum non possit capi, an bannitus capi posset. fol. 10 b.

Incip. "Statutum civitatis Tuderti dicit."

5. Tractatus de duobus fratribus secundum dominum Bartolum de Saxoferrato et additiones secundum Franciscum de A [Accoltis sive Accursio?] fol. 11.

Incip. "Hic tractatus de fratribus simul habitantibus in duas dividitur partes."

In calce, "Explicit tractatus de duobus fratribus editus per dominum Bartolum;" etc.

6. Ejusdem Consilium de quæstione, An filii diversorum fratrum succedant in stirpes vel in capita non obstantibus. fol. 16.

Incip. "Dubitatur utrum filii diversorum fratrum."

7. Ejusdem Consilium de quæstione, An extrahens cartam de libro et propter hoc condempnatus, eo absente, inquisitione præcedente infamis sit. fol. 16.

Incip. "Quidam Johannes fuit inquisitus."

8. Ejusdem consilium de quæstione, An si judex statuit terminum ad audiendum sententiam tali die ante nonam et postea reperitur sententia lata ante nonam valeat necne. fol. 17.

Incip. "Pluries contingit et varie judicatum."

9. Ejusdem consilium, An ex instrumento convitacionis in quo unus dividentium scitetur se recepisse nomine dotis an probetur dos et an ex hoc solo possit agi dotem. fol. 17.

Incip. "Factum sic se habet Ticius."

In calce, "ita consuluit d. Bartolus, cui concilio conscripsit dominus Franciscus Fabriano."

10. Ejusdem consilium de modo institutionis et substitutionis. fol. 17 b.

Inc. "Matheus Gracioli fecit testamentum."

11. Ejusdem consilium, An juri agendum ad supplementum prescribatur quinquennio sicut querelæ. fol. 18.

Incip. "Super infra scripta quæstione."

12. Ejusdem et Francisci de Pisis consilium, An valeat legatum factum monacho, ea conditione ut nihil communicetur monasterio. fol. 18 b.

Incip. "Bartolus Symonis domini de Asisio."

13. Ejusdem Bartoli de insigniis et armis tractatus. fol. 19.

Impress. exstat in fine Feschii dissertat. de insignibus, Altorf. 1727.

14. Tractatus de repræsaliis secundum eundem, prævia præfatione. fol. 21 b.

Incip. prol. "Represaliarum materia nec frequens."

Desin. prol. "tradidi anno Dominice Incarnationis m.ccc.liiij. die penultima mensis Februarii."

Incip. tract. "Ad primum An represalie sint licite in foro conscientie."

In calce, "Explicit tractatus represaliarum editus a domino Bartolo de Saxoferrato, legum doctore famosissimo, anno Dominice Incarnationis millesimo tricentessimo quinquagesimo quarto indictione septima, die penultima mensis Februarii Deo gracias; Amen."

15. Francisci de Zabarellis, Cardinalis, tractatus de schismate. fol. 33 b.

Incip. "Licet famosum et de altissima materia."

Exstat in Schardii collectione de auctoritate Imperiali, 1609.

In calce, "Explicit tractatus de scismate editus et compilatus a reverendissimo in Christo patre et domino domino Francisco de Zabrellis, sacrosancte Romane ecclesie divina miseratione cardinali Florentino antistite ac utriusque juris doctore famosissimo, anno Dominice Incarnacionis millesimo quadringentesimo octavo, quarto die Novembris."

16. Tractatus de accusationibus, inquisitionibus, et denunciationibus, cum forma in ipsis procedendi auctore Bonicontio, Jo. Andreæ filio. fol. 47.

Impress. exstat inter Tractt. Univ. Jur. tom. xi. part. i. fol. 5 b.

In calce, "Explicit tractatus de accusacionibus, inquisicionibus et denunciationibus editus per famosum decretorum doctorem dominum Bonicontrum, venerabilis domini Johannis Andree decretorum interpretis famosissimi filium."

17. Jacobi de Butrida, Bononiensis, de excussionibus tractatus. fol. 53 b.

Incip. "Excussionis tractatus utilis est."

In calce, "Explicit tractatus de excussionibus traditus per Jacobum Butrida de Bononia; Deo gratias; Amen."

18. Dyni [de Mugillo] de præscriptionibus tractatus. fol. 55 b.

Exstat inter Tractt. Univ. Jur. tom. xvii. fol. 50.

19. Bartoli de Saxoferrato consilium, An debet fieri remissio pedagii gabellæ vel molendini empti propter sterilitatem vel abundantiam aquarum insolitam. fol. 61.

Incip. "Publicanus quidam emit a communi."

In calce, "De hac questione predicta tangit idem Bar. in l. Interdum s. qui ex naufragio ff. de acqui. poss. et in l. Publ."

20. Ejusdem consilium, An clericus teneatur solvere collectas de possessione allibrata, quæ ad eum pervenit, sicut sui auctores faciebant, et an datum per commune possit imponi. fol. 63 b.

Incip. "Punctus questionis talis est."

21. Ejusdem consilium, "An incarceratus indebite recommendatus debere debeat relaxari." fol. 64.

Incip. "Lapus fuit captus et in carceribus."

In calce, "Disputata fuit producta questio per dominum Bartolum de Saxoferrato legum doctorem famosissimum in felici studio Parusino cu. actu legentem Codicem anno Dominice incarnacionis millesimo trecentesimo quadragesimo quarto, die xviij. mensis Decembri."

22. Ejusdem consilium, An, ex sola possessione et fructuum collectione facta uxore potiente, inducatur constitutio dotis. fol. 66 b.

Incip. "Quedam mulier habens magnum patrimonium misit viro."

23. [Ejusdem?] consilium, An filia dotata post fratris mortem possit testamentum nullum dicere. fol. 69.

Incip. "Proponitur quod pater filiam dotatam."

24. Francisci de Pisis consilium, An filius infans mortuus per viii. dies ante matrem transmittat hereditatem. fol. 69 b.

Incip. "Punctus questionis talis est."

25. Bartoli consilium, "An Potestas possit inquirere de falsa testificacione in casu, quod vigore statuti illi testes non possunt reprobari, et quid, si transacto tempore statuti, inquirat. fol. 69 b.

Incip. "A domino Cino de Bononia Potestate civitatis Parusii."

26. Ejusdem Repetitio c. Si quis presbiterorum, de rebus ecclesiæ non alienandis. fol. 71.

Incip. "Alienacio rei ecclesiastice non tenet."

27. Consilia plurima de casibus variis per Juris doctores diversos. fol. 76.

Incip. i. "Utrum testes examinati super articulis clericatus."

Nomina eorum, quorum consilia inveniuntur, sunt, Baldus de Perusio, Paulus de Castro, Johannes de Ymola, Prodocimus de Comitibus, Jacobus de Arena, Martinus Silimandi, Guido de Suzaria, Albertus Papiensis, Joh. de Blanesco, Lambertinus de Ramponibus, Franciscus de Arezio, Honofrius Bartolini de Perusio, Florianus Bononiensis, Marcus Angeli de Perusio, Bartolus a Saxoferrato, Dionysius de Perusio, Jacobus de Bindolfis de Perusio, Ramerius de Forlivio, Nicolaus de Neapoli, Crispolitus Perusinus, Matthæus Felicianus, Bonifacius de Mantua, Franciscus de Amelia, Dinus [Mugellanus?], Bevincasa de Arezio Fulcus de Pacibus, Jacobus et Bartholomæus Saliceto, Gabriel de Ascedoc[?], Philippus de Corsinis, Nellus et Alexander doctores, Lodovicus de Albergottis, Ricardus de Saliceto, Jacobus de Belviso, Oldradus de Ponte a laude Pompeia, Rugerius de Antingella, Jacobus de Clampo, Manfredus de Spoleto, Matthæus de Pergula, Franciscus Tigrini de Pisis.

28. [Benedicti de Plumbino] Repetitio in legem, Cum quis ignorans, in duas partes distincta. fol. 131.

Incip. "In nomine et Individue Trinitatis, etc. In repeticione hujus legis, que habet subtilissimam materiam et profundum."

Desin. pars ii. "Ex hiis contentis finem facio, presenti actui ceteris, que sunt in glossa, consentiens."

29. Anonymi cujusdam Repetitio in legem, Si certis annis. fol. 150 b.
Incip. "Ductiua prestacio non confirmat."
Desin. "si paciencia adhibeatur servitatem sibi debitam precedenti; et hiis dicta, etc."

30. Raphaelis de Raymundis Comensis, dict. Cumani, Repetitio in legem, Si filius qui in potestate. fol. 153.
Incip. "Ista lex situata sub titulo de liberis et postumis in volumine Digestorum."
Desin. "repetiit famosissimus utriusque juris doctor dominus Raffael de Raymundis de Cumis, in studio Paduano, anno Domini m.º ccccºxjº Deo gratias; Amen."

31. [Ejusdem? seu forsan Benedicti de Plumbino,] Repetitio in legem, Si Pater. fol. 163 b.
Incip. "In summa hoc intendit testium, quo filius."

32. Repetitio in legem, Qui se patris. fol. 169 b.
Incip. "Lex ista re et fama est difficilis valde."

33. Repetitio in legem, Ex causa. fol. 177.
Incip. "Hec autentica licet sit brevis."

34. Repetitio in legem, Si fratris. fol. 187 b.
Incip. "Hec lex est valde notabilis licet glosator in ejus commento."

35. Repetitio in legem, Post dotem. fol. 196 b.
Incip. "Hec lex perquam difficilis secundum Bartolum dividitur in duas partes."

36. Benedicti de Plumbino Repetitio in legem, Filius a patre. fol. 204.
Incip. "Lex ista in suo principio breviter."
In calce, "Repetita per dominum Benedictum de Plumbino, egregium legum doctorem famaque preclarum, in studio Placentino, tempore ducis Mediolani nomine Johannis Galiani [Galeotti?] 28 Aprilis 1401."
Sequuntur conclusiones legis præcedentis.

37. Ejusdem Benedicti Repetitio in legem, Si pater. fol. 214.
Incip. "Ista lex prima facie videtur clara."
In calce, "Repetita fuit ista lex per dominum Benedictum de Plumbino, egregium legum doctorem, in studio Placentino... Julii 1401."

38. Exemplar aliud partis primæ repetitionis sub art. 28 supra memoratæ. fol. 224.
In calce, "Repetita fuit hec lex per egregium necnon famosissimum legum doctorem dominum Benedictum de Plumbino in civitate Senarum, sed secundum cursum Pisane civitatis m.cccc. tempore quo in dicta civitate vigebat studium."

39. [Ejusdem?] Repetitio in legem Falsus. fol. 241.
Incip. "Lex ista, licet sit clara, habet tamen materiam."

470.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 234, sec. xiv., binis columnis exaratus.

[Henrici de Bartholomæis, de Segusia,] episcopi Ebredunensis postea Ostiensis, Summa juris canonici, quæ dicitur Summa Ostiensis, in libros quinque distincta.
Incip. "Alpha et Ω unum in essencia et trinum in personis, a quo omnes legis laciones."
Desin. "Ego enim licet multa habuerim contraria, ac me distraxerant alia ardua negam [sc. negotia] et diversa, adjutorio tamen Illius in quo semper speravi in omnibus suffultus vim mihi intuli opus," etc.
Sequuntur versus isti,
"Monstrans obscuras . viris dissolvere curas;
Excitat antiquas. hec nova Summa tricas;
Pro summe summo . sit Regi gloria Summo."
Deinde, "Explicit Summa super Decretalibus compilata a Domino archiepiscopo Ebredunensi; Deo gratias; Amen, Amen, Amen."
"Ista Summa Ostiensis est mei.........di de.........de.........quo............"

471.

Membranaceus, in folio majori, ff. 50, sec. xiv., binis columnis exaratus.

1. Rolandini Rodulphi de Passageriis in Artis Notariæ summam Apparatus, qui dicitur, Aurora, prævio prologo. fol. 1.
Impress. exstat una cum Summa, in fol. Venet. 1546, fol. i. col. ii. l. 46, ad fol. 119 b. col. i. l. 62.
In calce, "Explicit aurora domini Rolandini Deo gratias; Amen.
Qui scripsit scribat . semper cum Domino vivat."

2. Ejusdem Rolandini Flos Testamentorum, sive Summæ supradictæ pars secunda. fol. 35.
Exstat impress. ibid. fol. 238.
In calce, "Explicit liber Floris magistri Rolandini."

472.

Membranaceus, in folio majori, ff. 161, anno 1334 manu Theoderici de Virginis Castello binis columnis exaratus.

1. Gulielmi a Cunio, sive de Cumo, legum doctoris in Digestum Vetus commentarii. fol. 1.

Tit. "In nomine Domini nostri Yesu Christi Incipit lectura Guillelmi de Cunio super ff. veteri."

Incip. "In nomine Domini, etc. Rubrica ista quatuor partes continet."

Desin. "non facit hoc de voluntate mea, quia ut quod non liberetur ad primum respondeo."

2. Ejusdem Gulielmi super Justiniani codicem Lectura. fol. 79.

Incip. "Rubrica ista dicit quod religio est pars justicie, videamus qualiter potest hoc probari."

Desin. "et habes glossam, quod executor possit alium stipulari," etc.

In calce, "Explicit liber septimus codicis factus per dominum G. de Chuno doctorem legum, scriptus et completus per manus Theaderici de Almania, scilicet de Virginis Castello anno Domini millesimo tricentesimo, tricesimo quarto, in die Sancti Vincencii, marthyris gloriosi."

473.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 284, sec. xiv., binis columnis nitide exaratus.

Avicennæ Canonis libri quatuor, ex Arabico in Latinum per Gerardum Cremonensem conversi, prævio procemio.

Tit. "Liber canonis primus quem princeps Abohali Abinsem de medicina edidit, translatus a magistro Girardo Cremonensi in Toleto ab Arabico in Latinum."

Exstant sæpius impressi.

In calce, "Expletus est liber quartus libri canonis principis Abohali Asem filii Alibesenhy."

Præmisit manus recentior versus quadraginta heroicos de libris supradictis, qui incip.
"Fen libro primo dicuntur quatuor esse,
In cujus toto generalia sunt medicinæ."

Desin.
"Ut memor existas opus exiguum tibi feci,
In cunctis libris decidendo fen Avicenno :
Deo laus."

474.

Chartaceus, in 4to, ff. 118, anno 1456 manu Aloysii de Strata Mediolani scriptus.

Maffei, sive Maphæi, Vegii, Laudensis, de perseverantia religionis libri septem.

Tit. "Mafei Vegii Laudensis ad Elisabet et Monicam sorores ac moniales de perseverantia religionis, liber primus."

Exstat impress. in 4to, Paris. 1511.

In calce, "Explicit hoc opus, quod ego Aluysius de Strata Mediolanensis scripsi et explevi Mediolani die Merchurii decimo octavo mensis Augusti anni m.cccc.lvj."

Sequuntur "Rubrice sive tituli hujus libri distincte in septem libros parciales."

Præmittitur "Iste liber est conventus sancte Marie coronate...... fratrum regulam sancti Augustini observantium con ...."

475.

Codex chartaceus, in 4to, ff. 83, sec. xv.

Liber de visionibus et revelationibus S. Brigittæ, cum prologo, anonymo compilatore, præviis contentorum tabula et ejusdem compilatoris epistola ad moniales de Vazteno.

Tit. tabulæ præmissus, "Narratur hic modus, qualiter beata Brigida incepit habere et habebat adeo celestes visiones et qualiter Christus precepit ei scribere revelationes divinas sibi dandas."

Capitula sunt numero centum viginti.

Tit. epist. "Epistola servi Christi ad moniales monasterii sancte Marie de Vazteno, regni Suezie, ubi sepulta est beata Brigida."

Incip. "Cogitis me dilectione vestra, dilectissime sorores moniales monasterii sancte Marie de Vazteno, novi ordinis sancti Salvatoris."

Incip. liber, "Cum quadam die post mortem viri, cui maritali vinculo ligata fueram sola mecum cogitando sederem secretum locum pecii ut soli Deo sola revelarem peccata."

Desin. "Ego Deus, qui debebam incarnari nulli debuit imponi, nisi tibi, quia es vere mater et virgo in secula seculorum; Amen."

476.

Membranaceus, in 4to ff. 131, sec. xv. exeuntis, optime scriptus et quoad literas initiales pictus; olim peculium Antonii Terchoni, postea Joannis Antonii filii domini Pauli filii Antonii de Gurdionibus, et denique anno 1637 Bartolomæi Martiningi de Coleonibus, Malpargæ comitis.

S. Mariæ et Domini nostri Jesu Christi Gesta, ex auctoribus variis evangeliisque collecta et in libros quatuor distributa, prævia unicuique libro præfatione.

Tit. "Incipit prologus in vitam dulcissime virginis Marie et dulcissime matris Jhesu Christi filii Dei vivi."

Incip. "Sanctus Epyphanius doctor veritatis, pontifex civitatis Cipri et sanctus verus Dei martir discipulus beati Johannis evangeliste et Johannes Damascenus."

Tit. libri. "Incipit vita gloriosissime virginis Marie atque venerabilis matris filii Dei vivi veri et unici."

Incip. lib. i. "Homo quidam de civitate Galilee ortus ex Judea habitabat in civitate Naçareth."

Desin. lib. iv. "complemdi omnia seriatim, que ex certo scivi ad tuam laudem pertinere; Benedictus sit pater, et filius et spiritus sanctus, Amen."

Sequuntur capitula duo, quorum tituli,

a. Quod auctor satisfacit omnibus arguentibus vel reprehendentibus hoc opus.

b. Hic auctor ponit gratiam, quam consequuntur hii, qui hunc librum legerint, vel audierint, vel scribi procuraverint.

In calce, "Sit Jhesu laus et gloria sit Virgini Marie, quod modus hujus in hymodie finaliter est completus."

Sequuntur notitiæ possessorum, scilicet,

a. "Anno Domini m.cccc.xxxviii. xij Maii."

b. "Iste liber est mei Antonii Terchoni filius quondam magistri Bertramy habitatoris(?) P. S. Nazarii intus."

c. "Iste liber est mei Jo. Antonii filii domini Pauli filii quondam domini Antonii de Gurdionibus, notarii publici Comi et Bergomi; scripsi die 25 Aprilis 1557."

d. "1637. 5 Decembris dono accepit illustrissimus DD. comes Bertolomeus Martinengus de Coleonibus, Malpagæ comes ac dominus Vallium Mesanæ."

477.

Codex chartaceus, in folio minori, ff. 576, anno 1720 manu Antonii Bonæ scriptus.

Explicationes in quatuor Justiniani Imperatoris Institutionum libros ab illustrissimo ac sapientissimo domino domino Johanne Baptista Cettis, Bergomensi, publico ipsarum professore in Patavino Lycæo edente, cum adnotationibus ejusdem adjunctis, necnon illustrissimi et eruditissimi domini domini Nicolai Barbarossa, nobilis Patavini, a me domino Jo. Antonio Bona collectæ et scriptæ anno 1720, cum proœmio.

Incip. proœm. "Occasio neglecta fugit nec amplius rogata recedit, a somno ergo surgamus."

Incip. lib. i. "Accedamus ad titulum de justitia et jure, cujus ad intellectum allato procedentes ordine."

Desin. "Sint pro complemento nostri laboris ad laudem optimi maximi Dei Deiparæque Virginis immaculatæ, Catharinæ Virginis et martiris."

Exstat exemplar aliud in cod. Douce 306.

478.

Codex chartaceus, in folio minori, ff. 234, sec. xv.; olim peculium Hermanni de Rede.

1. "Summarium novarum decisionum Rotæ per venerabilem et circumspectum virum dominum Bertrandum de Arnasana utriusque juris doctorem, apostolici palacii causarum auditorem, collectum." fol. 3.

   Incip. "Clausula non obstante generalis."

   Cf. cod. Arundel. 468, fol. 160.

2. Willelmi Horborch, decretorum doctoris, Decisionum Rotæ Romanæ Auditorum collectio, prævio prologo. fol. 31.

   Incip. prol. "Anno Domini mccclxxvj." etc. ut invenitur impress., nonnullis variantibus, in catal. codd. Arundel. p. 130.

   Incip. liber, "Quod attemptata appellacione pendente."

3. Conclusiones Rotæ. fol. 169.

   Incip. "Auditor cause appellationis et negocii principalis in partibus."

4. Nepotis de Monte-Albano libellus fugitivus, cum prologo. fol. 202.

   Incip. prol. "Cum plures libelli super exerciciis causarum a predecessoribus."

   Incip. liber, "Inspiciendum est igitur rescriptum et dicendum est, quod non."

   In calce, "Finitum 1477 xix Junii Rome in regione sancti Eustachii per manus Ernoder Roleonich."

5. Johannis de Deo, Hispani, Liber judicum. fol. 230.

   Tit. "Incipit liber judicum a magistro Johanne de Deo Hispano editus, qui per quatuor libros et ejus titulos est distinctus."

   Incip. "Antequam de processu judicii quid dicetur, notandum quid sit judicium."

479.

Membranaceus, in folio minori, ff. 156, sec. xv., nitide exaratus; initio mutilus.

[Manuelis Calecæ, contra Græcorum errores libri quatuor.]

Incip. cum verbis, "est; ita etiam filii secundum essentiam," in edit. Ingolst. 1608, p. 26. l. 6.

In calce, "Explicit liber quartus et ultimus fæliciter, Gloria sit Deo."

480.

Codex chartaceus, in 4to majori, ff. 98, sec. xv.; binis columnis scriptus.

1. ROGERI BACON, sive ARNALDI DE VILLA-NOVA, sive cujuscumque sit, liber de retardandis senectutis accidentibus, prævio prologo. fol. 1.

Tit. "Incipit liber, quem composuit frater Rogerus Bacon......ord. Minorum de tardacione accidencium senectutis et senii, et conservacione quinque sensuum in fortitudine et caloris naturalis augmentacione, ut homo perducatur ad finem sive terminum naturalem sibi a Deo et natura destinatum."

Incip. præf. "Domine mundi, qui ex nobilissima stirpe originem assumpsisti."

Exstat impress. nonnullis variantibus, omissa præfatione, Oxon. 1590, p. 1.

Desin. "et que ei assimilatur," in edit. cit. p. 31, l. 15.

2. Antidotarium, quod fecit ROGERUS BACON. fol. 17.

Incip. "Post completum universalis sciencie meditacionis tractatum."

3. Quidam tractatus principalis ex editione sive compositione fratris Rogerii Bacon, ordinis fratrum Minorum, "de gradilacione medicinarum compositarum, et est demonstrativus quia fundatur super regulam geometrie. fol. 23 b.

Incip. "Omnis forma inherens recipit intensionem et remissionem propter quod intelligitur."

4. Expositio sive declaratio prædicti tractatus, secundum unum alium magistrum sapientem in mathematicis, in partes duas distincta. fol. 24 b.

Incip. "Exposicio capituli de gradibus, ut vera cognicio gradus cujuslibet."

In calce part. i. "Explicit exposicio linee de gradibus theorice considerata."

5. Tractatus de erroribus medicorum secundum fratrem ROGERIUM BACON. fol. 30.

Incip. "Vulgus medicorum non cognoscit suam simplicem medicinam."

6. Dicta fratris ROGERII BACON in libro sex scienciarum in tercio gradu sapiencie, et ubi loquitur de bono corporis et de bono fortuna et de bono et honestate morum. fol. 35.

Incip. "In debito regimine corporis et prolongacione vite ad ultimos terminos naturales."

7. Alius tractatus ejusdem ROGERII extractus de sexta parte compendii studii theologiæ de verbo ad verbum, quem librum fecit ad instantiam papæ Clementis; est tractatus de materia prius pertractata et extrahitur de capitulo, quod intitulatur De scientia experimentali. fol. 37.

Incip. "Corpora vero Ade et Eve."

Subjungitur titulo, "Et si quis de hiis velit pleniorem habere doctrinam et responsionem ad difficultates, que possent objici in contrarium, querat scripta principalia videlicet librum sex scienciarum et librum intitulavit, Compendium studii theologie et inveniet ibi materiam cum difficultatibus diffuse pertractatam."

8. Ejusdem ROGERI canones practici de medicinis compositis componendis. fol. 39 b.

Tit. cap. i. "Capitulum primum extractum de libro septimo Serapionis, qui est Antidotarium suum et est theoricum capitulum."

Incip. "Necesse est illi, qui vult componere medicinas."

In calce, "Explicit tractatus de compositione medicinarum per fratrem Rugerium Bacon editus."

9. Speculi "Abnukefi compositio secundum RUGERIUM BACON, ord. minorum." fol. 48.

Incip. "Quia universorum quos de speculis."

10. Expositio, "ut facilius fiant corpora quinque regularia, de quibus tractat Euclides in ultimis tribus libris geometriæ." fol. 55.

11. Epistola magistri ARNOLDI DE VILLA-NOVA ad magistrum Jacobum de Toleto de maximo secreto medicinæ. fol. 56 b.

Incip. "Magister Jacobe, amice karissime, dudum me rogastis."

In calce sunt præscripta varia medicinalia *manu recentiori* inserta.

12. GULIELMI DE VARIANO liber de morbis evitandis, sive, ut videtur, opus experimentorum medicinalium ex Gulielmo de Varignana confectum. fol. 63.

Incip. "Capitulum de nigracione capillorum. Dyas dixit, Papaver rubeum cum corticibus."

13. Tractatus de febribus et accidentibus febrium. fol. 83.

Incip. "Justicia prima, que singula sua bonitate;" ut in Varignanæ de febribus tract. edit. Basil. p. 32 b.

Desin. "mane transglutiat tria grana piperis integra."

14. Liber prognosticorum. fol. 90 b.

Incip. "Hic tractandum est de dispositione omnium hominum; Qui habet verticem acutam, mobilis est."

15. Tractatus de complexionibus. fol. 92.

Incip. "Hic tractandum est de complexionibus omnium hominum in mundo viventium."

16. Arnaldi de Villa-Nova de quinquaginta vinis optimis tractatus. fol. 93.

Incip. "Laudamus vinum de vite bona ad conficiendum vina medicinalia."

In calce, "Explicit tractatus de quinquaginta binis optimis magistri Arnoldi de Villa Nova; Deo gratias."

481.

Codex chartaceus, in 4to, ff. 144, sec. xv.; haud una manu nec eodem tempore scriptus.

1. Præscriptorum liber medicinalium in capitula nonaginta septem distinctus; opus forsan Marsilii a Sancta Sophia super Avicennæ libri quarti Fen prima.

Tit. i. "Supra capitulum febrium putridarum."

Incip. "In generali innuit Avicenna levem solutionem esse fiendam."

2. Anonymi cujusdam de febrium curationibus, etc. mutil. fol. 125.

Incip. cum verbis, "virtutis valde ad regendum cibum habemus in multas vices."

482.

Membranaceus, in folio, ff. 7 et 90, sec. xv.; olim L. E.

Petri Crescentii, sive de Crescentiis, Bononiensis, Ruralium commodorum, seu de omnibus Agriculturæ partibus, et de plantarum animaliumque natura et utilitate, libri duodecim.

Præmittuntur,

a. Epistola ad Aymericum de Placentia, ord. prædicatorum magistrum.

b. Epistola ad Carolum II. Jerusalem et Siciliæ regem.

c. Tabula rubricarum uniuscujusque libri.

d. Præfatio ad lectorem.

Quædam hic illic una cum litteris initialibus a pueris forsan evulsa supplevit manus abbatis Canonici ex editione Basileensi, 1538.

483.

Chartaceus, in folio, ff. 288, sec. xv. exeuntis.

1. Repertorium Juridicum, quod appellatur Succinianum, in quo continentur nongentæ viginti duæ quæstiones per alphabetum positæ. p. 1.

Incip. "Archivum: Scriptura et instrumentum ex archivis."

2. Repertorium Campeggianum, in quo continentur ducentæ tres quæstiones "multis verbis examinatæ." p. 309.

Incip. "Appellatione descendentium an veniat ne dum descendens masculus."

3. Glossæ ordinariæ et magistræ totius corporis censuræ pontificiæ in unum fasciculum collectæ, per Antonium Cursectum, [Corsettum Neptinum] Siculum, juris utriusque doctorem, "jura pontificia ad præsens in hoc celeberrimo Patavino gimnasio ordinarie de mane legentem, etc. 1489 die xix. Martii." p. 463.

Incip. "Glosa in Versi. Vult enim intelligi, debet in c. Humanum."

In calce, "Finiunt glose singulares et notabiles Decreti collecte per D. Antonium Cursectum, et hec fuerunt electe, tamquam meliores ab omnibus dictis glosis."

Sequitur tabula glossarum alphabetica.

4. Matthæi de Afflictis, Neapolitani, Repetitio in legem primam et l. Nemo carcerem C. De exactoribus tribut. "ubi inter alia habetur plene materia carceris." p. 535.

Incip. "Dictum est supra de tributis ordinariis et extraordinariis."

5. Allegatio quædam domini Christophori Alberich, "quod bonum est argumentum a solitis et consuetis." p. 561.

Incip. "Si nummos: In secundo notandum, quod hic ponit Bartolus dum dicit bonum."

6. Privilegia paupertatis, numero triginta, "que habui ab excellentissimo domino Antonio Corseto, cum quibusdam per me additis in fine; ita extravaganter posita ut in dies inveniuntur." p. 567.

Incip. "Glosa in C. Imprimis ij. q. i. est notanda, colligens argumentum."

484.

Codex chartaceus, in folio, ff. 90, sec. xv. exeuntis.

1. Anonymi cujusdam Oratio ad Imperatorem, [forsan Sigismundum an Carolum iv.] qui ecclesiæ pacem modo restituerat. fol. 1.

Incip. "Etsi vereor, invictissime Cesar, ne vel parum prudens vel nimium arrogans existimari possim, qui audeam et sapientissimum Imperatorem et prudentissimum regem in tanta mole agendorum."

Desin. "tum rem maximam omnium, que humano consilio geri et excogitari queant, te fecisse homines judicabunt."

2. Leonardi Bruni Aretini ad Omnibonum epistola. fol. 3 b.
Incip. "Nescio quibus verbis aut qua ratione."
Exstat impress. Panagatho inscripta inter epistolas ed. Mehus, tom. i. p. 17.

3. Ejusdem Leonardi ad eundem epistola. fol. 4.
Exstat ibid. tom. ii. p. 170.

4. Ejusdem ad Nicolaum suum epistola. fol. 4 b.
Incip. "Non ago tibi gratias pro his."

5. Ejusdem ad Nicolaum Nicolum epistola. fol. 5.
Exstat impress. inter epistolas, tom. i. p. 49.

6. Ejusdem ad Nicolaum suum epistola. fol. 5 b.
Incip. "Fides sacerdos Ciceronis epistolas."

7. Ejusdem ad N. Nicolum. fol. 7.
Incip. "Egregius vir Antonius."

8. Ejusdem ad Zucharum, sive Zachariam epistola. fol. 8.
Exstat impress. ibid. tom. i. p. 50.

9. Ejusdem ad Nicolaum suum. fol. 8 b.
Exstat ibid. tom. i. p. 53.
In codice nostro occurrunt in fine ista, "Laudationem C. Salutati viri c. scribere incepi, oratio erit luculenta et copiosa. Non possum nunc scribere plura ad te," quæ in editione impressa non inveniuntur.

10. Ejusdem in persona Heliogabali Romanorum imperatoris Oratio habita in concione ad meretrices, prævio argumento. fol. 9.
Incip. argum. "Heliogalbus Augustus inter cetera notate."
Exstat oratio cum Hist. August. Scriptt. minor. ab Aldo editis, Venet. 1519, p. 291.

11. Ejusdem ad Petrum Æmilianum epistola. fol. 12 b.
Exstat inter epistolas, tom. i. p. 51.

12. Ejusdem ad Nicolaum suum; dat. Luccæ iij. kal. April. fol. 13 b.
Exstat ibid. tom. i. p. 27.

13. Ejusdem ad eundem. fol. 15.
Exstat ibid. tom. i. p. 76.

14. Ejusdem ad Coluccium Salutatum epistola. fol. 18.
Incip. "Viginti continuos dies quotidiana febris."

15. [Ejusdem Leonardi oratio funebris de laudibus Ottonis Cavalcantis, Florentini.] fol. 19.
Incip. "Plenam lacrimarum atque meroris."

16. Ejusdem [ad Ruffum] epistola. fol. 21 b.
Exstat inter epp. tom. i. p. 57.

17. Petri Pauli Vergerii, Justinopolitani, ad Gasparinum Barzizium, Bergomatem, epistola. fol. 22 b.
Incip. "Franciscus Zabarella, S. Romane."
Cf. cod. Arundel 70. fol. 97 b.

18. Gasparini Barzizii ad P. P. Vergerium epistola. fol. 23.
Incip. "Qua die litteras tuas recepi."
Cf. ibid. fol. 98.

19. Ejusdem ad Fr. Zabarellam epistola. fol. 23 b.
Exstat inter opera, Romæ 1723, part. i. p. 164.

20. P. Pauli Vergerii ad Fr. Zabarellam epistola. fol. 24.
Impress. inter Scriptores Rerum Italicarum, tom. xvi. col. 235.

21. Ejusdem ad Nicolaum physicum epistola. fol. 25.
Incip. "Fecisti ut pre risu corumperent lacrime."

22. Poggii Bracciolini, Florentini, ad Nicolaum suum epistola. fol. 25.
Exstat inter Poggii opera, 1538, p. 297.

23. Ejusdem ad Leonardum Aretinum epistola. fol. 28 b.
Exstat ibid. p. 301.

24. Guarini Veronensis ad Poggium epistola. fol. 32.
Incip. "Ex litteris quas nuper tum ad me."

25. Poggii ad Guarinum epistola. fol. 34 b.
Exstat inter opera, p. 305.

26. Ejusdem ad Franciscum Barbarum. fol. 35.
Incip. "Matheus Barucius noster reddidit."

27. Guarini Veronensis ad Christophorum suum epistola. fol. 37.
Incip. "Speravi tibi letissimum nuncium."

28. Ejusdem ad Phenicam suum. fol. 37 b.
Incip. "Dicere non possum anime mi."

29. Ejusdem ad Manuelem Chrysoloram. fol. 38.
Impress. apud Hodium de Græc. Illustr. p. 45.

30. Ejusdem ad Bartholomæum [de Montepoli] de morte Chrysoloræ. fol. 39 b.
Exstat ibid. p. 49.

31. Ejusdem ad Ugonem suum. fol. 41.
Incip. "Quod mihi tantum tribuis."

32. Ejusdem ad Jacobum de Fabris. fol. 41 b.

Exstat apud Hodium, p. 56.

33. Ejusdem ad Leonardum Justinianum. fol. 43.
Incip. " Dicere non possum quanto."

34. Ejusdem ad Zachariam Barbarum. fol. 43 b.
Incip. " Nudius tertius Verona rediens."

35. Ejusdem ad Albertum de Sala. fol. 44.
Incip. " Luculentam illam Justiniani."

36. Ejusdem ad Paulum Sarçanensem. fol. 45 b.
Incip. " Accede huc, Paule carissime."

37. Ejusdem ad Valerium. fol. 45 b.
Incip. " Dissimulare nequis immensam."

38. Ejusdem ad Filium suum [Hieronymum?] fol. 46 b.
Incip. " Quod laboretis ut eo mittar."

39. Ejusdem ad eundem? fol. 47.
Incip. " Egre fero quod tam diu me."

40. Ejusdem ad eundem? fol. 47.
Incip. " Unis eisdem literis tuis."

41. Ejusdem and eundem? fol. 47 b.
Incip. " Non oportere arbitror."

42. Ejusdem ad eundem? fol. 48.
Incip. " Que ex emergentibus."

43. Ejusdem ad eundem? fol. 48.
Incip. " Pergratum est mihi, quod cum."

44. Ejusdem ad eundem? fol. 48 b.
Incip. " Auctum te familia nuncias."

45. Ejusdem ad Ugonem suum. fol. 48 b.
Incip. " Teneo memoria te."

46. Ejusdem ad eundem. fol. 49 b.
Incip. " Hac die unas abs te."

47. Ejusdem ad eundem. fol. 50.
Incip. " Erat animus a querellis."

48. Ejusdem ad eundem. fol. 51.
Incip. " Proximis diebus egregius atque."

49. Ejusdem ad eundem. fol. 52 b.
Incip. " Gaudeo magnopere non solum."

50. Ejusdem ad Guidonem. fol. 53.
Incip. " Venit ad me bonus ille vir."

51. Ejusdem ad Leonardum Tarundam. fol. 53.
Incip. " Peto a te mi Leonarde."

52. Ejusdem ad Christophorum. fol. 53 b.
Incip. " Mirum ex multis quas."

53. Epistola anepigrapha de kalendario dierum fastorum conscribendo. fol. 54 b.
Incip. " Jussit vir insignis et clarus Bartholameus Baldana."

54. Petri Pauli Vergerii ad Gasparinum Barzizium epistola. fol. 55 b.
Exemplar est aliud art. 17 superius memorati.

55. Gasparini Barzizii ad P. P. Vergerium. fol. 56.
Incip. " Qua die litteras tuas accepi."

56. Ejusdem ad Fr. Zabarellam epistola. fol. 57.
Exstat inter opera tom. i. p. 164.

57. P. P. Vergerii ad Fr. Zabarellam et ad Nicolaum. fol. 57 b.
Cf. supra artt. 20, 21.

58. Francisci Barbari ad Pallantem Strozzium epistola. fol. 58 b.
Incip. " Postquam mihi nunciatum sit."

59. Ejusdem Francisci ad Camillum Ferrariensem epistola. fol. 62.
Incip. "Cum honestissimus et ornatissimus."

60. [Johannis] Aurispæ, Siculi, ad Paulum Sarçanensem epistola. fol. 62 b.
Incip. " Primum quidem gratias tibi."

61. " Plutarcus Tyranno." fol. 62 b.
Incip. " Modestiam tuam noveram."

62. Gasparini Barzizii ad Zebedæum suum. fol. 63.
Incip. " Magnam ex litteris tuis voluptatem."

63. C. Plinii Secundi epistolæ viginti duæ ad diversos. fol. 64.
Prima est ad Saturninum Pompeium et est in editt. lib. i. ep. viii.

64. [Leonardi Justiniani de obitu Caroli Zeni oratio funebris.] fol. 76.
Exstat impress. in Marten. Monument. Vett. tom. iii. col. 743.

65. Oratio [Gasp. Barzizii] de laudibus philosophiæ. fol. 82.
Incip. " Sentio, magnifici patres et doctores amplissimi."
Exstat inter opera, part. i. p. 55.

66. [Ejusdem?] Oratio ad Petrum Marcellum prætorem, in gymnasio Patavino habita. fol. 83.
Incip. "Etsi minime conveniat, clarissimi."
Cf. catal. codd. Arundel. p. 35, § 122.

67. [Ejusdem] insignia juris utriusque petentis oratio. fol. 84 b.
Inter opera, part. ii. p. 66.

68. [Ejusdem] de obitu Jacobi Foroliviensis oratio. fol. 86.

Exstat impress. inter Barzizii opera, part. i. p. 23.

69. Oratio ad Alexandrum. fol. 89.

Incip. "Nihil habes, rex Alexander, vel fortuna tua majus."

485.

Codex membranaceus, in folio, ff. 108, sec. xiv. exeuntis; binis columnis exaratus.

1. Liber sermonum brevium, seu ut videntur, thematum ad sermones conficiendos, pro diebus festis et sanctis per anni cursum. fol. 4 b.

Incip. i. "In festo sancti Andree: In baculo meo transivi Jordanem," etc. "Sicut dicitur Sapient. ij. Umbre transitus est tempus."

Desin. "attestans uni Deitati ibi, Dominus Deus exercituum expresius dicitur hic in Jo. v. Tres sunt qui testimonium dant in celo, Pater, Verbum et Spiritus sanctus, et hii tres unum sunt."

In calce, "Expliciunt theumata."

2. Sermones, ejusdem fere generis, super epistolas et evangelia in Dominicis per annum legenda; in fine mutil. fol. 72.

Incip. "Hora est jam nos de sompno surgere, etc. Sicut dicit sapiens, Eccles. iij. omnia tempus habent."

Sequuntur,

a. Tabula ad inveniendum diem Paschæ.

b. Sententiæ proverbiales.

486.

Chartaceus, in folio, ff. 181, anno 1442; manu Johannis Run binis columnis scriptus.

1. Quæstiones logicæ in Porphyrium; [initio mutil.] fol. 1.

Incip. "Corporalium et ob hoc."

Desin. in cap. De proprio et accidente, "philosophi intellexerunt rem pro dictis."

2. In Aristotelis Prædicamentorum librum commentaria. fol. 24.

Incip. "Circa librum predicamentorum Aristotelis queritur primo, utrum de predicamentis sit scientia rationalis."

3. Quæstiones super Aristotelis librum de Interpretatione sex Principiorum. fol. 49.

Incip. "Circa primum librum peryermenias Aristotelis queritur primo, utrum de enunciatione sit scientia."

In calce, "Amen;

"Heu male finivi . quia non bene scribere scivi,
Et Jo. ponatur . et han sibi consocietur,
Nes quoque jungatur . qui scripsit sic vocitatur.
Nomen scriptoris. . Johannes Run plenus amoris."

4. Quæstiones in Aristotelis Priorum libros ii. fol. 67 b.

Incip. "Circa primum librum Priorum Aristotelis movetur primo talis questio, utrum de sillogismo."

5. Quæstiones in Aristotelis Posteriorum libros ii. fol. 82.

Incip. "Circa primum librum Posteriorum Analyticorum, queritur primo utrum de sillogismo demonstrativo."

In calce, lib. i. "Et hec de questione et per consequens de toto primo libro Posteriorum Analeticorum Aristotelis completo in festo Sancti Petri, prima die mensis Augusti per manum Johannis Run, venerabilis nacionis Francie, commorantis tunc temporis in venerabili peudagogio magistri Petri Richeri, anno Domini milesimo quadringentesimo quadragesimo secundo."

In calce lib. ii. "Scripto per me Johannem Run studentem Parisius in venerabili facultate artium."

6. In Boethii Divisionum librum quæstiones. fol. 111 b.

Incip. "Utrum ars dividendi sit de compositione logici."

In calce "Et hec de questione et per consequens de toto libro Divisionum Severini Torquati Boecii exconsulis, qui completus fuit vicessima sexta die mensis Augusti manu quidem Johannis Run, venerabilis Francie nacionis episcopatusque Tercorensis, studentis tunc temporis Parisius in venerabili facultate arcium anno Domino millesimo quadringentesimo quadragesimo secundo."

7. Quæstiones in Aristotelis Topicorum libros octo. fol. 116.

Incip. "Circa primum librum Thopicorum Aristotelis queritur primo, utrum Thopica seu Dialectica sit scientia."

8. Quæstiones in Aristotelis Sophisticorum elenchorum libros duo. fol. 145 b.

Incip. "Circa primum librum, etc. queritur primo utrum de sillogismo sophistico sit scientia ab aliis.

In calce, "Et hec de questione, et per consequens de omnibus libris tam nove logice quam veteris, quoad presens sufficiant; Deo gratias."

9. Quæstiones in Gilberti Porretani sex Principia. fol. 161.

Incip. "Utrum preter ea, que tradita sunt in libro Predicamentorum, utile sit."

In calce, "terminatur sententia hujus questionis et per consequens totius libri sex Principiorum Gilberti Porretani, scripti Parisius et completi sexta die mensis Septembris per manum Johannis Run, anno Domini 1442."

10. In [Thomæ Aquinatis] de esse et essentia librum commentarius. fol. 170.

Incip. "Utrum ab ente sumatur nomen."

In calce, "Et hec de questione et per consequens de toto tractatu de esse et essencia secundum sanctum Doctorem."

487.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 132, sec. xv.; in fine mutilus.

CLAUDII PTOLEMÆI Cosmographiæ libri octo per Angelum de Scarparia Latine versi, prævia ejusdem Angeli ad Alexandrum papam V. epistola.

Exstant impressi, in folio, Bononiæ, 1462.

Deficit liber octavus a verbis, "Et distat ab Alexandria versus ortum hor. 3. 20.," in Asiæ tabula decima.

488.

Chartaceus, in forma oblonga, ff. 172, sec. xv.; olim cujusdam, qui portabat in parmula punicea leonem album balteis cæruleis ter virgatum.

1. Adversaria medica; in quibus, liber RHASIS nonus ad Almansorem regem, præviis quibusdam de morbis eorundemque curationibus. fol. 49.

Incip. ad fol. 4. "Corpus namque humanum ex quatuor humoribus constat."

In calce, "τέλος; die 31 Marcii 1477 nonum Almansoris fœliciter explicit."

2. Unguenta, Emplastra et alia recepta medicinalia. fol. 56 b.

3. HIPPOCRATIS Prognosticorum liber. fol. 79.

4. JOHANNIS NAZARENI, filii Mesue, compendium secretorum in medicina, quod vocatur Grabadinus, prævia præfatione. fol. 106.

Incip. "Scripsimus in libris explanationum nostrarum ex hiis, quæ experti sumus."

Desin. "quanto antiquius tanto melius."

In calce, "Joannis Nazareni filii Mesue Grabadinus medicinarum universalium explicit."

5. Receptorum liber medicinalium. fol. 150 b.

Ad ff. 1. et 103 b. inveniantur pillulæ magistri Christophori Rechanatensis, et magistri Gerardi de Bolderis, Veronensis.

489.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 34, sec. xiv., binis columnis exaratus; olim peculium Thomæ et Johannis fratrum de Tabernis, postea Ambrosii de Rochis et denique Antonii de Geh... ......tio.

Anonymi cujusdam Summa de arte grammatica, multum e Priscia noconfecta, prævia præfatione.

Sequitur præfatio, "Ut ad sapientiam per gramaticam venire possimus, sciendum est quod quinque sunt claves sapientie, prima est Timor Domini, secunda Honor magistri, tertia Assiduitas legendi, quarta Frequens interrogatio, quinta Memoria retinendi: De prima ait Psalmista, Initium sapientie est timor Domini; De secunda ait Cato, Metue magistrum, De tertia et quarta ait Horatius, 'Inter cuncta leges et percunctabere doctos,' De quinta ait Seneca, Inter humane nature comoda nihil dignius memoria reperitur."

Incip. liber, "Septem sunt liberales artes, scilicet, gramatica, dialetica, rethorica, arismetica, geometria, musica et astrologia.

Desin. "non copulat proprietatem substantivi cum differentia, ut homo rationabilis."

In calce, "Deo gratias; Amen."

490.

Membranaceus, in folio majori, ff. 248, secc. xiv. et xv., binis columnis exaratus.

1. Officia propria Sanctorum dierumque aliorum festorum per anni circulum. fol. 1.

Incip. "In nativitate S. Nicolai. Nicolaus itaque ex illustri prosapia ortus," ut apud Mombritium, tom. ii. fol. 162, quo tamen vita multo longius extenditur.

Desinit cum B. Augustini de Omnibus Sanctis homilia, quæ incip. "Quanta erit illa felicitas sanctorum omnium ubi nullum," et desin. "ad regnum cujus nullus est finis."

2. Legenda alia in festo Sacramenti Altaris et de S. Ambrosio. fol. 212.

3. Lectiones receptæ de diversis homiliis, commentis et opusculis Sanctorum, legendæ infra octavam Nativitatis sanctæ Mariæ Virginis, et quandocunque placuerit, "cum agitur officium ad laudem et gloriam sancte Virginis Mariæ, cujus laus merito celebratur ab universis, quia ipsa est

nostra interpellatrix continua ad dilectum Filium suum Dominum nostrum Ihesum Christum pro nostris peccatis, ut meritum passionis ejus Filii nobis subveniat in nostris extremis." fol. 221.

Incip. cum sermone S. Augustini, "Adest nobis dilectissima dies."

4. Lectiones variæ in variis SS. festis legendæ, scilicet,

a. Passio S. Barbaræ. fol. 227.
Exstat apud Mombritium, tom. i. fol. 74.

b. In conceptione S. Mariæ. fol. 228 b.
Incip. "Tempore illo quo divine placuit."

c. De S. Dorothea. fol. 230 b.
Consentit fere cum passione in calce Legend. Aur. 1479 edita.

d. De S. Apollonia. fol. 232.
Incip. "Cum apud Alexandriam temporibus."

e. De S. Juliana. fol. 233.
Consent. cum passione in Aur. Legend. edita.

f. De S. Erasmo. fol. 235.
In. Aur. Legend. calce. fol. 328 b.

g. In festivitate decem mille martyrum. fol. 235.
Incip. "Libet, dilectissimi, cum omnium Sanctorum meritis."

h. In festo visitationis S. Mariæ. fol. 235 b.
Incip. "Beatissima virgo Dei a suis primordiis."

i. De S. Bernardo. fol. 240 b.
Exstat in Aur. Legend. sed fusius. fol. 206 b.

k. De SS. Felice et Audacte. fol. 241 b.
Ibid. fol. 224 b.

l. De S. Florino confessore. fol. 241 b.
Incip. "Scripturus vitam beati Florini."

m. De S. Elisabetha. fol. 242 b.
Incip. "Venerabilis Dei famula."

n. In dedicatione Templi. fol. 243 b.
Incip. "Sicut optime novit caritas."

491.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 304, sec. xiv., binis columnis exaratus; olim peculium Silvestri de Gudis.

Justiniani Imperatoris Digestum Novum seu Pandectarum juris civilis tomus tertius, commentariis Francisci Accursii aliorumque perpetuis instructum.

In calce comment. "Accursius doctor legum."

Exstat impress. cum glossis iisdem aliisque Lugd. 1627.

Sequuntur Bonifacii papæ VIII. Regulæ juris cum eorumdem commento.

In calce codicis, "Istud ff. novum est mei Silvestri fillii quondam Domini Gudi de Gudis de Vincentia emptum precio die 10 mensis Novembris m cccc v."

492.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 316, sec. xiv.; binis columnis exaratus.

Gregorii Papæ IX. Decretalium libri quinque, glossis marginalibus perpetuis instructi.

Exstant impress. cum glossis, sed multo fusioribus, Paris. 1612, tom. ii. col. 1.

In fine subjecit manus recentior arborem consanguinitatis et affinitatis cum [Johannis Andreæ] declarationibus.

493.

Membranaceus, in folio majori, ff. 428, sec. xiv., binis columnis exaratus; picturis hic illic ornatus.

Justiniani Imperatoris Digestum vetus, seu Pandectarum juris civilis tomus primus, cum commentariis Fr. Accursii aliorumque perpetuis.

Exstant impress. in Corp. Jur. Civilis, Lugd. 1627, tom. i.

In calce,
"Qui scripsit hunc librum . cum angelis gaudeat in paradisum;
Finito libro referamus gratia Christo;
Explicit Digestum vetus."

494.

Membranaceus, in folio majori, ff. 264, sec. xiv., binis columnis exaratus; olim Protasii de Ferrariis.

Justiniani Imperatoris codicis libri novem priores, glossis Fr. Accursii aliorumque instructi; quædam etiam habent ex quæstionibus Guidonis de Suzaria.

Tit. "In nomine Domini nostri Ihesu Christi. Codicis domini Justiniani sacratissimi principis perpetui Augusti, repetite prelectionis, incipit liber primus."

Exstant in Corp. Jur. civil. ed. Lugd. 1627, tom. iv.

Præmittitur tabula legum alphabetica, et calci subjicitur Summa Rubricarum, in cujus fine, "Summa Rubricarum C. capitum ccccc. xxx."

In fol. 3 recto scribitur, "1434 die xviij. Augusti Protasius de Ferrariis off. bullet. Papiæ."

495.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 304, sec. xiv., binis columnis exaratus, hic illic picturis illustratus; olim Johannis de Madio, postea B. Ant. Ugolini de Callio.

Justiniani Imperatoris codicis libri novem priores, cum Accursii aliorumque glossis.

Exstant impress. in Corp. Jur. Civ. 1627, tom. iv.

In initio et fine inveniantur totius codicis Rubricæ.

Occurrunt nomina possessorum

a. In fronte fol. 3, "1441 die 29 Aprilis, Johannes R."

b. In calce, fol. 303, "Iste codex est ser. Bartholomei Antonii Ugolini de Callio."

c. "Millesimo cccc.lv. indict. 3 et die xxiiij mensis Martii præsentatus fuit presens liber C. per Berthol. de Callio mihi Jo. Santis, nostræ Universitatis, Ideo me subscripsi."

d. In fronte folii sequentis, "Iste codex est Johannis de Madio de Canthina, quem emit pro ducatis viginti octo."

496.

Membranaceus, in folio majori, ff. 245, sec. xiv., binis columnis exaratus, et quoad literas initiales ornatus; mutilus.

Gregorii Papæ IX. Decretalium libri quinque, Bernardi Bottoni aliorumque glossis perpetuis instructi.

Deficiunt a verbis "testes lite non"—in edit. Paris. 1612, col. 1696; tit. xxxvi. cap. 7.

497.

Chartaceus, in folio, ff. 218, sec. xv.; in fine mutilus.

Petri Crescentii, sive de Crescentiis, civis Bononiensis, Ruralium Commodorum libri duodecim, cum duabus epistolis, prima ad Fr. Aymericum Placentinum, altera ad sereniss. Carolum II. Hierosolymæ Siciliæque regem.

Exstant, omissa epistola priori, Basil. 1538.

Præmittitur tabula capitulorum.

Incip. epist. i. "Cum presentem librum ruralium commodorum."

Incip. epist. ii. "Cum desiderarem [*sic*] etatem et multiplices cogitationes" cujus tamen, et præfationis, fere tota desunt.

Deficit lib. ult. in cap. "De fossione vinearum," in edit. cit. p. 547, l. 4.

498.

Codex chartaceus, in folio, ff. 176, sec. xv., anno scilicet 1465 scriptus.

Petri Crescentii Ruralium Commodorum libri duodecim, prævia Rubricarum tabula.

Exstant impress. in 4to edit. Basil. 1538.

In calce tabulæ, "Expliciunt regule omnium librorum infrascriptorum regulariter ordinate, et de singulis in ipsis libris contingentibus; Deo gratias semper sit, ex hoc et nunc et usque in seculum, Amen."

In calce, "Explicit liber ruralium comodorum de omnibus et singulis, que ad utilitatem et delectationem in rure quocunque tempore anni fieri possunt et complectum vel scriptum per Ja. Be. die 18 Februarii 1465 in Arce Pergami, tempore regiminis sp. ac generosi Domini F. V. dignissimi Castellani in predicta arce."

499.

Chartaceus, in folio, ff. 249, sec. xv.

1. Alphonsi X. Castellæ regis Tabulæ astronomicæ, cum super ipsas canonibus, insertis hic illic tabulis aliis. fol. 2.

   Ad fol. 48 b. est tabula Henrici Lobenstein ad inveniendam partem proportionalem.

   In calce, "Finis tabularum canonum Alfoncii."

   Sequitur canon, quæ incip. "Figuram celi ad quodcunque tempus conjunctionis."

   Inscribitur, "Iste canon non spectat ad canones super Alphonsum."

2. "Compositio Almanack ingeniosissime." fol. 60.

   Incip. "In componendo Almanack sic procede, ordina medios cursus."

3. Tabulæ de mediis et veris motibus planetarum super meridianum Pragensem, quæ appellantur Tabulæ aureæ et resolutæ Alberti Bruzæ. fol. 62.

   Præmittitur notitia, quod factæ sunt tabulæ istæ ad meridianum Pragensem et Cracoviensem.

   In calce, "Expliciunt tabulæ aureæ et resolutæ Alberti Bruzæ."

   Sequuntur canones et tabulæ aliæ.

4. Canones tabularum "Cruciferi Gaerparum per eundem de tabulis Alfoncii ad meridianum Wratislaviensem, hic autem sunt redactæ ad meridianum Pragensem." fol. 112.

Incip. "Mirabilis in altis Dominus, mirabilia sua tam in terris."

In calce, "Expliciunt tabule Cruciferi cum suis canonibus de mediis et veris motibus planetarum reducte ad meridianum Pragensem, scripte anno Domini 1471 per Johannem B. de Bazyn in collegio beatissime Marie virginis nationis Boemorum domus Beczkonis."

5. Tabulæ plures astronomicæ. fol. 116.

Tit. i. "Tabula medii motus lune in elongatione ipsius a Jove."

6. Johannis de Lineriis Tabulæ astronomicæ, canonibus posthabitis. fol. 154.

Subscribuntur; "Anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo secundo Tabulæ presentes magistri Johannis de Lineriis scripte sunt per Johannem de Bazyn in studio Pragensi, in collegio beatissime Marie virginis domus Beczkonis."

In calce, "Expliciunt canones tabularum magistri Johannis de Lineriis finiti per Johannem de Bazyn in collegio," etc. "Anno Domini 1470."

7. Canones de lunæ eclipsi, etc. fol. 187 b.

Incip. i. "Cum volueris scire colores."

8. Tabulæ æquationis et "quantitatis dierum ad meridianum Bononie et Ferrarie." fol. 188 b.

9. Tabulæ aliæ cum canonibus. fol. 190.

10. "Thebit de motu trepidationis octavæ spheræ" tractatulus. fol. 202 b.

Incip. "Ymaginabor speram equacionis dici et tres circulos."

In calce, "Explicit Thebith de motu octave spere cum tabulis."

11. Tabulæ aliæ, additis notitiis de Ptolemæi armillis et regulis. fol. 205.

12. Anonymi cujusdam in Alphonsi tabulas expositiones. fol, 212.

Incip. "Ad honorem cunctipotentis trine in personis simplicis in essencia."

Desin. "pro quibus Deus gloriosus sit benedictus in secula seculorum, Amen."

500.

Codex chartaceus, in folio, ff. 183, secc. xv. et xvi.; anno 1710 peculium Josephi Columbani.

1. Herbæ plurimæ, penna delineatæ et coloratæ. fol. 6.

Præmittitur tabula contentorum.

2. Formulæ remediorum variæ; *partim Latine partim Italice.* fol. 53.

Incip. i. "A di 19 Augusti; Virtutes primi unguenti infra scripti."

3. Quædam de arte veterinaria. fol. 118.

Incip. "Diligens dominus stabulum frequenter intrabit."

4. Tractatus astrologici de Planetis, etc. libri tertius et quartus, præviis tabulis. fol. 136.

Tit. cap. i. "De partibus planetarum existentibus in plantis, animalibus et metallis."

Incip. "Postquam in præcedenti libro sumus loquuti de imaginibus et figuris celi."

Tit. lib. iv. "Incipit liber quartus, in quo ostenditur de proprietatibus spirituum, et de iis, quæ necessaria sunt in arte ista, et qualiter cum imaginibus et suffumigationibus illis adjuvantur."

Tit. cap. i. "Caput primum, a quo virtus et fortitudo spirituum procedat et quid sit proprietas spiritualis, et quid sit proprietas corporis sensus, intellectus, animæ, necnon differentia in ea."

Incip. cap. i. "Sapientes vero antiqui in hoc sunt concordati."

501.

Codex chartaceus, in folio, ff. 127, sec. xv.

1. Johannis de Blanchinis, sive Blanchinii, compositio instrumenti pro altitudinibus stellarum inveniendis, cum demonstrationibus operationis ejusdem, necnon figuris posthabitis. fol. 1.

Incip. "Primo compossui duas figuras equalis longitudinis sese in qualibet."

Desin. "et videbis mirabiles motus Mercurii, etc. Amen."

2. Tractatus, ejusdem Johannis forsan, qualiter instrumentum adæquationis planetarum componi debeat, qualiterque per ipsum loca planetarum conveniat invenire, prævia præfatione. fol. 15.

Incip. præf. "In hoc opusculo declarabitur."

Incip. tract. "Sol unum habet circulum."

Desin. "quemadmodum de Mercurio supra docuimus."

3. Johannis de Muris Tabulæ planetarum, subjunctis canonibus quibusdam. fol. 55.

Tit. i. "Tabula medie conjunctionis principalis solis et Saturni secundum radices per Alfonsum, regem Castelle, verificatas super Toletum distans a Parisius in occidentibus per 48, ij. hore."

In calce,

"I. sum de Muris . qui tot supponere curis
Me volui duris . munitus mille figuris,
Ut conjecturis . et veris calculaturis,
Gressibus in puris . sint si dicta nota futuris,
Certis mensuris . ut continue redituris,
Annis venturis . sic perpetuo valituris.

Explicit compositio tabule de certis revolutionibus planetarum."

4. Tractatus grammaticus de comparativorum et participiorum constructione, auctore magistro de Asilo. fol. 108.

Incip. "Nota quod chomperatio est participatio alicujus qualitatis a duobus subjectis, scilicet equaliter vel excessive."

Desin. "michi de bono corde; hec itaque de participiis dicta sufficiant."

In calce, "Expliciunt constructiones participiorum edite per prudentem virum magistrum de Asilo gramatice et rhetorice professorem; Deo grazias; Amen."

502.

Codex chartaceus, in folio, ff. 186, sec. xv.

1. Anonymi cujusdam liber de Anima. fol. 1.

Incip. "Subjectum cujuslibet scientiæ genus est circa quod scientia versatur, proprietates explicans."

Desin. "quæ vitio morbi nonnunquam sensibiles formas recte imaginari non potest, nonnunquam vero insensibiles."

2. Ejusdem auctoris, ut videtur, de Intellectu liber. fol. 113.

Tit. "Intellectus possibilis agentis, quæ Aristotelica probatio et utriusque natura."

Incip. "Intellectum sive mentem in cerebri sede constitutam Plato arbitratus est."

Desin. "in qua aliquid corruptum sit, sicut sexto Physicorum libro ostensum est."

Citantur in priori tractatu Averrois, Aristoteles, Johannes de Janduno, sive Gandavo, Johannes Bridanus, aliique.

503.

Chartaceus, in folio, ff. 43, sec. xv.; binis columnis scriptus.

Nicoluccii de Eschulo, ordinis fratrum Prædicatorum, sermones super epistolis totius Quadragesimæ.

Tit. "In capite jejunii sermo de epistola secundum Nicholucium de Eschulo, ordinis fratrum Prædicatorum."

Incip. "Convertimini ad me, etc. Secundum quod communiter dicunt doctores, peccator, si sibi ipsi."

Desin. ult. "et postea in animabus nostris per gloriam; quam nobis propitiare dignetur Christus benedictus in secula; Amen."

In calce, "Expliciunt sermones."

Sequitur tabula rerum alphabetica, in cujus fine, "Explicit tabula super epistolis quadragesimalibus fratris Nicoluccii de Esculo, ordinis Prædicatorum. Hoc opus scripsit frater Lodovicus de Padua lec. paciens in suis persecucionibus, in 1372 die 25 mensis Januarii."

In fol. 41 legitur notitia ista, "Isti sermones sunt fratris Basilii de Tarvisio, ordinis fratrum heremitarum Sancti Augustini, quos donavit sibi frater Jacobus de Tarvisio sub anno Domini m°. ccc°. lxxxviij. et fuerunt olym fratris . iberal . . de Tarvisio."

504.

Codex membranaceus, in folio, ff. 141, sec. xv.; binis columnis nitide exaratus.

1. Johannis, filii Serapionis, Arabis, liber medicus qui vocatur Breviarium, ex Arabico in Latinum versus per Gerardum Cremonensem.

Tit. "Tractatus primus Breviarii Johannis filii Serapionis medici, translatus a magistro Girardo Cremonensi de Arabico in Latinum."

Exstat impress. in folio, Lugd. 1525, fol. ii.

In calce, "Completum est postremum aggregati ex libro medicine, editione Johannis filii Serapionis; et hunc librum transtulit magister Girardus Cremonensis in Toleto de Arabico in Latinum."

2. Anonymi Abbreviatio Galeni Artis magnæ, sive de methodo medendi librorum, prævia præfatione ad Johannem filium. fol. 131.

Incip. præf. "Quamquam karissime fili Johannes ingenium in litteris acutissimum habeas."

Incip. opus, "Non intentio gloriosissimi G. in hoc libro fuit repugnandam quandam scriptam."

Deficit a verbis, "qui si curratur in eis, que oportuna."

505.

Chartaceus, in folio, ff. 199, sec. xv.; in fine mutilus.

Anonymi cujusdam, forsan Antonii de Butrio, in Gregorii IX. Decretalium librum primum commentarii, prævio prologo.

Incip. prol. "Quia de more legentium est prius expedire primam glosam."

Incip. comment. "Gregorius Episcopus; Dividitur in duas partes principales, in prima ponetur salutatio."

Deficit in cap. xiii. tit. xvii. a verbis, "quia jure hic allegato."

506.

Codex chartaceus, in folio, ff. 576, secc. xv. et xvi.

1. PETRI POMPONATII sive cujuscumque sint, in Analyticorum Priorum Posteriorumque libros expositiones. fol. 1.

Incip. "Cum statuerim librum priorum analecticorum Aristotelis exponere."

Incip. comment. in Poster. "Dimissis his que in principio uniuscujusque libri adduci solent."

2. Tabulæ logicæ. fol. 183.

3. Expositio in Posteriorum librum secundum, forte JOHANNIS Grammatici. fol. 206.

Incip. "Cum pertractavit Aristoteles in primo libro demonstrative de demonstrativo sillabo."

Desin. "principium esse et cognitionem omnis sensibilis."

In calce, "Finis ij. Posteriorum Analyticorum 1493 25 Novembris Paduæ."

4. Expositio in Posteriorum librum priorem secundum Nicoletum. fol. 224.

Incip. "Diximus sæpius in principio librorum multa esse adducenda."

5. Expositio in "Posteriorum cap. ii. in fine." fol. 243.

Incip. "Themistius inquit philosophum docere nos."

6. "ABBRATII DE ALIS Gravinati Apuli" de trino intellectu liber, prævia ad Claudium Aleandrum epistola. fol. 261.

Incip. epist. "Efflagitasti a me Claudi Aleander carissime et quidem maximopere, qui tuo merito id a me potius repetere debuisses."

Incip. lib. "Intellectus bipartito distribuitur, nam alter est, qui semper in se manens."

7. Quæstio magistri PETRI POMPONATII de motu gravium et levium. fol. 275.

Incip. "Queritur, a quibus moveantur gravia et levia."

8. Ejusdem PETRI super octavo libro Physicorum annotationes. fol. 284.

Incip. "Ego non exponam contraria, quia sum infirmus."

9. NICOLETI quæstio de anima. fol. 319.

Incip. "οτις εαρητον ut Chilo Lacedæmonius unus ex 7 Grecis sapientibus."

In calce, "et sic est finis hujus questionis per Nicolectum collecte."

10. Ejusdem quæstio de minimis, etc. fol. 321. b.

Incip. "Questio est quare dicitur primum mutatum."

11. PETRI POMPONATII in Physicorum librum quartum expositio. fol. 331.

Incip. "In primo commento nihil est, in secundo dicitur, quod diminutio et compositio et divisio."

In calce, "Et hec sufficiant pro hoc anno 1515 et de hoc quinto."

12. Expositio textuum et commentariorum secundi libri de cælo et mundo. fol. 383.

Incip. "Expedito primo est secundus aggrediendus."

13. RODULPHI STRODI Consequentiarum liber; [initio mutil.] fol. 429.

Exstat impress. Venet. 1517.

In calce, "Finis consequentiarum Rodulfi Strodi per me Ludovicum Ser. Angeli de Auximo 1466, cum essem Ferrariæ studens artibus, etc. Deo gratias."

14. Alberti de Saxonia de proportionibus liber. fol. 445.

Exstat impress. in calce Burlæi de intensione et remissione formarum, Venet. 1496.

In calce, "Finis tractatus Alberti de Saxonia de proportionibus scripti per me Ludovicum Ser. Angeli de Auximo."

15. GUALTERI BURLÆI de primo et ultimo instanti liber. fol. 452.

Exstat impress. Venet. 1501.

In calce, "Et sic est finis hujus tractatus de primo et ultimo instanti doctissimi viri Burlei scripti per me Ludovicum Ser. Angeli de Auximo."

16. JACOBI DE FLORENTIA tractatus de latitudinibus formarum. fol. 458.

Incip. "Quia formarum latitudines multipliciter variantur."

In calce, "Finis tractatus de latitudinibus formarum fratris Jacobi de Florentia, ordinis heremitarum Sancti Augustini, scripti per me Ludovicum Ser. Angeli de Auximo."

17. Obligationes doctissimi viri RODULPHI STRODI, Anglici. fol. 462. b.

Exstant impress. in 4to. Venet. 1517, cum aliis, p. 78.

In calce, "Finis obligationum doctissimi viri Rodulfi Strodi Anglici per me Ludovicum Ser. Angeli de Auximo."

18. HENTISBERI, sive GULIELMI DE HEYTESBURY, de sensu composito et diviso tractatus. fol. 482 b

Impress. in folio, Venet. 1495, fol. 1.

In calce, "Finis tractatus de sensu composito et diviso acutissimi viri Hentisberi per me Ludovicum Ser. Angeli de Auximo."

19. Tractatus de sensu composito et diviso magistri Baptistæ de Fabriano, ordinis Prædicatorum. fol. 487.

Exstat impress. in 4to. Venet. 1500.

In calce, "Finis tractatus de sensu composito et diviso magistri Baptistæ de Fabriano ordinis Prædicatorum per me Ludovicum Ser. Angeli de Auximo, Ferrariæ studentem."

20. Gaietani de Thienis in R. Strodi Consequentias expositiones. fol. 500. b.

Exstant impress. cum Strodo aliisque Venet. 1517, fol. 33. b.

In calce, "Finis expositionum doctissimi viri Gaiethani de Thienis in consequentias Strodi per me Ludovicum Ser. Angeli de Auximo."

21. Dubia egregii viri magistri Pauli Pergulensis in consequentias Strodi. fol. 520.

Exstant ibid. fol. 45.

In calce, "Finis dubiorum egregii viri magistri Pauli Pergulensis in consequentias Strodi per me Ludovicum Ser. Angeli de Auximo."

22. Ejusdem Pauli Problematum libellus. fol. 574. b.

Exstat ibid. fol. 77.

In calce, "Finis problematum magistri Pauli Pergulensis viri doctissimi per me Ludovicum Ser. Angeli de Auximo, 1467. Amen."

507.

Codex chartaceus, in folio, ff. 204, sec. xv., manu Antonii de Praga scriptus; olim Johannis filii Antonii de Ponzinalibus, cujus insignia gentilitia in fronte videntur.

Petri Crescentii, Bononiensis, Ruralium commodorum libri duodecim, prævia epistola ad Carolum II. Hierosolymæ Siciliæque regem.

Tit. "Incipit liber ruralium commodorum a domino Petro de Crescentiis, cive Bononiense, ad honorem omnipotentis Dei et serenissimi regis Karolli et ad utilitatem omnium gentium compilatus."

Exstant impress. Basil. 1538.

Cf. supra codd. 497, 498.

Præmittitur tabula rubricarum, in cujus fine, "Explicit tabula per me Antonium de Praga."

In calce, "Deo gratias, Amen; Per me Antonium de Praga; Explicit tractatus eximii doctoris magistri Petri de Crescenciis, civis Bononiensis."

Sequitur, "Iste liber est mei Johannis filii domini Antonii de Ponzinalibus de Pergamo."

508.

Codex chartaceus, in folio, ff. 78, sec. xiv. exeuntis; binis columnis scriptus.

Alberti Magni in Aristotelis Physicorum libros octo quæstiones, sive potius, ut videntur, quæstiones in Alberti commentarios in Aristotelem.

Incip. "Circa primum librum phisicorum queritur, Utrum scientia naturalis consideret de ente mobili."

Desin. "hec omnia considerare est altioris negotii, scilicet, methaphisici, sed hec sufficiant pro isto argumento et Ei qui dedit intelligere sit gratia et beato Augustino; et sic est finis totalis libri phisicorum quæstionum. Sit nomen Domini benedictum, Amen. Amen."

In calce, "Expliciunt questiones super omnes libros phisicorum conpilate per reverendum magistrum ac dominum Albertum episcopum. Deo gratias; Amen. Amen. Amen."

Sequuntur tituli quæstionum, in quorum fine notavit scriptor,

"Et sic finis est operis mercedem posco laboris.
Si quis me furatur . rogo ut suspendatur,
Qui me indigne portatur . mala morte moriatur."

509.

Membranaceus, in folio, ff. 68, sec. xv.

Juramenta, epistolæ, aliaque instrumenta ad Caroli IV. Imperatoris coronationem spectantia.

1. Juramentum præstitum per dominum Carolum IIII. Imperatorem ante electionem suam, quod si ipsum in regem Romanorum eligi contingет, privilegia ecclesiæ confirmabit, in quo inseritur tenor juramenti per quondam Henricum imperatorem et quondam Johannem regem Bohemiæ præstiti. fol. 3.

Datum est 22 April. 1346; cui sequuntur notariorum subscriptiones.

2. Juramentum præstitum per eundem ante electionem suam et per patrem ejusdem de nunquam adhærendo Ludovico Bavaro per ecclesiam reprobato, sed cum modis omnibus impugnando; dat. 22 Apr. 1346. fol. 7. b.

3. Privilegium prædictorum concessum ecclesiæ Romanæ, quod ab ipsa ecclesia nunquam exigent subsidium seu refusionem damnorum ratione impugnationis contra dictum Bavarum faciendæ. fol. 9.

4. Juramentum et promissio facta per Carolum IV., quod in casu, quo ipsum eligi continget in regem Romanum super omnibus dissensionibus et juribus inter imperium et regnum Francie vertentibus, seu quæ vertentur in futurum, stabit ordinacioni papæ et successorum suorum. fol. 9. b.

Sequuntur notariorum subscriptiones.

5. Juramentum præfati Caroli, quod omnes processus factos per Imperatorem Henricum contra dominum Robertum, Regem Siciliæ, et commune Florentiæ revocabit et rebelliones quarumlibet civitatum Italiæ remittet. Dat. 20 Apr. 1346. fol. 10. b.

Sequuntur notariorum subscriptiones.

6. Literæ Johannis Regis Bohemiæ missæ Clementi Papæ VI. de electione facta de Carolo supradicto in Regem Romanorum. Dat. Pomeriis, 11 Jul. 1346. fol. 13.

7. Gerlaci, archiepiscopi Moguntiensis, de electione prædicta epistola. Dat. Pomeriis, 11 Jul. 1346. fol. 15.

8. Waleranni, archiepiscopi Coloniensis, de eadem epistola. Dat. Snuc. 11 Jul. 1346. fol. 15. b.

9. Baldewini, archiepiscopi Treverensis, de eadem epistola. Dat. Pomeriis, 11 Jul. 1346. fol. 17.

10. Procuratorium Caroli IV., quod procuratores expressi vel tres ex eis promittent et jurabunt in animam suam, quod si electionem suam approbari continget processus habitos per avum suum contra Robertum, regem Siciliæ, revocabit et confiscatores comitatus provincie annullabit. Dat. Septemb. 30, 1346. fol. 18.

Sequitur notarii subscriptio.

11. Juramentum Caroli IV. quod confiscationes contra dominum Robertum et commune Florentiæ factas revocabit, et super controversiis inter Imperium et Franciam stabit ordinacioni papæ. Dat. in castro Luxemburg. 19 Septemb. 1346. fol. 20.

Sequitur tenor subscriptionis notarii.

12. Procuratorium Caroli IV., quod promissiones per Henricum Imperatorem factas observabit, privilegia ecclesiæ confirmabit et ejus terras non occupabit. Dat. 30 Septemb. 1346. fol. 22.

Sequitur tenor subscriptionis notarii.

13. Procuratorium Caroli IV. electi ad petendum unctionem et Imperii coronam, et promittendum fidelitatem. Dat. 30 Sept. 1346. fol. 27.

Sequitur notarii subscriptio.

14. Instrumentum de præsentatione litterarum apostolicarum facta Carolo IV. de approbatione sua et juramentis et promissionibus superius dictis nunc innovatis et reiteratis et juratis per eundem. Dat. 27 Apr. 1347. fol. 27. b.

Sequitur notarii subscriptio.

15. Littera Caroli IV. sub sigillo imperialis majestatis super omnibus prædictis. Dat. Trident. v. kal. Mai. 1347. fol. 34.

16. Concessio facta per eundem Imperatorem Clementi papæ VI. cassandi et remittendi injurias et processus contra communitates quorumcunque locorum per Imperatores ratione rebellionis cujuslibet vel offensæ. Dat. Trident. v. kal. Maias. 1346. fol. 41.

17. Commissio facta Geraldo de Magnaco, Papæ nuncio ad præsentandum domino Carolo præfato litteras approbationis et recipiendum ab eo juramenta et promissiones, quarum tenor inseritur. Dat. Avinion. ij. non. Decembr. pontif. an. quinto. fol. 41.

18. Literæ Caroli Imperatoris de Juramentis per eum præstitis ante coronationem suam Romæ, in manibus Petri ep. Ostiensis, qui ipsum coronavit, et inseritur littera super hoc concessa domino Ostiensi de coronando regem et reginam, et recipiendo juramenta et de modo observando in coronatione prædicta. Dat. Romæ non. April. 1355. fol. 47.

Sequitur notarii subscriptio.

19. Similis littera ut proxime supra super eodem post coronationem dicto regi per dominum Ostiensem impensam. Dat. Rom. non. April. 1355. fol. 52.

Sequitur notarii subscriptio.

20. Littera ejusdem Caroli de approbatione et ratificatione juramentorum per ipsum ante coronationem suam præstitorum et nunc post coronationem innovatorum in manibus domini Ostiensis, specialiter ad hoc missi. Dat. Rom. non. April. 1365 [1355]. fol. 56.

Sequitur notarii subscriptio.

21. O. forsan C.[aroli], regis Bohemiæ, ad Honorium [Innocentium] papam, se nunquam clericos spoliasse, etc. fol. 62. b.

Incip. "Litteras sanctitatis vestræ, ea qua decuit, reverencia."

22. Ejusdem regis Bohemiæ ad Innocentium papam epistola matrimonii sui petentis confirmationem. fol. 63.

Incip. "Cum vestre discrecionis cauta et poteris."

23. Caroli IV. Imperatoris Constitutiones. Dat. iij. id. April. 1368. fol. 64.

Incip. "Literas celebris et recolende memorie divi Henrici Romani Imperatoris."

510.

Codex membranaceus, in folio, ff. 170, anno 1438 binis columnis nitide exaratus; olim conventus "minimorum Claetensium."

S. Gregorii Papæ Magni Homiliæ quadraginta in Evangelia per anni circulum, ab anonymo quodam *Gallice* translata, prævia capitulorum tabula.

Tit. tabulæ est, "Cy commence la table des quarante euuangiles sur lesqueles euuangiles monsieur Saint Gregoire fist et exposa les omelies et expositions qui sensuuirent et premierement proheme et prologue de monseigneur Saint Gregoire."

Tit. operis, "Cy commence le prologue et preambule de monseigneur saint Gregoire pape envoie a leuesque saint Secondin sus les expositions et omelies des quarante euuangiles."

Incip. "Tres reuerent et saint frere saint Secondin euesque aussi comme nous Gregoire serf des serfs."

Incip. homil. i. "Nostre sires notre racheteur desirans nous trouuer tous appareillies nous denonca et enseigna."

Desin. homil. ult. "Car nous sommes contraint de lui tost veoir par grant contrainte; Dieux le nous vueille prester a qui est gloire par tous les siecles, Amen."

In calce, "Explicit Deo gratias. Cy fine le liure des quarante euuangiles, sur lesqueles monseigneur saint Gregoire fist et exposa les omelies et expositions, escript en ce present liure, et sont transcriptes par moy Jehanin de Costimont, clerc et seruiteur de Loys seigneur de Chantemerle et de la Clayete, conseillier et maistre dostel de tres excellent et puissant prince monseigneur le duc Philippe de Bourgoigne et de Brabant en son hostel a ce la Clayete es mois Daoust, Septembre, Octobre, Novembre, Decembre et Jenuier, lan de grace mil quatre cens trente et huit. J. Costimont."

De operis istius traductione Gallicana, Parisiis impressa 1501, fit mentio in catalogo librorum Ludovici ducis de la Valliere, tom. i. p. 181.

511.

Chartaceus, in folio majori, ff. 121, sec. xv.; binis columnis per Gerardi de Nyendorp et Bartholomæi Fabri manus conscriptus; olim Franc. Therapolini, postea Petri de Trapolinis.

Gualteri Burlæi, Anglici, in Aristotelis Artem veterem commentarii.

Exstant, nonnullis variantibus, locupletiores scilicet quam in codice, impressi Venet. 1519.

In calce scripti de sex Principiis, "Expliciunt dicta venerabilis magistri Willelmi [*recte man. recent. correct.* Gualterii] Burley super Phorphirium et super predicamenta Aristotelis et super sex principia scripta et completa per me Gerardum de Nyendorp."

In fine codicis, "Explicit scriptum Burlei super librum periyarmenias inceptum necnon finitum per me Bartholomeum Fabri de Picardia, Morinæ dyoceseos, anno Domini m°. cccc°. quinquegesimo tercio."

512.

Codex chartaceus, in folio majori, ff. 169, sec. xv., binis columnis scriptus.

1. [Jacobi Bindorfini, de Perusio, de Testamentis et ultimis voluntatibus opus, in partes septem distributum, præviis prologo et capitulis, mutil.] *Italice.* fol. 1.

Incip. præf. "El glorioso et felicissimo stato e giustissimo gouerno e reggimento de la illustrissima signoria de Venetia, a tutti li populi e nationi notoria e manifesta."

Incip. opus, "Gui de Socto descrivero tutti li dubii apertenenti a questa prima parte."

Deficit a verbis, "queste parole co demonstrans chese la disposition"——

2. Antonii de Burtrio in Gregorii IX. Decretalium librum quartum commentarii. fol. 11.

Exstant impress. Venet. 1578, tom. vi. p. 1.

In fine, "Explicit lectura quarti libri domini Antonii de Butrio, excellentissimi utriusque juris doctoris, etc."

3. Anonymi in legem "Cum contingat," Decretal. scilicet lib. ii. tit. xxiv. cap. xxviii. fol. 104.

Incip. "Auditur mulier contra alienationem, [*etc. ut in Ant. de Butrii comment.*] Adverte tamen quod sicut dos so. ma. debet redire ad mulierem, ita dotatio propter nupcias."

Desin. "Ejusque curie celestis triumphantis. Amen."

4. Angeli [de Ubaldis] de Perusio lectura in leg. "Nemo carcerem," codicis scilicit lib. x. tit. xix. § 2. fol. 149.

Tit. "Materia de debitoribus exigentibus vel carcerantibus."

Incip. "Ista lectio est in titulo De exactoribus tributorum C. li. x."

In calce, "Repetita fuit predicta lectio per d. Angelum magistri Francisci de Perusio, utriusque juris doctoris ac tum ibidem volumen legentem anno Domini m.ccc.lxvii. die x mensis Novembris.

Jo. de Heraus de Francia copiavit feliciter."

5. [BARTOLI A SAXOFERRATO, tractatus super Henrici vii. Imperatoris constitutione extravaganti, Ad reprimendum.] fol. 152.

Exstat impress. inter opera alia, Basil. 1562, p. 531.

513.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 138, sec. xiv. ineuntis, binis columnis nitide exaratus.

BONIFACII Papæ VIII. Sextus liber Decretalium, cum glossis JOHANNIS ANDREÆ perpetuis.

Exstant impress. in Corp. Jur. Canon. Paris. 1612, tom. ii. part. ii.

In calce, "Explicit apparatus domini Joannis Andree super sexto libro Decretalium.
Qui scripsit scribat et semper cum Domino vivat,
Finito libro sit laus et gloria Christo;
Et curie supernorum; Amen."

514.

Chartaceus, in folio, ff. 236, sec. xv.; duabus columnis anno 1472 manu Joh. de Villegas scriptus.

THOMÆ AQUINATIS in P. Lombardi Sententiarum librum quartum commentarii, præviis quæstionum tabula et prologo.

Exstant impress. in edit. Venet. 1780, tom. xii. et xiii.

In calce, "Explicit quartus liber sancti Thome de Aquino, doctoris deiffici, scriptus per me magistrum Johannem de Villegas in collegio domus Sabinensis dum Bononie studerem anno Domini millesimo cccc.lxxii. octava die Febroarii. Laudetur Deus nunc et in perpetuum; Amen."

515.

Membranaceus, in folio, ff. 96, sec. xiv.; columna triplici nitide exaratus.

BERENGARII STEDELLI, Biterrensis succentoris, denique Cardinalis, Oculus, sive Elucidarium summæ Ostiensis, ordine alphabetico, prævia præfatione ad G. Ebredunensem archiepiscopum.

Tit. "Incipit oculus copiose factus a Berengario episcopo Biterensi."

Incip. præf. "Reverendo patri, etc. Post continuatum in canonibus lecture studium."

Incip. lib. "Abbas; an abbas insignis episcopalibus possit uti, nota de usu pal. §. iiij."

Desin. "Quod Christus est candor lucis eterne, nota de Cristo Eu. § 1."

In calce, "Explicit oculus copiose."

516.

Codex membranaceus, in folio, ff. 62, sec. xiv. ineuntis, binis columnis nitide exaratus.

1. ROLANDINI RODULPHI, sive RODULPHINI, Summæ artis notariæ libri decem, prævia præfatione. fol. 1.

Præmittitur præf. "In Christi nomine, Amen: Jhesus sacri ventris fructus; Pie matris pius ductus; Sit via, dux et conductus."

Exstant libri impress. cum additionibus, Venet. 1588, tom. i. fol. 1. et tom. ii. ff. 3 b.—122 b. col. 2.

2. Ejusdem ROLANDINI Tractatus Notularum. fol. 55.

Tit. "Incipiunt notule magistri Rolandini."

Exstant ibid. cum additionibus, tom. ii. fol. 128 b.

In calce, "Explicit summa magistri Rolandini Florentie.
Finito libro . sit laus et gloria Christo. Amen. Amen."

517.

Volumen chartaceum, in folio, ff. 182, sec. xv., tribus constans codicibus una compactis, quorum ultimus fuit monasterii SS. Quadraginta de Tarvisio.

1. Canones horoscopi instrumenti. fol. 1.

Incip. "Hoc instrumentum factum est pro inveniendo."

2. THEBIT BEN CORATH liber de diametro terræ planetarumque, etc. fol. 2 b.

In calce, "Explicit liber Thebit Benchorath; Amen."

3. HERMETIS Trismegisti Flores. fol. 3 b.

4. De luna et mansionibus ejusdem, etc. ex Dorotheo aliisque. fol. 5.

5. Regulæ utiles in electionibus horarum secundum HALY, inter quas sunt,

a. Judicia quinquaginta præcipua, quæ ponit ZAHEL in fine introductorii sui de judiciis et astronomia. fol. 10 b.

b. Regulæ quas ponit ZAHEL "post ista capitula" supradicta. fol. 12 b.

In calce, "Expliciunt regule in electionibus horarum secundum Halim."

6. Tractatus de proprietatibus lunæ in signis duodecim circuli Zodiaci. fol. 15 b.

7. ARNALDI DE VILLA-NOVA parva et generalis introductio ad judicia Astronomiæ ad medicum introducendum. fol. 16.

8. Liber MESSAHALLAH de abundantia et charistia rerum. fol. 17 b.

9. Excerpta ex HERMETE TRISMEGISTO de tonitribus. fol. 20.

In fine, "Finis ex Hermate Trismegisto excerptus."

10. Libellus de impressionibus Hippocratis. fol. 20.

In calce, "Finis libelli Ipocratis de impressionibus."

11. Libellus de scientiis scientiæ astrorum a Johanne Hispano ex Arabico versus in Latinum. fol. 21 b.

12. ALCHABITII libellus de revolutione annorum et de significatione conjunctionis Planetarum, Latine versus per eundem Johannem. fol. 23.

13. De diebus faustis et infaustis. fol. 24.

14. Centiloquium BETHEN. fol. 25 b.

15. ZAHELIS capitula de luna et de judiciis. fol. 27 b.

16. Libellus HALY de impressionibus. fol. 28 b.

17. Liber de consuetudinibus. fol. 31.

18. ABEN EZRÆ significationes planetarum per domos in domo per Petrum de Abano Hispanum Latine versus. fol. 33.

In calce, "Finis quorundam tractatuum particularium Abrahe Aven-ezre, quos Petrus de Abano ordinavit in Latinum."

19. Significatio verborum in judiciis. fol. 35.

20. Scientia edita ab EDRI philosopho astrologo et medico. fol. 38.

21. ALMANSORIS libellus de signorum dispositione a Platone Tiburtino Latine traductus. fol. 39.

In calce, "Finis Almansoris, cujus libellus hic a Platone Tiburtino ex Arabico in Latinum traductus est."

22. Flores divini viri Hermetis Trismegisti, quos Stephanus de Messana de secretis illius viri transtulit Manfredo, regi Siciliæ. fol. 42 b.

23. Capitulum ZAHELIS, quando malus planeta signat bonum et prosperitatem. fol. 45.

24. Expositiones septem planetarum per duodecim domos. fol. 45 b.

25. Tractatus PTOLEMÆI cum commento HALY metrice verso, de aspectibus lunæ ad planetas. fol. 49 b.

Incip. Haly comment. "Oppositio lune cum Saturno,

"Pernitiosa dies et in cura plena omni labore,
Tristis et absque bono pernitiosa dies."

26. ALBERTI Magni Speculum de nominibus librorum astrologiæ. fol. 52 b.

27. Tabulæ mansionum et æquationum duodecim domorum secundum Davidem Cremonensem et Alphonsum, regem, cum canonibus. fol. 59 b.

---

28. Tractatus de sensibus interioribus, in partes tres distributus. fol. 73.

Tit. "Incipit liber de sensibus interioribus, cujus primus tractatus est de eis .... capitulum primum de suppositis et preambulis pro sequentibus demonstrandis."

Incip. "Quedam de sensibus interioribus in presenti opusculo agere intendimus."

Desin. "ad presens dicta sufficiant, et Jhesu Cristo sint laudes infinite; Amen."

In calce, "Explicit liber de virtutibus seu sensibus interioribus editus .... Veneto, 1443 ......dum ibi logicham legerem. Amen."

---

29. JOHANNIS BLANCHINI, sive DE BLANCHINIIS, Tabulæ præviis canonibus aliisque regulis astrologicis. fol. 82.

Incip. tract. i. "Non veni solvere legem sed illuminare hiis, qui in tenebris sedent; nec mihi videtur satisfecisse per illud, quod scripseram in compositione tabularum de motibus planetarum, quod huic Farariensi studio contemplatione illustrissimi principis et domini mei domini Leonelli, marchionis Estensis, compilavi."

Desin. "et similiter loca ubi aspectus ipsarum terminant, habito respectu etiam ad latitudines planetarum."

Incip. tract. alter, "In libro Florum Almagesti per me Johannem Blanchinium demonstratum est componere tabulas necessarias."

Desin. "per subtractionem argenti latitudinis de loco vero lune, prout alias supradictum est; Amen; Deo gratias."

Incip. tract. iii. "De modo operandi per tabulas de aspectibus et projectionibus radiorum. Inveni Martem infortunatum."

518.

Codex membranaceus, in folio, ff. 237, sec. XV., binis columnis exaratus.

1. Sermones plurimi pro diebus Sanctorum commemorandis per anni cursum. fol. 1.

Tit. i. "In assumpcione beate virginis Marie."

Incip. "Elevata est magnificentia tua, etc. Ad laudem beate et gloriose virginis Marie dictam proposui auctoritatem, videamus diligenter, quibus de causis virgo gloriosa dicatur magnificentia."

Desin. in lectione de S. Laurentio, "quos fructus predicatores vobis afferunt predicando. Rogemus ergo Dominum, ut precibus et meritis beati Laurentii pervenire mereamur ad fructus desideratos."

2. Sermones dominicales per annum. fol. 127.

Incip. i. "Dominica prima de Adventu. Induamur armis lucis, etc. Consueverunt homines uti armis maxime tempore discordie."

Desin. in sermone in Dominic. xxiv. post Pentecosten, "et prima terra abierunt et mare jam non est; nec mirum, quia dicitur Joel iij."

519.

Codex membranaceus, in folio, ff. 347, sec. xv.; binis exaratus columnis; olim cujusdam, ut ex insignibus videtur gentilitiis, e familia Badoeria, de Venetiis.

Anonymi cujusdam auctoris, ordinis tamen Minorum, liber, qui dicitur, Tractatus Virtutum, e Seneca aliisque confectus, prævio prologo.

Incip. prol. "Cum circa utilia studere debeamus exemplo Salamonis dicentis, Cogitavi in corde."

Desin. prol. "In principio vero operis de virtute in communi aliquod tangere volui; secundo, prosequens de tribus virtutibus theologicis; tertio de quatuor cardinalibus; quarto de donis; quinto, de beatitudinibus."

Incip. liber, "Si seperaveris preciosum a vili, etc. Ideo Filius Dei se ipsum precium animarum posuit, ne anime nobis vilescerent."

Desin. "presentes pressure sunt debita, quibus obligaverunt parentes nostri cellestem hereditatem."

In fine, "Tractatus virtutum explicit; Benedictus Dominus virtutum, qui incepit et perfecit; Amen."

Sequitur rubricarum tabula totius operis.

In calce, "Ave Maria gratia plena, Dominus tecum; Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui, Yhesus Christus Dominus noster, Qui dedit incipere hoc opus et finire concessit. Amen."

520.

Chartaceus, in folio, ff. 703, sec. xvii.

Thomæ Carnevalii, seu Carlevalii, Beaciensis, Disputationum juris variarum ad interpretationem regiarum legum regni Castellæ liber primus, de judiciis.

Titulus est, "Disputationum juris variarum usualium ad interpretationem regiarum legum regni Castellæ et similium, tum ex jure Neapolitano, tum ex utroque communi civili et canonico liber primus de judiciis, tomus prior; continens titulum primum de judicibus et eorum legitima potestate, cum integro tractatu de foro competente, et aliis expectantibus ad judicum potestatem; auctore Don Thoma Carnevalio, Hispano Patritio, Baecensi, philosopho, theologo et juris-consulto, olim in Baecensi academia, ingenuarum artium professore, post in sacro supremo justitiæ consilio regni Neapolitani regio Consiliario; opus omnibus tum theoricis tum practicis utilissimum, cum summis in cujusque disputationis capite, et suis locis insertis multis decisionibus ejusdem Jac. Reg. Cons. Neapolitani; Adjecto duplici indice, altero argumentorum disputationum hoc opere contentarum, altero sententiarum insigniorum copiosissimo."

Prodiit, teste Antonio, Neapoli 1634.

521.

Codex chartaceus, in folio, ff. 79, secc. xvi. et xv.

1. Carmina pontificum vaticinalia, *Græce*, cum figuris, necnon versione Latina. fol. 1.

Præcedit prophetia de Mahomet, sic inscripta, ταῦτα τὰ γράμματα εὑρέθῆσαν ἐν........ μαρμαρίῳ τοῦ τάφου τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου ἅτινα ὕστερον ἐξήγησεν ὁ ἐν .... πατριάρχης κύριος Γεννάδιος ὁ σχολάριος.

2. Tractatus de aquarum ductibus et motibus rotarum cum figuris. fol. 29.

Incip. "Consideratis et cognitis principiis de vacuo, cui natura locum non dat."

In calce, "MDV idibus Aprilis exscripta."

3. De tubarum sonis, aliaque experimenta mathematica, partim ex Heronis spiraminibus confecta, figuris instructa; [initio mutil.] fol. 37.

Incip. cap. De sono tubarum; "Consimili modo et tubarum soni perficiuntur."

Desin. cap. ult. De organi constructione aquatici, "semper ad spirantem ventum, ut violentior et magis continua conversio fiat."

522.

Chartaceus, in folio, ff. 238, sec. xv. exeuntis.

Summa Theologiæ moralis, ex Antonio auctoritatibusque aliis, inter quas Bartholomæus de Valmarana, Petrus Paludanus, Thomas Aquinas, Card. Zabarella recensendi sint, compilata, glossis marginalibus quoque instructa.

Præmittitur capitulorum tabula.

Incip. "De pace; Pax vobis Jo. xx. Cum his diebus resurrexeritis cum Christo; Ideoque a modo a vobis spiritualiter et quod angelice vivendum non carnaliter."

Desin. "si non sine magnis dispendiis et sumptibus posset recuperari."

523.

Codex chartaceus, in 4to, minori, ff. 183, sec. xv.

1. Fragmentum [S. Hieronymi prologi] de vita SS. Patrum. fol. 1.

   Incip. "Ver[e mundum quis dubitet]."

   Cf. Bandin. Catal. tom. i. col. 553.

2. S. Macarii Alexandrini vita, auctore Palladio. fol. 1 b.

   Incip. "[Illum au]tem Macarium [qui Alexandriæ]."

   Exstat impress. in Rosweyd. Append. ad Vitas Patrum, p. 717, col. 1. l. 10.

   In calce, "Explicit de Sancto Machario."

3. S. Moysis vita, eodem auctore. fol. 11.

   Tit. "Incipit de Sancto Moyse."

   Exstat ibid. col. 720.

   In calce, "Explicit de Moyse Ethyope."

4. Vita [S. Malchi] monachi captivi, [auctore S. Hieronymo]. fol. 14 b.

   Tit. "Incipit de monacho captivo."

   Exstat ibid. p. 71.

5. Carmen in S. Hieronymi honorem, auctore Baptista de Malatestis; *Italice.* fol. 21.

   Incip.

   "O glorioso padre almo doctore,
   O sol fulgiente elleto a quel collegio,
   Che circumdana el suppremo pastore."

6. [S. Hieronymi presbyteri in Quæstionum Hebraicarum librum prologus]. fol. 24 b.

   Exstat impress. in edit. Vallars. tom. iii. p. 302.

7. S. Pauli Eremitæ primi vita, auctore S. Hieronymo. fol. 11.

   Exstat in Rosweyd. p. 11.

   In calce, "Explicit de Sancto Paulo primo heremita."

8. S. Augustini, sive cujuscumque sit, de auguriis prohibendis sermo. fol. 35.

   Tit. "De auguriis prohibendis secundum B. Augustinum."

   Exstat impress. in tom. v. App. col. 462.

9. De prohibendis kalendis Januarii Augustinus. fol. 39 b.

   Incip. "Dies kalendarum istarum, que Januarie."

10. De eodem die Augustinus. fol. 40.

    Incip. "Diem ergo kalendarum hodiernarum."

    Cf. tom. v. col. 904, *seqq.*

11. Ejusdem Augustini de beata vita liber, prævia retractatione. fol. 43.

    Exstat impress. inter opera, tom. i. col. 295.

12. [Ejusdem de ordine liber secundus, prævia retractatione]. fol. 77 b.

    Exstat ibid. coll. 313, 329.

    Minime consentit initium nostrum cum edit., impress. ad verba, "non nego inquit;" col. 313, D. 6.

    Incipit lib. in codice nostro, "Satis intermissum est opus nostrum."

    Deficit a "et cur hæc" col. 341, F. 4. ad "que fit, ideo melior" col. 350, D. 10.

13. Anonymi cujusdam moribundi ecclesiam Dei filiis commendantis hortatio. fol. 100.

    Incip. "Filii carissimi, diutius vobiscum esse mallem."

14. S. Cypriani ad Rogatianum aliosque epistola. fol. 100.

    Exstat impress. in edit. 1726, p. 163.

15. Eugenii Papæ IV. ad Johannem de Capistrano epistola de observantia regulari. Dat. Romæ, xvij. Jul. 1446.

    Tit. "Dilecto filio fratri Johanni de Capistrano, ordinis minorum, de observantia regulari."

    Incip. "Fide digna relatione percepimus."

    Subscribitur, "Blondus."

    Sequuntur versus isti,

    "In cruce pes cedrus stipesque cipressus oliva.
    Tabula sit tituli brachia palma dedit.
    Utile lex, humile, resignorata necesse,
    Os, orare, vale, communio, mensa negatur;
    Sint pia discreta, jejunia sobria læta,
    Rectaque devota, viciorum sorde remota."

16. Tractatus brevis de ornatu mulierum, auctore forsan Johanne de Capistrano. fol. 104.

    Incip. "Omnipotentis postulato suffragio, Reverendi patres episcopi plerumque statuunt super ornatu mulierum."

    Desin. "et quas in his penas ligent."

17. [S. Hilarionis vita, auctore S. Hieronymo, prævio prologo.] fol. 119.

    Exstat impress. apud Rosweyd. p. 57.

18. Narratio de Paphnutio abbate [auctore Ruffino, Aquileiensi.] fol. 140 b.

    Exstat ibid. p. 361.

19. Evagrii presbyteri ad Innocentium filium epistola. fol. 144 b.
Incip. "Ex alia in aliam linguam ad verbum expressa translatio."

20. Oratio sanctissimi D. n. Pii papæ secundi ad gloriosum caput Andreæ, Christi apostoli. fol. 146.
Incip. "Advenisti tandem, O sacratissimum et devotissimum sancti apostoli caput."

21. Responsio Andreæ ad Pium papam. fol. 147.
Incip. "Grande jam dudum mihi fuit."

22. SS. Anselmi aliorumque ad B. Virginem Mariam orationes. fol. 148.
Tit. i. "Oratio beati Anselmi ad gloriosissimam Dei genitricem Mariam."

23. Oratio ad parvulum Jesum lactantem. fol. 149 b.
Incip.
"Qui gremio matris . resides sapientia patris."

24. Officium devotissimæ passionis Christi ad beatam Virginem, editum et institutum per dominum Innocentium papam IV., "qui concessit illud devotissime celebrantibus pro singulis horis quadraginta dies indulgentiarum." fol. 150.

25. Officium ad honorem beatæ Mariæ Magdalenæ editum a sancto Maximino episcopo "dicendum ad minus omni die Jovis cum summa devotione et ardore." fol. 156.

26. Officium coronæ Virginis, in "passione Domini," dicendum ad minus omni die Veneris. fol. 158.

27. Sententiæ ex operibus Bernardi, Chrysostomi, Augustini etc. collectæ. fol. 160 b.
Tit. i. "Bernardus ad Gervasium; de quatuor gradibus ascendentibus ad vitam contemplativam."

28. Versus de statu mundi corrupto. fol. 164 b.
Incip.
"Totus mundus est subversus,
Et in mari quasi mersus
In profundo vicii."

29. Versus ad sacerdotem missam cantaturum. fol. 164 b.
Incip.
"Te quicunque velis missam cantare sacerdos."

30. Versus in laudem vitæ monasticæ. fol. 164 b.
Incip.
"Cellam secteris . si Christum cernere quæris."

31. De confessione versus, cum commento. fol. 165.
Incip.
"Sit simplex, humilis confessio, pura, fidelis."

32. Versus de conceptione Virginis. fol. 165 b.
Incip.
"Salve tota pia. Domina vas virgo Maria."

33. Versus in silentii laudem. fol. 166.
Incip.
"Nautica magna salus, O sacra silentia claustri."

34. Versus de Crucifixo. fol. 166.
Incip.
"Quisquis ades · plange crucis aspera mente revolve."

35. Sententiæ morales. fol. 166 b.

36. S. Augustini ad Salvatorem oratio. fol. 168.

37. S. Catharinæ Senensis ad Salvatorem oratio. fol. 169.

38. Pii Papæ II. carmen in honorem ejusdem Catharinæ. ff. 172 b. 171.
Tit. "Divæ Catarinæ secundæ Senensis hec insunt carmina per sanctissimum in Christo patrem et sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ pontificem dominum nostrum d. Pium papam ij. edita ad decus ejusdem."
Incip.
"Quis sacra gesta canet, quæ lingua diserta potensque."

39. Poggii Bracciolini ad Leonardum Brunum Aretinum epistola de Hieronymi Pragensis obitu. Dat. Constantiæ, iij. kal. Jan. fol. 173.
Exstat impress. inter opera, edit. Basil. p. 301.

40. Ejusdem Poggii ad Guarinum Veronensem epistola. Dat. Constant. prid. kal. Jan. fol. 177.
Exstat ibid. p. 305.

41. De VII. Sapientibus versus novem. fol. 177 b.
Incip.
"Nomina septennum sapientum Græcia cantat."

42. S. Hieronymi Psalterium abbreviatum, "ubi breviter angelus domini edocuit illum per Spiritum Sanctum." fol. 178.

43. Signa pestis, cum remediis pro morbo eodem. fol. 182.

44. "Oratio verissima et approbatissima contra morbum pestiferum, ut in quodam libro suo testatur beatus Johannes Damascenus," etc. fol. 182 b.

524.

Codex chartaceus, in 4to minimo, ff. 187, sec. xv.; olim monasterii Sancti Zenonis de Verona.

Liber medicinarum universalium, sive de morbis eorundemque remediis; inter quæ

a. De lepra et scabie. fol. 1.

b. De conferentibus et nocentibus. fol. 10.

c. Secreta ALBERTI magni de serpente dedita viro doctori sacræ theologiæ ordinis minorum de Norenbergia. fol. 17.

d. Tractatus de urinis editus ab excellentissimo artium et medicinæ doctore domino magistro ZACHARIA FELTRINO. fol. 53.

e. De aquis. fol. 79.

f. Remedia varia contra pestem, aliosque morbos, *partim Italice et partim Latine.* fol. 81 b.

525.

Codex membranaceus, in 4to minimo, ff. 281, sec. xv. ineuntis

1. Speculum perfectionis ordinis S. Francisci, in partes tredecim distinctum. fol. 1.

Tit. "Incipit speculum perfectionis fratrum minorum, in quo tam vocationis, quam sancte professionis perfectionem post . su . p . e. specolari, distinctum in partes 13; inceptum Ragusii m. ccc. 84 primo Sept. Prima pars, id est, Quomodo beatus Franciscus fecit regulam suam et sui ordinis;" etc.

Incip. "Beatus Franciscus fecit tres regulas, scilicet primam, quam confirmavit sibi papa Innocentius tertius."

In calce, "Explicit speculum perfectionis fratrum minorum."

2. Liber de gestis S. Francisci consociorumque ejus, in partes duas principales distinctus; auctore PETRO DE TRAGO (?) fol. 49.

Tit. "Incipit liber quorundam notabilium gestorum beati Francisci et sociorum sive discipulorum ejus in ipsius legenda obmissorum, continens partes duas, primam scilicet de notabilibus gestis ejusdem, secundam vero de notabilibus gestis eorundem. Prima quoque pars est de notabilibus gestis ejusdem sancti patris, secundo de ejus amocionibus sacris, tertio, de devoto ejus officio et quarto de ipsius cum sancta paupertate comercio. De gestis igitur beati Francisci, primo, qualiter fecit quadragesimam in insula laci Perusii cum dimidio tantum pane."

Incip. "Verissimus Dei servus, beatus Franciscus, quia in quibusdam."

In calce, "Explicit quarta pars devote scriptorum super regula fratrum minorum, et per consequens liber notabilium gestorum beati Francisci et ejus sociorum per fratrem dompnum Petrum de Trago, ordinis minorum."

Sequuntur,

a. Apparatus privilegiorum inter infideles concessi. fol. 267.

b. Decimus casus quartæ portionis ad ecclesias non parochiales. fol. 276.

c. Determinationes GREGORII papæ xi. in partibus infidelium. fol. 277 b.

d. Alexandri papæ iv., Clementis iv. et Innocentii iii. Bullæ statuta confirmantes. fol. 279 b.

In calce, "Explicit hic liber, qui scripsit vivat feliciter. Ad laudem Dei; Amen."

526.

Codex chartaceus, in 4to minimo, ff. 64, sec. xv.

"Vocabularium ecclesiasticum," sive vocum explicatio, quæ in Bibliis præcipue reperiuntur; ordine alphabetico. *Latine et Italice.*

Præmittitur abbreviationum tabula.

Incip. "Ah, Ah, Ah; El propheta quasi piangendo diceva, Ah, Ah, Ah, signore Dio."

Desin. cum voce 'Zelos,' "Cyathus, dialogus, in nominativo dicimus. Finis."

Sequitur notitia de quibusdam in opere erratis.

527.

Chartaceus, in 4to minimo, ff. 150, sec. xv.

PAULI Veneti Logica parva, omisso prologo.

Incip. "Terminus est signum orationis;" ut in editt. impress.; differt tamen ab iis et videtur contractior esse. Desin. "in exordio primitus asserendo promisi; et sic est finis objectionum consequentiarum."

In calce, "Explicit brevis logica octo tractatibus principalibus compilata per sacre pagine bachalarium fratrem Paulum de Venetiis, 1426, die 15 mensis Septembris; Deo gratias: Amen."

528.

Chartaceus, in 4to minori, ff. 232, sec. xv.; per manus fratris Johannis de Viselbech scriptus.

1. S. BERNARDI, abbatis Clarævallensis, opuscula varia, scilicet,

a. Liber meditationum. fol. 1.

b. Sermo de nativitate Domini et de gaudio B. M. Virginis. fol. 28 b.

c. Sermo de planctu B. Virginis. fol. 32 b.

d. Sermo de passione Domini. fol. 42.

In calce, "Explicit liber meditacionum beati Bernhardi abbatis cum aliquibus sermonibus de nativitate Domini et de gaudio beati Marie virginis et de planctu beatissime virginis Marie, et sermo de passione Domini nostri Yhesu et formula honeste vite, quam dedit sanctus Bernhardus discipulo suo pro doctrina vivendi, etc. per manus fratris Johannis Viselbech de provincia Saxonie et signanter de conventu Errfordensi."

2. Exempla vitæ honestæ ex vitis Sanctorum desumptæ. fol. 47.

3. Tractatus de duodecim articulis fidei. fol. 65.

Incip. "Notandum quod in exordio surgent ecclesie duodecim apostoli."

4. Tractatus de vitiis et virtutibus ex Boethio, Seneca, aliisque. fol. 75 b.

Tit. "Incipit tractatus Calceltanus[?] de prudentia primum capitulum."

Incip. "Prudentia secundum aliquos sic depingebatur."

5. Liber de passione Domini. fol. 93.

Incip. "Et cum vespera esset facta egrediebatur de civitate Dominus tante paupertatis."

6. Quæstio notabilis, quare Christus noluit aliam mortem pati quam mortem crucis. fol. 142 b.

Incip. "Questio quare Dominus noster Yhesus Christus fugiebat de Judeis."

7. S. Augustini ad Cyrillum epistola de S. Hieronymi vita. fol. 144.

8. De sancta Euphrosyna et Paphnutio patre ejus. fol. 150 b.

9. De obedientia vera et perfecta. fol. 157.

10. Regula et vita fratrum minorum. fol. 157 b.

11. Doctrina fratris Ægidii laici quondam beati Francisci socii ...... ejusdem satis devota. fol. 163b—167 b., 205.

In calce, scil. in fol. 226 a. "Explicit vita beati Egidii, quam composuit frater Ico et scripsit propria manu, Deo laus semper, anno m.cccc.xxxviij. in vigilia Ascensionis."

12. Testamentum S. Francisci. fol. 168.

In calce, "Explicit testamentum sancti patris nostri Francisci."

13. Sermo in istud, "Fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est." fol. 169 b.

14. S. Francisci de paupertate declaratio. fol. 170 b.

15. Libellus in istud, "Videte quomodo caute ambuletis non quasi insipientes." fol. 172.

16. De vera contritione et qualiter Paulus simplex et visa facie alicujus ejus conscientiam intuebatur. fol. 183 b.

17. Concessiones factæ fratribus minoribus per Eugenium papam IV. Florentiæ anno 1435, supplicantibus Nicolao de Ausimo et Francisco de Butrio. fol. 185.

18. Quæstiones de nocturna pollutione. fol. 189.

19. Hymnus ad sepulchrum Domini. fol. 197.

Incip.
"O sepulcrum Yhesu Christi,
Tu thesaurum conclusisti,
Petra petram quam vestisti
Celi, terre, Dominum."

20. Officium Sancti Spiritus, quod composuit papa Benedictus anno Domini m.º ccc.º xxxv.º, "et dedit omnibus devote dicentibus tria millia et quingentos indulgencie." fol. 198.

In calce, "Et ista officia scripta sunt in via terre sancte, anno Domini m. cccc. xxxvij. per fratrem Johannem Viselbech de provincia Saxonie et specialiter de conventu Errfordensi."

21. Peregrinationes in Terra Sancta, ubi fiunt processiones. fol. 199 b.

22. Indulgentiæ ordini [minorum] a summis pontificibus confirmatæ per totum mundum. fol. 202 b.

23. Anecdota ex SS. vitis collecta. fol. 226 b.

529.

Codex chartaceus, in 4to minimo, ff. 122, sec. xv. exeuntis.

1. Liber, qui dicitur, Imago vitæ, sive dialogus inter hominem et animam collocutores, prævia præfatione. fol. 1.

Incip. præf. "Flecto genua mea ad Patrem Domini nostri."

Incip. lib. "Dic quæso, O homo, si post devotam invocationem."

In calce, "Explicit liber dialogi anime et hominis seu liber, qui merito appelatur ymago vite; Deo gratias; Amen."

2. Sermo beati Augustini de quinque septenis. fol. 78.

Incip. "Quinque septena fratres in sacra Scriptura inveni."

3. Speculum Peccatoris ejusdem Augustini. fol. 86.

Exstat impress. inter opera, tom. vi. App. p. 155.

In calce, "mº.ccccº.lxxviij. die iij. Julii."

4. Ejusdem sermo de fallaciis mundi evitandis. fol. 100.

Incip. "Scriptum est fratres carissimi, quod mundum."

5. Ejusdem sermo de necessaria fuga luxuriæ. fol. 101.
   Exstat impress. inter opera, tom. v. App. ep. ccxciii.

6. Augustini ad Nepotianum de castigatione luxuriæ epistola. fol. 106 b.
   Incip. "Accepi literas, in quibus dicis."

7. Ejusdem ad Bonifacium comitem de eadem. fol. 107.
   Incip. "Legitur frequenter, ut vere."

8. Ejusdem ad Marsilianum de avaritia. fol. 108.
   Incip. "Cum nuper multiplicata fuerit."

9. Ad Neptarium de divite fœneratore. fol. 109.
   Incip. "Recepi litteras tuas, in quibus dicis te non intelligere."

10. Ad Anastasium, quomodo salvari quis potest in divitiis et quomodo non. fol. 110.
   Incip. "Si petis a me utrum divitiis permanendo."

11. Ad Theophranem de superbia. fol. 111.
   Incip. "Licet sacerdos Altissimi appelaris."

12. Ad Cornelium philosophum de hujus mundi insipientia. fol. 112 b.
   Incip. "Ut nobis per tuas amicabiles."

13. Ad Cantianum militem de vestibus pomposis. fol. 114.
   Incip. "Scrisisti nobis utrum delicate."

14. Ad Bonifacium comitem de virtute et mendacio et adulatione. fol. 114 b.
   Incip. "Inter cetera que tibi pro nunc scribo."

15. Ad eundem de timore mortis. fol. 116 b.
   Incip. "Arduam rem et difficilem."

16. Ad Nebrianum Sotium de castigatione corporis. fol. 117 b.
   Incip. "Legi fraternas tuas litteras."

17. Quædam de fide, eodem auctore. fol. 119 b.
   Incip. "Hec est lucerna pedum."

18. De igne caritatis, eodem auctore. fol. 120.
   Incip. "Ignis caritatis accenditur."

19. De virtute lachrymarum, ex eodem. fol. 120 b.
   Incip. "Lacrima amoris liberat."

20. De periculo, quod potest evenire homini si non habet tribulationem. fol. 121.
   Incip. "Homo sine tribulatione est in periculo, Augustino dicente."

21. De clamore Christi. fol. 121 b.
   Incip. "Cristus clamat et non est, qui respondeat."

530.

Codex membranaceus, in 4to minimo, ff. 194, sec. xiv. exeuntis; binis columnis exaratus; in fine mutilus.

Liber sermonum de fidei mysteriis et de virtutibus, etc. numero centum triginta duo, ordine quoad materias alphabetico dispositorum.

Tituli, hodie pæne deleti et olim versibus ut videtur expressi, quod restat, est,

"...... sunt .... libro ....
Ex alphabeto .... scripta tenet;
Supplicium si quis sit ....
....
Capitulum primum de abstinentia."

Incip. "Duplex est abstinentia, detestabilis, laudabilis; detestabilis, ypocritis, avaris, gulosis."

Desin. ult. 'De vita beata,' "que preparavit Dominus electis suis, ad quæ nos perducere dignatur, Qui vivit," etc.

In calce,
"Laus tibi sit, Christe, quoniam liber explicit iste."

Sequuntur,

a. Adaptationes omnium sermonum in hoc libro contentorum, prout competunt sabbatis, Dominicis et festis tocius anni.

b. Capitula secundum ordinem tocius libri.

531.

Chartaceus, in 4to minimo, ff. 46, sec. xv.

Liber de felicitate vitæ in modum dialogi inter Antonium [Beccatellum] Panormitam, Johannem Lamolam et Guarinum Veronensem scriptus, prævia præfatione ad regem quendam, forsan Alphonsum V. Aragonum regem.

Incip. præf. "Humanæ vitæ conditionem sæpius repetenti mihi, rex sapientissime."

Desin. "munus consequutum existimabo."

Incip. lib. "Quom Antonius Panormita clarus et singularis poeta vestræque consultus Ferariam sese aliquando contulisset, et forte apud Guarinum Veronensem."

Desin. "Tum facto dicendi fine reliquium diei tempus deambulationi datus est."

Præmittitur notitia ista, "Die 15 mensis Junii, ex dono illustrissimi domini comitis Alphonsi Alvarotti."

532.

Codex membranaceus, in 4to minimo, ff. 197, secc. xvi. et xv.

1. Soliloquium animæ de bene vivendo; *Italice.* fol. 1.

Incip. "Del nome di Yhesu Christo et questo crucifixo; anima mia creata da Dio indegna et inutile."

In fine, "℞. No. 528."

2. Psalterium per S. Hieronymum abbreviatum, prævio prologo. fol. 40.

Ad finem suppositum est kalendarium.

3. "Liber exemplorum;" sive Anecdota seu narrationes ad bene vivendum ducentes e SS. Patribus aliisque collectæ. fol. 98.

Incip. "De fructu obedientiæ. Senex quidam dixit discipulo suo per singulos dies, Riga lignum illud aridum donec fructificet."

A fol. 129 dispositus est liber ordine alphabetico et incip. cum cap. "de accidia. Accidiosus est sicut pannus candidus."

Cap. ult. est "de Xri nativitate," et desin. "contra abhominantes pauperum consocia."

533.

Membranaceus, in 4to minimo, ff. 107, sec. xv.

1. Antonini, archiepiscopi Florentini, Speculum confessionis. fol. 1.

Tit. "Incipit speculum confessionis fratris Antonini de Florentia."

Consentit pars prima cum Tractatus de instructione seu directione simplicium confessorum initio, edit. 1477 et alibi.

Procedit codex, "Postquam ille qui vult confiteri dixit ex se ea que voluit."

Desin. "ne te invenias in eis involutum."

In calce, "Explicit tractatus de excommunicationibus."

2. [Ejusdem ?] pulcherrimus tractatus de ornatu mulierum. fol. 67 b.

Cf. Summæ part. ii. tit. iv. cap. 5. § vii.

In calce, "Explicit tractatus de ornatu mulierum. F. M. Deo gratias; Amen."

3. Johannis Andreæ, [potius Johannis Anguisciolæ, Cæsenatis,] de sponsalibus et matrimoniis summa. fol. 73.

Exstat impress. in Tract. Univ. Jur. tom. ix. fol. 1.

4. Ejusdem Andreæ super consanguinitatis et affinitatis arboribus Lectura. fol. 80 b.

Exstat ibid. tom. ix. fol. 136 b.

5. S. Augustini Speculum peccatoris; *Italice.* fol. 88.

Tit. "In comenza si el libro intitulato Spechio del peccatore, composito da sancto Augustino, vulgarizato a utilita de ogni fidele."

534.

Codex membranaceus, in 4to minimo, ff. 57, anno 1500 manu Stephani de Alemannia scriptus.

[S. Bonaventuræ] de mystica theologia liber.

Tit. "Incipit mystica theologia seu sapientia unitiva, composita a quodam theologo, ordinis Cartusie."

Exstat impress. inter opera, tom. vii. col. 699.

In calce, "Et sic finis libri Amen. Deo gratias. Explicit tractatus mistice theologie editus a quodam magno theologo Cartusiensi."

Deinde, "Finitus per me fratrem Stephanum de Alamania professum in congregatione Montisolt ...... ordinis sancti Benedicti minimum omnium Scriptorum, in monasterio sanctorum Angeli et Nicholay de Vilanova diocesis Laudensis anno Domini millesimo quingentesimo, tempore quo illustrissimus et excellentissimus nunquam dellende memorie Ludovichus Maria Sfortia Anglus dux Mediolani reddiit in patriam suam seu readeptus est dominium Mediolanense."

Sequitur manu aliquantulum recentiori notitia ista, "Anno Domini 1512 in festo Sancti Barnabæ, Galli qui Mediolanensibus annis 14 imperaverant audito Suevorum incursu turpiter abiere, relictis tamen qui munitiones tuerentur, nam ad mille quingenti castrum Jovis munitissimum occupaverant: Tritii vero inexpugnabilem turrim quadringenti virtutis viri egregie tuebantur, et illi qui Brixiensem urbem tutabantur excursiones immodicas faciebant, quippe et equitatu plurimum valebant, et expeditam peditum manum habebant, quatuor millia ferebantur; Hi plurimas clades Venetis obsidentibus intulere, Hispanis vero deditionem quinto obsidionis mense fecerunt; paucis in arce remanentibus, abeuntibus permisso cum equis exuviis, quas civitati populationis pessundate abstulerant, sed qui Leucum defensabant persstiterunt crema Venetis per proditionem."

535.

Chartaceus, in 4to minimo, ff. 168, sec. xv.

1. Franciscini de Sinisforto, Tarvisini, regulæ grammaticæ. fol. 1.

Incip. cum verbis, "Donatum et septem secundum Priscianum, ... secundum Donatum, nomen verbum, participium, prænomen."

Desin. "aliquid posse: Hec de relativis dicta sufficiant."

In calce, "Ego Francischinus Tervisinus de Sinisforto Deo auxiliante, professor gramatice ac Rethorice conpillavi et scripsi istas regulas ad instrucionem habendam perfecte in gramaticalibus omnibus scolaribus volentibus adiscere gramaticam per rectum modum."

In calce fol. 39 adnotatum est, "Expliciunt regule verbales in vigilia Sante Crucis 1465 die secundo Maii in Collalto."

2. Regulæ aliæ grammaticæ. fol. 145.

Incip. "Litera a. est minima pars composite vocis. Literarum quedam sunt vocales."

Desin. "Uva addis et amigdola."

In calce, "Laus Deo sit semper; Amen."

536.

Codex chartaceus, in 4to minimo, ff. 80, sec. xvi.

1. Sententiæ ex Augustino, Isidoro, Bernardo, patribusque aliis decerptæ. fol. 1.

Incip. "Si humilis et quietus non fueris non potest habitare in te gratia Spiritus Sancti. *Augustinus*."

2. Hymni varii, qui incip.

a. "Stabat mater dolorosa." fol. 16.
Auctor est Jacobus de Benedictis et exstat sæpius impressus.

b. "Stabat mater speciosa,
Justa fenum gaudiosa
Dum jacebat parvulus."

c. "In hoc anni circulo
Vita datur seculo
Nato nobis parvulo."

d. "Ave vivens hostia et vita,
In qua sacrificia cunta sunt finita,
Per te Patri gloria datur infinita,
Per te stat ecclesia jugiter munita."

e. "Recordare, frater pie,
Septem vicibus in die
Passionis Domini."

3. Notabilia extracta ex Johannis Climaci Scala paradisi. fol. 26 b.

4. Symbolum Apostolorum et concordantiæ prophetarum. fol. 42.

5. Proverbia Isidori. fol. 46.

Incip. "Deo servire est regnare."

6. Sententiæ ex Seneca, Aristotele, etc. fol. 48.

7. Laudes "de Iacopone;" *Ital.* fol. 50.

Incip.
"Labonta infinita vole infinito amore."

8. Laude de fra Jacopone missa a fratre Zuane de Laverna. fol. 52 b.

Tit. "A frate Johanne de Laverna che in quaranta se senverna a lui mando questa scripta che da lui deia e lecta."

9. Verba fratris Johannis de Alverna de gradibus animæ. fol. 53.

Incip. "Primus status per quem transit."

10. Notabilia Cassiodorii, Senecæ, Aristotelis, etc. fol. 53 b.

11. De effigie Christi versus. fol. 65.

Incip.
"Quisquis precipuam Cristi spectare peroptat."

12. Versus de superbia; *Ital.* fol. 65 b.

Incip.
"Non ual superbia ira ne crudel sdegno."

13. Ad divam Mariam Magdalenam per altisonum vatem dominum Franciscum Petrarcam metricum prœconium. fol. 66.

Exstat inter opera, edit. Basil. 1591, tom. ii. p. 945.

14. Versus in honorem S. Johannis evangelistæ. fol. 66 b.

Incip.
"Martirii calicem bibit hic athleta Johannes."

In calce, "Ex ecclesia S. Johannis ante portam Latinam Rome scripsi versus predictos in die stacionis ejusdem 1476."

15. "Sanctus Bernardus, Romæ in S. Johanne Lateranensi." fol. 67.

16. Romæ ante S. Mariam Majorem versus. fol. 67.

Incip.
"Tertius Eugenius Romanus papa benignus."

17. Romæ ad Minervam in conventu fratrum Prædicatorum versus. fol. 67.

Incip.
"Romanus hic populus coluit delirando Minervam."

18. De Petro apostolo in curtivo Romæ sub navi apostolorum ad S. Petrum. fol. 67 b.

Incip.
"Quem liquidos pelagi gradientem sternere fluctus."

19. In capella S. Petri versus. fol. 67 b.

Incip.
"Summa Petri sedes est hæc sacra principis ædes."

20. Romæ ex monasterio S. Sabæ abbatis, in quo ostenduntur corpora Titi et Vespasiani, quæ vidi in die stationis S. Priscæ; 1476. fol. 67 b.
Incip.
"Conditur hoc tumulo Titus cum Vespasiano."

21. Carmina in Italiæ laudem, quæ composuit FRANCISCUS PETRARCHA quum exiret e Gallia in Italiam et esset in vertice Gibenni Montis. fol. 67 b.
Exstat impress. inter opera, edit. cit. tom. iii. p. 110, col. 2.

22. Petrarchæ epitaphium, "Frigida Francisci lapis." fol. 68.
In calce, "1474, 19 Julii."

23. "Viro insigni F. Petrarchæ Laureato, FRANCISCOLUS DE BROSSANO Mediolanensis, gener individua conversatione, amore, propinquitate, successione, memoria, in villa Arquati, districtus Paduæ," tetrastichon. fol. 68 b.
Incip.
"Roma vetus, veteres dum te rexere Quirites."

24. Epitaphium papæ Pii [II.] in conventu S. Francisci; distichon. fol. 68 b.

25. Epitaphium inscriptum "Calpurnia anthis fecit." fol. 68 b.
Incip.
"Dextra, fama mihi fuit et fortuna."

26. Romæ ex S. Johanne Lateranensi, ubi papa dat benedictionem, versus; 1476. fol. 69.
Incip.
"O virgo genitrix una et sine conjuge mater."

27. De pace et amore, de eucharistia, etc. fol. 70.

28. Sententiæ ex SS. Bernardo, Gregorio, Gersono, Rabano, Chrysostomo, Lactantio, aliisque; *manu altera*. fol. 70 b.

537.

Codex chartaceus, in folio, ff. 75, sec. xv., binis columnis scriptus; multum madore corruptus.

JOHANNIS A CAPISTRANO, monachi, de usuris et contractibus liber in tres partes distributus.

Tit. "In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, Amen. Incipit tractatus contra cupiditatem seu avaritiam, editus a fratre Joanne de Capistrano, ordinis minorum."

Incip. "Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra; Mat. 6. Ut discutiam thesaurizationis materiam, quanto brevioribus poterimus."

Desinit tertia pars prope ad initium, in verbis, "Cogunt multas invenire medicinas multorum experimenta membrorum."

Sequitur tabula totius operis capitulorum.

538.

Codex membranaceus, in 4to minimo, ff. 156, sec. xv., binis columnis exaratus.

ALBERTI Magni, Teutonici, Ord. Præd., sive cujuscumque sit, Compendium Theologicæ veritatis, libris septem comprehensum, prævio prologo.

Tit. "Incipit prologus super compendium theologice veritatis, editus fuit ab eximio doctore et philosofo egregio Alberto Magno de ordine Predicatorum."

Impress. exstat Venet. 1588 et alibi.

In calce, "Amen, Deo gratias, Amen."

Sequitur tabula capitulorum imperfecta.

539.

Membranaceus, in 4to minimo, ff. 56, sec. xv., manu Johannis de Cicilia scriptus.

1. Privilegia a Martino V. et Eugenio IV. papis congregationi S. Justinæ, monachis Ord. S. Benedicti, concessa; scilicet,

a. Martini V.; dat. Mantuæ kal. Jan. An. pontif. ij. fol. 1.

b. Eugenii IV.; dat. Romæ id. Decemb. 1433, an. pontif. primo [*sic*]. fol. 6 b.

c. Ejusdem papæ privilegium alterum; dat. Rom. non kal. Dec. 1432. fol. 10.
Exstat impress. in Bullarii, ed. Cocquelines, tom. iii. part. iii. p. 7.

d. Ejusdem tertium; dat. Florent. vii. kal. Mart. 1434. fol. 15 b.

e. Ejusdem aliud; dat. Florent. iij. id. Januar. 1434. fol. 23.

f. Ejusdem alia duo; datt. Bonon. prid. kal. Jul. 1436. fol. 25 b.
Exstant in Bullar. tom. iii. part. iij. p. 14, quoad partem priorem, sed post verba "fuerint elapsa" in codice ita continuatur bulla prima, "Plane cum interdum contingat," ut in edit. impress. p. 15, § 12.

g. Ejusdem aliud de venditionibus, etc. dat. Bonon. vi. non. Jul. 1436. fol. 34.

h. Ejusdem aliud; dat. Bonon. iv. non. Jul. 1436. fol. 35 b.
Exstat in Bullar. tom. iii. part. iii. p. 17. col. 1.

i. Ejusdem aliud privilegia confirmans prædicta; dat. v. non. Jul. 1436. fol. 37.

k. Ejusdem aliud; dat. Bonon. viij. kal. Decemb. 1436. fol. 38.
Exstat ibid. tom. iii. part. iii. p. 17. col. 2.

l. Ejusdem aliud, exemplar scilicet art. supradict. f. in unum correctius redactum. fol. 41 b.
Exstat ibid. tom. iii. part. iii. p. 14.

m. Ejusdem aliud; dat. Bonon. id. Aug. 1437. fol. 49.

n. Ejusdem aliud; dat. Bonon. prid. id. Septemb. 1437. fol. 51.

o. Ejusdem aliud, quo confirmantur gratiæ; dat. Florent. v. id. Aug. 1441. fol. 53.

2. Gratiæ ab Eugenio papa IV. eidem ordini concessæ; dat. 14 Mai 1435 [*sic*]. fol. 55.
In calce, "Ego d. Johannes de Cicilia scriba capituli ad fidem predictorum me subscripsi anno et die, quo supra."

540.

Codex membranaceus, in 4to minimo, ff. 68, sec. xv. exeuntis.

1. Liber de informatione Novitiorum. fol. 7.
Tit. "In nomine Domini nostri Jesu Christi, Amen; Incipit liber de informatione Novitiorum."
Incip. "Primo considerare debes semper, quare venisti."
Desin. "ymo sic se existimet, quasi ipse et Deus sit solus; Laus Deo; Amen."
Consentit fere cum S. Bonaventuræ de institutione Novitiorum libelli parte prima, sed in codice locupletior est tractatus versus finem.

2. Epistola beati Bernardi ad B. fratrem de institutione totius vitæ, quam debet servare monachus. fol. 37.
Incip. "Quoniam, dilecte mi frater in Domino, adhuc me in præsentia tibi."

3. Alia ejusdem B. Bernardi epistola. fol. 50.
Incip. "Si plene vis assequi, quod intendis, duo sunt tibi necessaria."

4. Ejusdem epistola, Quod non debeamus obedire parentibus. fol. 53.
Incip. "Sola causa, quare non licet obedire."

5. Ejusdem Bernardi ad Petrum fratrem de solitudine. fol. 55.
Incip. "Petis a me, karissime frater, de solitudine."

6. Ejusdem epistola de revertendo ad cor. fol. 59 b.
Incip. "Tu qui ex anima rationali."

7. Speculum monachorum perfectorum; libellus. fol. 63 b.
Incip. "Preparantis Christi Jesu habitationem et mansionem ineffabilem."
In calce, "Explicit speculum monacorum perfectorum."

8. Sententiæ morales. fol. 66 b.
Incip. "Si ascenderit prava cogitatio in cor tuum."

541.

Codex membranaceus, in 4to minimo, ff. 60, sec. xv.; olim peculium Fr. Aloysii Galli Pergamensis.

Opusculum de Dei essentia, de anima, etc. ex Thomæ Aquinatis contra Gentiles libris confectum, auctore forsan Jo. Dominici, Cardinali.
Incip. "Quoniam, teste apostolo, habitat Deus inaccessibilem lucem, et in eum eciam habetur."
Desin. "et gubernator omnium, Qui est benedictus et super amabilis; Amen."
Sequuntur, "Hoc dixi, ait ista creatura per quam Deus scripsit hoc opus extractum de libro contra Gentiles Sancti Thomæ et pauca alia apposui in eodem, ut si aliquis viderit ipsum, non credat me non credidisse et negasse animam esse creaturam et habere liberum arbitrium et habere actus naturales, sed intelligat quod scripsi, quomodo per Dei donum potest anima emulari, scilicet, secundum servum suum, ut se senciat transformatam in Deum, beati quibus largitur Deus hunc gustum gustare tantum semel in hac vita, est enim pignus eterne glorie, ad quam Ipse nos perducat Deus, Pater et Filius, et Spiritus Sanctus; Amen."
In calce, "Explicit opusculum, Deo gratias."
In fronte codicis est notitia sequens, "Hunc devotum libellum arbitror fuisse compositum a reverendissimo Cardinale Jo. Dominici, qui, dum esset in civitate Venetiarum predicator gratissimus, monasterium Sanctimonialium Corporis Christi erexit. Mihi autem dono dedit soror Ludovica Moro, 1565, dum ibi confessor essem."
Subscribitur, "Fr. Aloysius Gallus Pergamensis."

542.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 290, anno 1460 manu "Honofrii olim Petri de sancto Geminiano" binis columnis exaratus.

Bartholomæi de S. Concordio, Pisani, Liber qui dicitur Pisanella seu magistruccia, sive Summa de casibus conscientiæ, ordine alphabetico disposita; cum notulis marginalibus.

Tit. "Summa de casibus conscientie secundum compilationem fratris Bartholomei de Pisis ordinis Predicatorum."

In calce, "Explicit summa de casibus conscientie secundum fratrem Bartholomeum de Pisis."

Sequuntur, a. Tabula alphabetica totius operis; b. Tabula abbreviaturarum.

In fine, "Editum et compilatum fuit hoc opus in civitate Pisana anno Domini m°.ccc°. xxxviij. de mense Decembris, tempore sanctissimi patris domini Benedicti pape XII. atque scriptum per me Honofrium olim Petri de S. Geminiano in annis Domini, m.cccc.lx. die vero xiiij. mensis Decembris, de quo sit laus et gloria Christo. Amen."

In calce, codicis, "Iste liber est mei Honofrii olim Petri de S. Geminiano quem emendavi cum exemplo antiquo. Valoris florenorum quindecim, 15, manu propria."

In fronte præmisit manus altera "rationes sive auctoritates ad probandum, quod beata virgo Maria assumpta sit simul in animo et corpore."

543.

Membranaceus, in 4to, ff. 28, anno 1420 exaratus.

A. M. Severini Boethii, sive cujuscumque sit, de disciplina scholastica liber unus, notulis marginalibus hic illic illustratus.

Exstat impress. inter Boethii opera edit. Basil. p. 1277.

In calce, "Explicit Boetius de disciplina scolarium completus per me, etc. sub anno Domini millesimo iiij. xx. die vero primo mensis Aprilis, hora vesperorum, favente mihi Altissimo, cui sit honor, laus et gloria per infinita seculorum secula: Amen. Pontificatus autem Martini pape quinti.
"Hoc opus expletur. Crucifixo gloria detur."

544.

Chartaceus, in 4to, ff. 3 et 153, sec. xvi.

Liber, qui intitulatur, "Fortaleza del Yudaismo y confusion del Estrano," in capita quinquaginta tria distinctus, prævia præfatione; auctore Abrahamo Guer. de Cordova. *Hispanice.*

Incip. præf. "Amis amados her manos hissos de la Benedita familia de Nuestro padre Jacob. Leiendo yo des de mistiernos."

Tit. cap. i. "Del provecho dela espiculacion y delas artes adqueridas por ella."

Incip. cap. i. "El sabio principe Salamon exprimentado de las vanidades del mundo."

Desin. cap. ult. "Uno y su nombre uno conocido por toda la tiera q 'sea en nuestros dies, honra, virtud, y gloria; Amen."

In fine est tabula capitulorum.

545.

Codex chartaceus, in folio, ff. 38, sec. xv., manu Georgii de Andoria binis columnis scriptus; olim Thomæ Benunctis.

1. Eusebii Cæsariensis ad Damasum episcopum Portuensem et ad Theodorum Romanorum Senatorem de morte S. Hieronymi epistola. fol. 1.

   Exstat impress. inter S. Hieronymi opera, ed. Vallars. tom. xi. col. 288.

   In calce, "Explicit epistola beati Eusebii ad beatum Damasum Portuensem episcopum et ad Theodonium Romanorum senatorem de morte gloriosissimi Hyeronimi confessoris doctoris eximii."

2. S. Augustini, Hipponensis, ad Cyrillum epistola, de magnificentiis S. Hieronymi. fol. 18 b.

   Exstat ibid. tom. xi. col. 325.

   In calce, "Explicit epistola beati Augustini episcopi doctoris eximii ad beatum Cyrillum secundum Jerosolomitanum pontificem de magnificentiis eximii doctoris beati Jeronimi."

3. Epistola S. Cyrilli, episcopi Hierosolymitani, ad S. Augustinum de miraculis ejusdem Hieronymi. fol. 21 b.

   Exstat ibid. tom. xi. col. 332.

   In calce, "Finis hujus libri;
   "Facto fine pia. laudetur virgo Maria."

   Deinde, "Liber transitus sancti Jeronimi, mei Dominici Gentilis, scriptum per reverendum fratrem Georgium de Andoria ordinis S. Dominici."

   Sequitur, "Iste liber est mei Tome Benunctis michi traditus et donatus per reverendissimum dominum episcopum Mutariensem, fratrem Hemanuelem ordinis Prædicatorum Constantinopolitanum ex ...... in Chio m.cccc.liv. die primo Julii pro remuneratione aliquorum cambiorum sibi factorum, et quem ipse emit cum aliis libris."

4. Thomæ cujusdam ad Jesum Christum oratio, ut liberare eum de omni tribulatione dignetur. fol. 37 b.

546.

Codex chartaceus et membranaceus, secc. xv. et xiv.

1. STEPHANI FLISCI, Manfredi filii, Socinensis, de inventione imitationis verborum sive de epistolis componendis liber, prævia præfatione. fol. 1.

Tit. "Stephani Flisci de Soncinis dignissimi doctoris . . ucii de inventione imitationis verborum autenticorum liber fæliciter incipit ad studiosos et inclitos juvenes Johannem et Bartholomæum atque Franciscum ejus filios."

Incip. præf. "Eloquentiæ quidem illa ratio exquisitionis, studiosissimi filii mei."

Incip. lib. "Imitationis inventio est ingeniosa cominiscentiæ industria."

Incip. ult. cap. cui titulus, "Conclusio hujus libri de industria inveniende atque contractande imitacionis verborum et sententiarum;" "Habetis, studiosissimi mei filii, meam inveniende."

Sequuntur manu recentiori quædam de voluntate ultima Johannis Antonii de Autoguinis, dat. 4 Jan. 1561.

---

2. Libellus qui dicitur, Ars medicinæ; *initio mutil.* fol. 130.

Incip. cum verbis "de colore sanguinis convertente in se."

Desin. "vel per cauterium aut syrupum et hius."

In calce, "Explicit ars medicine."

3. Tractatus medicus in duas partes distinctus, scilicet, de doctrina qualiter medici medicinas sciant artificialiter ponderare, et de quætionibus medicinalibus difficilibus, præviis figuris et prologo; *mutil.* ff. 133 b.—137, 128.

Inscribitur, "Deus misericors et humilis, qui omne quod est comprehendis, ad tuum honorem incipio istam figuram."

Incip. prol. "Ad requisitionem civitatis Neapolitane istam tractatum facimus."

Incip. lib. "Figura ista in figuras quatuor."

Desin. "majorem generationem quam aliquis aliorum humorum."

In calce, "Explicit tractatus iste per gratiam et adjutorium Domini Dei et Virginis gloriose domine nostre Marie."

4. Quæstiones aliæ medicinales; *mutil.* fol. 129 b.

Incip. "Medicina calidi in tribus numeris."

547.

Membranaceus, in 4to, ff. 58, sec. xv., manu Grifidæ cujusdam in usum Johannis Ludovici, legum doctoris Patavini, exaratus.

ALANI DE INSULIS de complanctu naturæ liber, partim soluta partim ligata oratione scriptus, qui et Enchiridion de naturis rerum, necnon Tractatus contra Sodomiæ vitium aliquando nuncupatur.

Incip. vers.
"In lacrimas risus in luctus gaudia verto."

Exstat pars rhythmica impressa. in Leyseri Hist. Poett. p. 1045.

Incip. pros. "Cum hoc elegiaci lamentabili ejulatione crebrius recenserem."

Desin. "me ab extasis insomnio excitatum prior mistice apparitionis dereliquit aspectus."

In calce,
"Aureus et tenuis sermo finitur Alani,
Et Grifide scripsit me studiosa manus."

Deinde, "Iste Allanus est domini Johannis Lodovici legum doctoris.
Me possidet Pathava vocitatus in urbe Johannes,
Et Ludovicus juris utrumque jubar."

548.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 79, sec. xv., quoad partem posteriorem binis columnis, nitide exaratus.

1. HUGONIS DE SANCTO VICTORE Didascalicon libri sex, prævio prologo. fol. 4.

Tit. "Incipit prologus in didascalicon Vgonis de Sancto Victore."

Exstant impress. inter opera, tom iii. p. 1.

Præmissa est tabula capitulorum.

In calce, "Explicit didascalicon magistri Ugonis de Sancto Victore. Deo gratias, Amen."

2. [GUALTERI BURLÆI] Liber de vita et moribus philosophorum, prævio prologo. fol. 38.

Tit. "Tractatus, qui intitulatur de vita et moribus philosophorum."

Incip. prol. "De vita et moribus philosophorum tractaturus."

Exstat impress. in 4to Coloniæ 1472, et alibi.

In calce est index nominum alphabeticus.

3. Tractatus magistri MATTHÆI DE GARIMBERTIS, Parmensis physici, de inquisitione in quo consistat felicitas humana secundum triplicem opinionem philosophorum, scilicet, Peripateticorum, Stoicorum et Epicureorum. fol. 76 b.

Incip. "Conscriptiones tue morales quas pridie transmisisti prægustate quidem saporem dederunt."

Desin. "post asperum durumque certamen victores redeunt cum triumpho; Amen."

549.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 146, sec. xv.

Marsilii de Sancta Sophia liber de febribus, sive Receptæ super prima Fen quarti Canonis Avicennæ.

Exstant impress. in 4to., Lugd. 1517.

Præmittitur manu altera, "D. Marsilii de Sancta Sophia de Padua de febribus; m.ccccij. Lect. M. Gymn. Bon."

In calce, "Expletæ sunt receptæ super prima Fen quarti canonis Avicennæ datæ ab eximio et famoso arcium doctore medicinæque scientiæ illustratore atque monarcha, magistro Marsilio de Sancta Sophya de Padua, Deo gratias.

Finito libro sit laus et gloria Christo."

Sequuntur formulæ quædam remediorum, *manu altera.*

550.

Membranaceus, in 4to, ff. 106, sec. xv., anno scilicet 1452 nitide exaratus.

Leonardi Bruni Aretini de bello Italico adversus Gothos gesto libri quatuor, ad dominum Julianum cardinalem S. Angeli.

Tit. "Leonardi de bello Italico adversus Gothos gesto libri iiii. incipiunt ad R. P. D. Julianum Cardinalem S. Angeli."

Exstant impress. Paris. 1534, et alibi.

In calce, "Explicit liber quartus, 1452."

Deinde, "Revisus per me Vianisium de Albergatis prothonatorio, auscultantibus doctis viris domino Dominico de Feris, Parmensi, et Petro Paulo Viterbiensi, dum patrimonio preessem, 1454."

551.

Membranaceus, in folio minori, ff. 80, sec. xv.; in calce mutilus.

Leonardi Bruni Aretini de bello Italico adversus Gothos gesto libri quatuor, ad dominum Julianum Cardinalem S. Angeli.

Tit. "Traductio C. V. L. Aretini de bello Gotorum."

Deficit lib. iv. a verbis, "per oppida obsedit," in edit. Paris. 1507, fol. 46, l. 3.

552.

Membranaceus, in folio minori, ff. 88, sec. xiv. in fine mutilus.

[Defensoris, theologi Parisiensis, monachi Lociagensis,] Scintillarium, sive Loci communes ex sacra scriptura et SS. Patribus collecti, per capita septuaginta septem.

Tit. "In nomine Domini nostri Jhesu Christi incipit Liber scintillarum a multis doctoribus editus."

Tit. cap. i. "De caritate."

Incip. "Dominus dicit in Evangelio majorem caritatem nemo habet, quam ut animam suam ponat."

Deficit in cap. lxxvij. 'De discipulis,' a verbis, "Sermo durus suscitat——"

Exstat impress. inter opera Bedæ, edit. Colon. 1612, tom. vii. p. 370.

553.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 116, sec. xv.; olim monasterii S. Benedicti de Specu, postea Dominici Grimani, cardinalis S. Marci.

Liber, qui dicitur, Horologium Sapientiæ, auctore fratre quodam ord. Prædicatorum, ad Hugonem, ord. ejusdem magistrum dicatus, præviis prologo et capitulis.

Tit. "In nomine Ihesu incipit orologium aureum divine sapientie."

Exstat impress. in 4to, sine loco vel anno.

In calce sunt (a.) "Officium eterne Sapientie." (b.) "De multiplici misterio Pasche."

Præmittuntur versus octodecim, qui incip. "Si tibi splendida domus pulchraque mensa; quid inde."

554.

Membranaceus, in 4to, ff. 225, sec. xv.; præcipue anno 1435 manu Candi, Art. et Med. doctoris, exaratus.

1. Prosdocimi de Beldemando, Patavini, de Geometria libri sex, cum figuris. fol. 1.

Incip. "Punctus est cui pars non est. Linea est longitudo sine latitudine, cujus extremitates sunt duo puncta."

Desin. "Idem intellige in eodem circulo. Hic finit liber sextus."

2. Ejusdem Prosdocimi de motibus corporum supercælestium canones. fol. 73 b.

Incip. "Facta et ordinata sunt, quem plura et varia paria tabularum ad celestes motus."

Desin. "ad hoc aptum prout in eorum docetur canonibus. Et sic fit finis horum canonum per Prosdocimum de Beldemando Pathavum; anno Domini nostri Yhesu Christi, 1424, Padue compilatorum, cum Dei gratia. Amen."

In calce, "Expliciunt canones de motibus corporum supercelestium, quos canones composuit Prosdocimus de Beldemando de Padua, ad laudem omnipotentis Dei atque totius curie supernorum; Amen."

3. Ejusdem de arte numerandi liber, cum tabulis. fol. 94.

Incip. "Prohemium, in quo divisio mathematice, De substantia numeri, Definitio et divisio numeri."

Desin. "differentia, hujus autem descriptionis subter exemplar."

4. Tabulæ plures ad Canones de motibus corporum cælestium spectantes, bene delineatæ; subjectis canonibus aliis de stellarum longitudine et latitudine, etc. fol. 154.

In calce, "Complete sunt tabule composite per excellentissimum sui temporis virum magistrum Prosdocimum de Beldemando, quas ego Candus, arcium et medicine doctor, ejus nepos, Padue scripsi 1435, die 20 Februarii; ad laudem Domini nostri Yhesu Christi."

5. Ptolemæi Centiloquium, cum Haly fil. Rodoam commentariis, interprete anonymo. fol. 196.

Tit. "Incipit liber centum verborum Ptholomei."

In calce, "Et sic expletus est liber centum verborum Ptholomei."

In initio codicis est notitia ista, "Scriptum anno 1439 (*sic*) emptum a d. d. Coco de Rugeriis anno 1566."

555.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 97, sec. xiv. ineuntis, binis columnis exaratus; olim Marci, filii Francisci, Barbodico.

1. Michaelis Scoti, Dunelmensis, Liber particularis, in partes duas distinctus, prævio proœmio. fol. 1.

Tit. "Incipit liber particularis Michaelis Scotti, astrologi, domini Frederici Rome imperatoris et semper Augusti, quem secundo loco breviter compillavit ad ejus preces, in nomine Jhesu Christi, qui fecit celum et terram in intellectu."

Incip. procem. "Cum ars astronomie sit grandis sermonibus phylosophorum."

Incip. lib. "Cronica Grece, Latine dicitur series, ut temporis temporum sicut dominorum."

Desin. "de expositione fundamenti terre; volentes hic finire secundum librum quem incepimus in nomine Dei, Cui ex parte nostra sit semper grandis laus et gloria, benedictio et triumphus in omnibus per infinita secula seculorum; Amen."

In calce, "Explicit secundus liber Michaelis Scotti, qui dicitur liber particularis."

2. Ejusdem Michaelis liber de physiognomia, "quem compillavit M. Scottus ad preces domini Frederici Romani imperatoris; scientia cujus est preciosa et multum tenenda in secreto, pro eo quod est magne efficacie, continens secreta artis necessarie, que sufficiunt omni astrologo;" in tribus partibus, prævio prologo. fol. 59.

Incip. prol. "Imperator, inter cetera, quæ te oportet esse sollicitum est scientia boni et mali."

Incip. lib. "O nobilis imperator, vir generosus in mundo quasi omnium gratiarum et donorum."

Desin. "et hec de physonomia que nunc prediximus sufficiant; Deo gratias; Amen."

"Tunc quingenti sex anni mille ducenti
Currebant, factum cum fuit istud opus.
Liber finitus, qui scripsit sit benedictus;
Qui scripsit scribat semper cum Domino vivat."

In calce, "Explicit liber Michaelis Scotti, astrologi Domini Frederici Rome imperatoris et semper Augusti; quem librum compillavit quasi vulgariter ad preces jam dicti imperatoris et non tantum ad sui laudem, quantum fecit ad servitium et ad utilitatem scolarium noviciorum, qui ex grandi amore sapientie cupiunt de quadrivio adiscere artem astronomie."

3. Theorica omnium planetarum, cum tabulis. fol. 89.

Incip. "Titulus excentricus dicitur vel egresse cuspidis vel egredientis."

In calce,

a. Versus de regimine sanitatis quatuordecim. fol. 95 b.

Incip.
"Si vis incolumem, si vis te reddere sanum."

b. De temporibus faustis et infaustis secundum signa zodiaci, versibus triginta sex heroicis. fol. 95 b.

Incip. "Aquarius.
"Tangere crura cave, cum luna vicebit aquosum."

In calce codicis, "Codex hic est Marci Barbodico, condam domini Francisci."

556.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 99, sec. xiv. ineuntis; binis columnis nitide exaratus.

Arzatzelis, sive Arzaelis, philosophi, super Tabulas Toletanas astronomicas canones, posthabitis tabulis ipsis.

Tit. "Canones Arzachelis in tabulas Tholetanas."

Incip. "Quoniam uniuscujusque actionis quantitatem temporis metit spatium, celestium motuum doctrinam querentibus."

Desin. "et dies si qui supersunt sunt dies mensis inperfecti jam transacti de lunacione in qua sumus."

In calce, "Expliciunt canones Arzachelis super tabulas Tholetanas."

Cf. Bandin. catal. codd. Lat. tom. iv. col. 130.

557.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 134, sec. xv., nitide exaratus; olim Artaxerxis Bayard.

1. Poggii Bracciolini, Florentini, de varietate fortunæ libri quatuor, prævio procemio. fol. 3.

   Tit. "Poggii Florentini de varietate fortunæ procemium."

   Exstant impress. in 4to, Paris. 1723.

   In calce, "De varietate fortunæ liber quartus finit."

2. Ejusdem Poggii de avaritia liber, cum præfatione. fol. 68.

   Exstat impress. inter opera, edit. Basil. 1538, p. 1.

3. Ejusdem de vera nobilitate liber ad Gerardum Cumanum, cardinalem. fol. 91 b.

   Tit. "Poggii Florentini A. R. D. P. cardinalem Cumanum libellus de vera nobilitate."

   Exstat ibid. p. 64.

   In calce, "Finis; Laus Deo."

4. Ejusdem de Infelicitate Principum liber ad Thomam de Serezano. fol. 107.

   Tit. "Ad doctissimum virum Thomam de Serezano Poggii Florentini de infelicitate principum liber."

   Exstat ibid. p. 390.

   In calce sunt tabulæ planetarum Martis et Jovis; *fragment.*

558.

Membranaceus, in 4to, ff. 144, sec. xiv., binis columnis exaratus; "donato dal sign. conte Pirro de Capitanis."

1. Gulielmi Occham, Anglici, in Porphyrii librum commentarius. fol. 1.

   Incip. "Quoniam omne operans, quod in suis operationibus."

   Desin. "tam proprie quam communes; sed iste sufficiant ad presens."

   In calce, "Explicit liber Porphyrii."

2. Ejusdem Gulielmi in Aristotelis Prædicamentorum librum commentarii. fol. 24.

   Incip. "Completa expositione libri Porphyrii ad predicamenta Aristotelis et ad totam loycam."

   Desin. "et appetiturus habet objectum aliquid, et hic terminatur sententia libri Predicamentorum."

3. Ejusdem in Aristotelis de Interpretatione libros duo commentarii. fol. 63 b.

   Incip. "Primum oportet constituere; etc. Postquam philosophus in libro Predicamentorum de incomplexis doctrinam."

   Desin. "contrarie et sic terminatur liber peryerminias."

   In calce, "Expliciunt divisiones, sententia et notabilia libri peryermenias expositi per Ocham ordinis Minorum magistrum in sacra theologia. Deo gratias; Amen."

4. Ejusdem super Elenchorum libris commentarius. fol. 93.

   Incip. "Circa librum elenchorum primo videndum est, an notitia."

   Desin. "et sic imponere finem dictis tam quantum ad librum topicorum, quam quantum ad librum elenchorum."

559.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 21, sec. xv.

Tabularum liber sphæram mundi exhibentium cum explicatione brevi unicuique affixa.

Incip. explicat. i. "Si vis scire in quo signo sit luna, vide quota est epacta pro illo anno in quo es, et dies regulares atque dies mensis, et quot resultant isti tres numeri."

560.

Membranaceus, in folio minori, ff. 73, sec. xi.

1. Quædam de temporibus anni, scilicet, de embolismo, de bissexto, etc. ex Beda ut videntur, decerpta. fol. 1.

   Incip. cap. de embolismo, "Embolismus quia sane Martio."

2. Venerabilis Bedæ martyrologium. fol. 3 b.

   Tit. "Martirologium Bede metrice contextum."

   Incip.
   "Bis sena mensium vertigine volvitur annus."

   Desin.
   "Silvestrem pridias celebramus ab orbe kalendas."

Exstant versus xvii. priores inter opera, edit. Basil. tom. i. p. 401.

3. De natura rerum liber, auctore eodem. fol. 4 b.
Exstat impress. nonnullis hic illic variantibus, inter opera, tom. ii. p. 1.

4. "Ethimologia de singulis mensibus, vel a quibus vocitantur talibus nominibus." fol. 24 b.
Incip. "Martius appellatur propter Martem, Romanæ gentis auctorem."

5. "Versus de singulis mensibus, sive signis; prævio prologo." fol. 25.
Incip. prol. "Signa duodecim vel a casibus annualibus vel a gentilium fabulis nomina sumpserunt."
Incip. vers. "De Aprile et Ariete.
"Respiciens Aprilis Aries Frixea kalendas."

6. De circulis signorum planetarum. fol. 28 b.
Incip. "Circulus primus a terra lunæ est."

7. Versus de nominibus dierum hebdomadis. fol. 28 b.
Incip.
"Prima dies Phœbo sacrato numine fulget."

8. Versus de septem planetis. fol. 28 b.
Incip.
"Sortices celsis replicant an fractibus orbes."

9. Versus de singulis mensibus. fol. 29.
Incip.
"Primus Romanas ordiris, Jane, kalendas."

10. "Item alii versus." fol. 29.
Incip.
"Dira patet Jani Romanis janua bellis."

11. Tetrastichon authenticum de xij. mensibus. fol. 29.
Incip.
"Hic Jani mensis sacer est, en aspice utaris."

12. Bedæ de divisione temporum liber. fol. 30.
Concordat partim cum tractatu inter opera, tom. i. p. 89.

13. De temporibus anni, Argumenta lunæ, etc. auctore forsan eodem Beda. fol. 36.
Incip. "Tempora anni quatuor sunt, ver, æstas, autumnus et hiemps."
Cf. opera, tom. i. col. 143, *seqq.*

14. Quædam de Zodiaci signis, ex Macrobio. fol. 50 b.
Tit. "Hec Macrobius in exposicione Somni Scipionis de Zodiaci circulo."

15. Tabulæ ad inveniendum Pascha, etc. fol. 52 b.
Tit. i. "Haec ratio vera ad initium septuagesime cum sua luna."

16. "De circulo magno Paschæ." fol. 60 b.
Sequuntur kalendarium aliæque tabulæ.

17. "Explanatio Alfabetorum," cum tabulis. fol. 64.
Incip. "Kal. iiii. Nō. Ista linea significat nomina dierum solis."

18. Kalendarium, sive Martyrologium per anni circulum. fol. 67.

19. Synodum cycli Paschalis. fol. 73.
Incip. "Cum omnes apostoli ex hoc mundo transisent."

561.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 106, sec. xv.; duobus librariis exaratus.

1. [Johannis Campani, Novariensis,] Computus major, prævio prologo. fol. 1.
Exstat impress. in calce Joh. de Sacrobosco de Sphæra, Venet. 1518. fol. 159.

2. Ejusdem Campani computus abbreviatus, prævio kalendario. fol. 44.
Tit. "Campani Novariensis compotus abbreviatus."
Tit. cap. i. "Capitulum unum preambulum et tres particulas continens incipit. Capitulum preambulum de diffinitione et nomine sciencie et ordinis libri."
Incip. "Compotus secundum quod apud nos sumitur."

3. Tractatus de sphæra, [auctore Johanne de Sacrobosco]. fol. 54.
Exstat impress. in folio, Venet. 1518, fol. 5.

4. Octava pars de compoto et kalendario et de pertinentibus ad illa. fol. 62.
Incip. "Quoniam sicut ait beatus Augustinus sacerdotes compotum scire tenentur."
In calce, "Explicit octava pars compoti et kalendarii."

5. [Johannis de Sacrobosco tractatus de arte numerandi.] fol. 75.
Exstat impress. ed Halliwell, inter Rara mathematica; p. 1.

6. "Computus [Campani] emendatus." fol. 82.
Incip. prol. "Qui fidem catholicam impugnent gaudent, quod errores inveniunt in computo."
Incip. lib. "Computus est scientia inveniendi, quibus diebus et feriis."

7. Tractatus alius de computo. fol. 95.
Incip. "In ecclesia militante, secundum beatum Augustinum, quatuor sunt necessaria."

Desin. "Hec ad presens de computo causa rudium sub compendio nos dixisse sufficiant."

In calce, "Explicit computus pro rudium intelligentiori noticie capacitate breviter compilatus; Laus Christo."

562.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 77, secc. xiv. et xv.; olim coll. Brixiensis Soc. Jesu.

1. Michaelis Scoti Abbreviatio Avicennæ super Aristotelis de animalibus libros novendecim. fol. 1.

Inscribitur, "Frederici Romanorum imperator, domine mundi suscipe devote hunc laborem Michaelis Scoti, ut sit gratia capiti tuo et torques collo tuo."

Incip. lib. i. "Et animalium quædam communicant in membris."

Desin. lib. ult. "sed de dencium utilitatibus jam scis ex alio loco."

In calce, "Iste liber est completus.
Qui scripsit scribat . semper cum Domino vivat."

2. Aristotelis liber supposititius, qui dicitur, Secretum Secretorum, sive de regimine principum ad Alexandrum, a Philippo clerico ex Arabico in Latinum conversus; præviis Philippi ejusdem ad Guidonem de Valentia aliisque epistolis solitis. fol. 46.

In calce, "Explicit liber moralium dominorum, qui alio nomine dicitur Secretum Secretorum; Amen."

Deinde,
"Manus scriptoris, salvetur omnibus horis;
Cum omnis laus in fine canatur,
Singula previderi debentur."

563.

Membranaceus, in 4to, ff. 43, sec. xv.

Anonymi cujusdam [an Johannis de Soncinis] regularum liber grammaticalium, quarum incipit unaquæque, *Notandum est.*

Incip. "Notandum est quod scientia potest accipi duobus modis, uno modo proprie, pro habitu ex oratione intellectuali."

Desin. "adverbium admirantis, et adverbium optandi, secundum istud carmen,
O dolet, O clamat, gaudet O, miratur et optat."

In calce,
"Nomen non pono . quia me laudare non volo."

564.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 64, sec. xv., binis columnis exaratus; in calce mutilus.

1. Johannis Genesii, de Parma, de medicinis libellus in capitula plura distinctus; cum præfatione. fol. 1.

Tit. "Incipit liber magistri Johannis de Parma de purgationis corporis remedio."

Incip. præf. "Cum omnis scientia naturaliter ex fine et utilitate sua."

Incip. lib. "Quid sit faciendum ante purgationem."

Desin. lib. 'de medicinis simplicibus,' "sunt in frigidando et humectando; Deo gratias: Amen."

2. Hippocratis liber Prognosticorum. fol. 23.

Sequitur De signis libellus.

3. Liber, qui dicitur, "Thesaurus Pauperum tractans de infirmitatibus humani corporis," [auctore Petro Hispano]. fol. 29.

Deficit in cap. "De scabie et malo morbo;" in edit. Ludg. 1525, in calce scil. Serapionis, fol. 270, col. 2.

565.

Chartaceus, in folio, ff. 116, sec. xv.; binis columnis exaratus.

1. Magistri Bruni, Longoburgensis, chirurgia magna, libris duobus comprehensa. fol. 1.

Tit. "Incipit Cirugia magistri Bruni Longoburgensis ex dictis sapientum breviter et lucide compilata."

Incip. præf. "Rogasti me, jam est diu, Andrea Vicentine."

Tit. cap. i. "De divisione et generalibus causis solutionis continuitatis."

Incip. "Postquam posuimus, amice sufficienter prohemium."

Desin. lib. ii. "et accidant sibi pejora prioribus."

In calce, "Explicit cyrugia magistri Bruni Longoburgensis; Amen Barthy."

Sequitur prologus, (potius forsan epilogus), qui incip. "Anno ab incarnatione Domini millesimo cclii. mense Januarii, indictione decima, in civitate Padue, in loco sancti Pauli, ego Brunus Longoburgensis," etc.

Exstat impress. opus istud, teste Bandinio, in collect. chirurgorum veterum, Venet. 1546, fol. 103.

2. Gulielmi Parmensis de chirurgia libri quinque, prævia unicuique tabula capitulorum, cum procemio. fol. 61.

Tit. "Incipit cyrugia magistri Gulielmi Parmensis."

Incip. procem. "Propositum est tibi, bone, edere librum de operatione manuali."

Incip. lib. i. cap. i. "De aqua congregata in capitibus puerorum noviter natorum. Generale documentum est quatuor."

Desin. lib. ult. cap. ult., quod est, De narratione et exemplificatione simplicium ad operationes narratas in meis compositis; "confert spasmo et contractioni lacertorum."

In calce, "Benedicamus Domino; Amen. Qui scripsit hunc librum spatascetur in Paradisum."

566.

Codex chartaceus, in folio, ff. 199, anno 1443 manu Antonii de Racanetis binis columnis nitide scriptus.

1. Abubecri Rhasis liber, qui dicitur Almansoris Nona pars, interpretatione Gerardi de Solo [Cremonensis?] illustratus. fol. 1.

Tit. "In Christi nomine; Amen. Rubrica hujus libri est talis. Hic incipit nona pars Almansoris de omnibus egritudinibus, que possunt provenire a capite usque ad pedes, clarificata per venerabilem magistrum Gerardum de Solo, a sole dictum, sicut enim sol perfecte est illuminatum."

Exstat impress. in 4to. Lugd. 1504.

Præmittitur tabula capitulorum.

In calce, "Huic operi finem impono ego Antonius de Racanetis, dum essem fixicus Justinopoli salariatus m.cccc.xxxxiij. die xij. Decembris in vigilia sacrate Virginis Lucie, ad laudem Yhesu Christi ejusque sacratissime Virginis Mariæ; Amen."

Deinde, "In hoc volumine habetur tractatus nonus Almansoris sive Rasis de curationibus egritudinum accedentium a capite usque ad pedes; cum declaratione Girardi de Solo secundum unumquodque capitulum, ut patebit legentibus."

Sequuntur capitula, et in fine, "Ego idem Antonius artium et medicine doctor condam famoxissimi artium et medicine doctoris domini magistri Johannis de Racaneto, finem impono."

2. Ejusdem Girardi Introductorium in medicina. fol. 165 b.

Tit. "Incipit Introductorium Girardi de Solo in medicina, res utilissima."

Incip. "Carissimis suis amicis et dominis; Cum a vobis sepissime rogatus fuerim ut aliquid breve opusculum componerem."

In calce, "Explicit Introductorium magistri Girardi de Solo, die xv. Junii 1444."

3. Gentilis Fulginatis, sive de Fulgineo tractatus de modis proportionum medicinarum. fol. 186 b.

Tit. "Incipit tractatus Gentillis de Fuligno de modis proportionum medicinarum, ad invicem."

Incip. "In modis proporcionum medicinarum, que invicem confici debent."

In calce, "Explicit tractatus Gentillis de Fuligno de modis proportionum medicinarum, ad invicem, eodem millesimo, die xxvii. Junii."

4. Receptæ variæ. fol. 193 b.

In initio codicis sunt excerpta pauca ex Avicenna, "in quibus non debet fieri phlebotomia" etc. *manu secunda.*

567.

Codex chartaceus, in folio, ff. 174, binis columnis anno 1491 scriptus; olim cujusdam qui portabat in parmula cyanea binas sublicas symbolicas.

Benvenuti de Rambaldis de Imola in Dantis Comœdiæ partem secundam commentarius; *Latine.*

Tit. "I comencia el primo capitullo prohemialle de lo excellentissimo Benevenutò da Ymola sopra el purgatorio di Dante Aldigerii nelquale propone in voca et natura perche modo intro nel purgatorio per Catone Uticense."

Incip. "Cum poeta bonus et peritus sit."

Desin. "ad se rapere dignatus est. Amen."

Exstant impress. excerpta quædam historica ex hoc commento in Muratorii Antiquit. Ital. tom. i. col. 1147.

In calce sunt versus decem heroici, qui incip. "Hactenus ipse suas vidi tolerantia penas."

Exstant in Bandin. catal. tom. v. col. 204, *seq.*

Sequitur, "Per mi Ant. V. 1491 ad 16 Otubrio."

568.

Chartaceus, in folio, ff. 264, sec. xvi., olim, anno scilicet 1587, Alexandri Massariæ, ex dono Petri Airoldi Mariellini.

1. Matthæi Curtii, Ticinensis, in Hippocratis Aphorismos priores xxv. commentum. fol. 1.

Tit. "Commentaria Curtii in Aphorismos Hippocratis."

Incip. "Arist. et Averr. primo de partibus animalium in principio."

Desin. "nisi maxime intensa assit, sed cum caliditate. Finis σὺν τῷ Θεῷ."

2. Ejusdem in Aphorismorum, scilicet quinquaginta quatuor, sectionem secundam. fol. 149.

Incip. "In quo morbo somnus laborem facit, mortale; si vero somnus prosit, non mortale."

Desin. "sed longitudo in juvene non est indecora, et in senio inutilis. τέλος σὺν τῷ Θεῷ."

3. Commentarius [ejusdem ?] super Aphorism. xxxi. lib. vi. "Oculorum dolores;" etc. fol. 253.

Incip. "Intentio Hippocratis est enumerare omnia remedia."

In calce codicis, est notitia sequens, "Prestato da me Gio. Pietro Airoldo Mariellini al eccelentissimo sig. Alessandro Massaria li 31 Ottobri 1587."

569.

Codex chartaceus, in folio, ff. 143, sec. xv.

1. Kalendarium astrologicum. fol. 1.

2. De horis Planetarum, cum tabulis. fol. 9 b.

Incip. "Hora ♄ bonum est emere res graves nature."

3. Tebit, seu Thebitæ, ben Chorat, Astrologi, liber de significatione omnium planetarum in singulis domibus. fol. 15.

Incip. "Si sol in ascendente fuerit, principatum et sublimitatem."

4. Tractatus artis geomantiæ; et primo quomodo figuræ Geomantiæ nominentur et quibus partibus mundi dominantur. fol. 18.

Incip. "Figure orientales sunt aeree, calide et humide."

Præmittitur tetrastichon, quod incip.
"Acquirunt letantes pulcra jungunt orientes."

Desin. cap. ult., cui titulus, Conjunctio ex albo et rubeo, "25, annus erit bonus et animalia abundabunt; Finis."

---

5. Tabula omnium contentorum in operibus Platonis "impressis ab Andrea. A. 1491." fol. 100.

Consentiunt signa in codice cum editione Bernardini de Choro, 1491.

570.

Chartaceus, in folio, ff. 270, sec. xv.; olim Leonardi de Parigiis.

Leonardi Bruni, Aretini, populi Florentini historiarum libri duodecim, prævia præfatione.

Tit. "Prologus in historias populi Florentini editas per egregium virum Leonardum Aretinum."

Exstant impress. ed. Sixto Brunone, Argent. 1610.

Præmittitur codici notitia ista, "Questo libro e di Lionardo di Parigi di Ruberto Boninsegni"

571.

Codex chartaceus, in folio, ff. 202, sec. xvii., manu Johannis Salicetii scriptus.

Johannis Salicetii, ut videtur, in Justiniani Imperatoris Institutionum libros quatuor expositio.

Tit. "Justiniani Imperatoris Institutiones; brevis et facilis explicatio."

Incip. "Procemii inscriptio tria continet primo, Invocationem Dei Hominis, secundo, nomina et titulos."

Desin. lib. ult. "et plenior omnium materiarum explicatio petenda est ex Pandectis et C."

In calce, "Finis a me Joan. Sal. feliciter imp. 1635 a di Ottob. 16."

Præcedit lib. i. "In Christi nomine Amen. 1634 a di 27 Septemb."

Sequuntur ad calcem,

1. "Prefatio Josephi de Zanchis Veneti ab eo in edibus perillustr. atque excellentissimi Domini Antonii Moysi Aldreghetti, Patavini, in gymnasio celeberimo Patavino habita 8 Aprilis 1645, Patavii."

2. Ejusdem Josephi inscriptio in honorem Aloysii Caballi, Veneti, in pugna legali Patavii victricem; dat. 1645.

3. Ejusdem in honorem Bartholomæi Noris, Veronensis; dat. 1646.

4. Ejusdem in honorem Hieronymi Bosii, Bergomatis, sophiæ et medicinæ corona laurea insigniti; dat. 1646.

572.

Chartaceus, in folio, ff. 80, sec. xv.

1. Albrici, sive Alberici, Londoniensis, Allegoriæ poeticæ sive de veritate ac expositione poeticarum fabularum tractatus octodecim. fol. 1.

Tit. "Albrici philosophi de veritatibus fabularum liber."

Exstant impress. in 4to., prævia præfatione, *Jo. de Marnef*, 1520.

In calce, "Explicit liber Sintillarum poetarum Albrici phylosophi."

2. Tractatus sive Fabulæ duodecim signorum secundum Isidorum. fol. 65 b.

Incip. "Duodecim sunt signa celi."

In calce, "Finis tractatus duodecim signorum."

3. Tractatus de philosophis et eorum disciplinis, [ex ejusdem Isidori Orig. lib. viii. cap. 6 collectus]. fol. 68.

Incip. "Phylosophi græce, Latine amatores sapientiæ interpretatur."

4. Tractatus Sibyllarum et de earum nominibus, [ex ejusdem Isidori Origg. lib. viii. cap. 8.] fol. 69 b.

Incip. "Sibillæ dicuntur generaliter omnes mulieres vates lingua græca."

5. Liber de nominibus stellarum [ex eodem, lib. iii. cap. 70.] fol. 69 b.

Incip. "Sol appellatus est ex eo, quod solus appareat."

6. Genealogia falsorum Deorum. fol. 71.

Incip. "Demogaron summus Deorum genitor genuit Orionem."

7. Alia genealogia falsorum Deorum. fol. 74.

Incip. "Demogorgon pater primus genuit Omogeona, Omogeon Celium."

Sequitur tabula tractatuum Albrici operis supradicti.

573.

Codex chartaceus, in folio, ff. 377, secc. xiv. et xv.; binis columnis, quoad partem primam, manu Johannis de Reiz anno 1385 scriptus.

1. Conradi de Ebraco, ord. Cisterciensis, super Sententiarum libros quatuor commentarii, posthabita tabula capitulorum. fol. 1.

Incip. "Flumen Dei repletum est, etc. Spiritali dulcedine celestium fluentorum inebriata."

Desin. "et in hoc terminatur determinacio questionis in aula, reverendi magistri Conradi de Ebracho et per consequens finis questionum super quatuor libros Sententiarum; Deo laus in eternum."

In calce, "Explicit opus questionum super quatuor libros Sententiarum, reverendi magistri Conradi de Ebraco, ordinis Cystersiensium; scriptum Prage in conventu sancti Thome per manus fratris Johannis de Reiz, ordinis fratrum heremitarum sancti Augustini, pro unc ibidem studentis, sub anno Domini millesimo tricentesimo octuagesimo quinto, feria sexta infra octavas Penthecostes; Deo laus in eternum; Amen."

Deinde,
"Qui te furetur . in furca vita privetur."

Postea, "Iste liber est monasterii sancte Marie de Caritate Venetiarum."

---

2. A[ntonii de Carlenis], archiepiscopi Amalphitani, super sententiarum libros quatuor commentarii. fol. 172.

Incip. cum verbis, "dicit theologiam esse scientiam subalternam non intelligit, quod theologia."

Desin. "eos esse in magna gloria tamen in particulari non videtur, qualis sit sanctorum gloria; Deo gratias; Amen."

Sequitur Quæstionum tabula, in cujus calce, "Explicit liber super quatuor libros sententiarum compositus a reverendissimo domino domino A. archiepiscopo Amalphitano, sacre theologie magistro egregio, ordinis Predicatorum dignissimo, etc. Amen."

574.

Codex chartaceus, in folio, ff. 100, sec. xiv. exeuntis; binis columnis exaratus.

Guidonis de Columnis, Messanensis, de casu Trojæ historia, prævia præfatione.

Tit. "Incipit prologus super Ysidorum de casu Troie edita a domino Guidone judice de Messana."

Exstat impress. Colon. 1477 et alibi.

In calce, "Explicit liber de casu Troye compositus a domino Guidone, judice de Messana; Deo gracias; Amen."

In fine codicis est notitia, manu Palamedis de Boiardis, *Italice* scripta, incip. "In mil. ccc.lxxxxv. a di 26 de çenaro vene a Mantoa Meser Bersabo ambasader de l'inperador de Roma."

575.

Membranaceus, in folio, ff. 136, sec. forsan xi. exeuntis; bene exaratus et servatus.

Vita S. Gregorii papæ I. cognomento Magni, libris quatuor comprehensa auctore, Johanne, diacono Romano, prævia præfatione ad Johannem Papam VIII.

Tit. præf. "Incipit prefatio Johannis Diaconi in vita beati Gregorii pape."

Exstat impress. inter S. Gregorii opera, edit. Benedict. tom. iv. col. 22.

Præmittitur effigies S. Gregorii vestibus induti sacerdotalibus librumque manu sinistra tenentis, penna delineata.

In calce est narratio Paschonis cujusdam vitam in deserto agentis et ab Æthiopissa tentati.

Inclusit quoque bibliopegus in initio et fine fragmenta duo Psalterii, e codice antiquo, scil. sec. xii., evulsa.

A

576.

Codex membranaceus, in folio maximo, ff. 384, sec. xv. ineuntis, binis columnis optime exaratus, et quoad literas initiales coloratus et deauratus.

B

Johannis de Balbis, Januensis, de Prosodia liber, sive Summa grammaticalis, quæ dicitur Catholicon.

Præmittitur tabula auctorum, sic inscripta, "Hic inferius per ordinem alphabeti omnium autorum nomina sunt descripta, quos compilator presentis operis, appellati Catholicon, descripsit, ut legentibus se ostenderet multa in compositione dicti operis librorum volumina legisse."

In calce,
"Sit tibi laus Christe. quoniam liber explicit iste."

Deinde legitur doxologia ista, incip. "Immensas Omnipotenti" etc. ut in Bandin. catal. codd. Lat. tom. iv. col. 199.

Sequitur index rerum alphabeticus; et in fine monogramma possessoris cujusdam antiqui, scilicet literæ initiales SM, superposita corona.

INDEX.

C.

D.

G.

K.

L.

N.

O.

P.

T.

W.